This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

TITI LIVI

RERUM ROMANARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI

AD CODICUM MANU SCRIPTORUM FIDEM EMENDATI

AB

CAR. FRID. SIG. ALSCHEFSKI.

VOLUMEN I.

PRIMAE DECADIS PARTEM PRIOREM CONTINENS.

BEROLINI.
SUMPTIBUS FERDINANDI DÜMMLERI.
1841.

294 e. 30.

VIRIS CLARISSUMIS
ATQUE EXCELLENTISSUMIS

PHIL. WILH. ADALBERTO LADENBERGIO

IOANNI SCHULZIO

OPTUME DE ME MEISQUE STUDIIS MERITIS

HOS LIVIANOS ANNALES

PIO GRATOQUE ANIMO CONSECRAVI

C. F. S. ALSCHEFSKI.

Quo minus id quod ex itinere in Italiam reversum facturum me abhinc biennio publice pollicitus eram, ut ederem cum pleniore commentario Livianum librum tricesimum, nunc iam absolverem, cum alia obstabant, tum quod videbam longe maiorem eorum quibus in illo commentario uti volueram laudandorum locorum partem non ita ut opinabar in melioribus codicibus reperiri, et si ex meis qualibuscumque studiis verum aliquem fructum percipi vellem, novam quandam omnium qui ad nostra tempora pervenerunt Livianorum librorum recensionem ad optimorum et antiquissimorum manu scriptorum fidem instituendam esse. nam cum sanctissimi summe venerandorum hominum, quorum consilio sapientiaeque omnis apud nos publicae institutionis cura demandata est, collegii gratia amplissimique patriae urbis senatus benevolentia concessum mihi esset ut per septem fere menses in Italia Galliaque versarer, summo cum studio ferebar ad eas urbes in quibus uberrimos antiquarum litterarum fontes reperiri constat, Lutetiam atque Florentiam. et vix dici potest quanto ibi affectus fuerim gaudio, cum in maxima optimorum manu scriptorum copia non modo aureum illum Puteanum tertiae, Mediceum primae decadis librum ante oculos haberem, sed etiam ex duo-

bus Parisinis decimi seculi libris totam primam decadem continentibus, quorum alter quidem recentiorum hominum manibus ita depravatus est ut raro antiqua et vera manus perspici possit, alterum viderem praeclarissimum cum optimis quibusque libris consentientem, non numquam etiam vel his ipsis integriorem. nec id parvi momenti videbatur quod in tanta recentiorum codicum Parisinorum tum primae tum tertiae decadis copia in permultis locis corruptis rationes quasi et fontes omnis prope depravationis persequi et pervestigare possem. nam ut vero reperto summa animus laetitia afficitur, sic ubi verum ipsum reperiri atque cognosci non potest, non minus utile est videre, unde primo falsa aliqua opinio ingressa sit et quem ad modum dubitationes eius generis expellere malisque ipsis mederi conati sint. tum enim, ut uno instar omnium exemplo utar, id quod in libello de arte critica in Livianis annalibus factitanda scripto conieceram, vere ita se habere cognovi, trium illum capitum libri vicesimi sexti locum in nullo nec Parisino nec Mediceo nec vetusto nec recenti codice legi, ut vix dubitari possit quin totus ille locus, qui ne in principe quidem editione Romana insit et in quo multa alienae manus ac certissima indicia deprehendantur, ab docto quodam recentioris aetatis homine Polybianarum historiarum haut inperito excogitatus et in recentibus quibusdam manu scriptis libris quos C. Sigonius et I. Fr. Gronovius vidisse volunt, iustae quae interciderat orationi tamquam vere Livianus suppositus sit. tum vero cum praestantissimum posteriorum Taciteorum annalium et historiarum librum Mediceum

pervolverem, etiam id intellexi me semper fere in verbis ipsis scribendis errasse, ubi non Puteanum sed Bambergensem codicem in priore libri Liviani tricesimi editione secutus essem. etenim cum illius Taciti libri lectu difficillimi partes quaedam abhinc sex nisi fallor secula iamiam evanescere atque exstingui propter vetustatem viderentur, doctus quidam librarius verba scriptoris antiqua in spatio inter versus ipsos relicto multis locis denuo scripsit neque quidquam eis quidem quos inspexi locis mutari voluit quam ut aetatis suae scribendi ratio ne desideraretur.

Itaque cum inter omnes constet, quintae decadis Livianae partem priorem nisi singulari virtute unici libri Laurishamensis emendari non posse, quartae decadis libros octo priores nisi eximio codice Bambergensi, tertiam nisi Puteano omnium Livianorum manu scriptorum ne Vindobonensi quidem excepto longe praestantissimo — de quibus libris omnibus cum alias disputatum est tum in hac quoque editione suo loco disseretur —: inquirendum iam videtur diligentius, in quibus manu scriptorum copiis adiumentisque huius primae decadis libri innitantur et quo in loco codices quibus usi sunt B. Rhenanus C. Sigonius I. Fr. Gronovius A. Drakenborchius denique ipse usus sum, ponendi videantur.

Omnium vero primum negandum videtur hoc loco, ne in maxima quidem manuscriptorum multitudine, nisi iidem et integritate et antiquitate praestent, ullum eius rei bonum positum esse. cum enim exeunte media quam vocant aetate antiquorum scriptorum monumenta saepissime describerentur, festinatio ipsa qua

id fieri solebat, diligentiorem quandam emendandi curam eximere debebat: et quamvis eodem tempore multi homines doctrina excellerent multique eorum studiis corrupti veterum librorum loci restituerentur, tamen illi non ea antiquitatis verecundia sibi videbantur teneri ut non quidvis aut ipsi ausi essent aut alios passi essent mutare, dummodo tali emendandi studio ipsorum ingeniis facilior scriptorum cognitio redderetur. ad hoc accessit quod illi libri plerumque ab hominibus scribebantur, qui nullis prope liberalium artium studiis eruditi modo quaestus causa aut simili quadam necessitate impulsi molestum sane scribendi negotium ad tempus subibant. inde fit ut multo maior recentiorum manuscriptorum pars non magni haberi possit. Nihilo minus cum arte typographica uti coeperunt, eligebantur ab eis qui his rebus praeerant, prae ceteris illi potissimum recentiores codices qui nova formarum arte describerentur. nam cum iure quodam postulari videretur ut libri quam emendatissimi ederentur, isque demum liber emendatus haberetur qui antiquorum scriptorum orationem haud difficilem lectu vitiisque et erroribus scribentium liberam praeberet, illos libros manu scriptos quam maxime eis probari necesse erat qui doctorum hominum curis iam in integrum restituti viderentur, quamquam talibus curis omnis interdum propria virtus et scriptorum et antiquitatis ipsius prorsus deleta erat atque exstincta. quod pravum eius generis studium cum diu taceri non posset, typographi posteriores ex vetustioribus exemplis libros qui typis excuderentur ab hominibus doctrina excellentibus emendandos cu-

raverunt, ex quorum numero de Livianis annalibus Manutii et Frobenii quam optime merebantur.

Sed ne ita quidem tot simul negotiis districti homines vel eruditissimi rei difficillimae ita satisfacere potuerunt ut non multa desideranda relinquerent: quare nihil sane tristius evenire potuit quam quod optimi quique et antiquissimi codices, quorum elegantia illi in emendando adiuti fuerant, aut ipsorum neglegentia aut vitio temporum perierunt. atque utinam in hoc numero ne essent duo libri scripti vetustissimi, quibus in decade quarta emendanda Moguntini utebantur, in prima B. Rhenanus et Sigism. Gelenius. nihil enim dubito hunc priorem codicem Rhenanianum omnium habere decadis primae praestantissimum, quamquam homo ineptus, Ianus Gebhardus, tribus Palatinis codicibus haut ita magni momenti fretus huius ipsius libri causa, cuius venustatem non caperet mediocre viri ingenium, Rhenano male dicere non destitit. Ille codex sive Vormaciensis sive Borbetomagensis videtur sex priores huius primae decadis libros conplexus esse prima tamen extremaque parte vicenorum capitum abscissa, et emendatus esse ab Clementiano eiusque filio Flaviano Nicomacho Dextro et ab Victoriano, id quod ex Rhenani adnotationibus ad 2, 36. cognoscere licet. ab sexto inde libro accepit Rhenanus alterum quendam Vormaciensem codicem reliquos nisi fallor sex libros continentem ab eodem cui priorem debebat Reinhardo Rietpurio ecclesiae Vormaciensis decano, cuius libri diversitatem quamquam rarissime, ut facere solebat, Sig. Gelenius descripsit. ille alter tamen codex paulo

minoris pretii haberi debet, quare ab eo integriores huius decadis libri Parisinus et Mediceus haud raro dissentiunt. nam quae diversitas sexti libri ab Rhenano laudata est, maximam partem prioris atque elegantioris codicis videtur fuisse. Aegerrime vero ferendum est quod B. Rhenanus non integram diversitatem illius libri vetustissimi enotavit sed permulta eadem fere ratione omisit qua Nicolaus Carbachius gravissimo optimarum litterarum detrimento in praestantissimo codice Moguntino decadis quartae describendo usus est. ac ne id quidem laudandum est quod vir alioquin religiosissimus in oratione Liviana describenda non vetusti libri ipsius sed recentiorum temporum scribendi ratione uti maluit, qua re aliquot locis dubitandum est, an non ita quem ad modum vult, in exemplo antiquo scriptum fuerit. Verum id quod ita erratum est, non homini sed aetati debetur, neque propter ea quidquam de gloria viri de litteris immortaliter meriti etiam a me detrahi velim, cum praesertim fortuna quadam opportuna nobis alia eiusdem antiquae recensionis exempla elegantissima conservata sint ita cum Rhenaniano libro consentientia ut ea quae ille incuria quadam neglexit, optime videantur suppleri posse. hi libri sunt perelegans Mediceus et ille Parisinus cuius supra mentionem fecimus.

Mediceus undecimi seculi codex membranaceus (Laurentianae biblioth. plut. 63, 19.), quem verissimo iudicio I. Fr. Gronovius in principe loco omnium huius decadis codicum posuit, decem primos libros Livianos ex recensione Nicomachi Dextri et Victoriani continet integros. ex eodem quo librum Rhenanianum vel

ex simili quodam eiusdem familiae codice eum descriptum esse cum maxima diversitatis scripturae similitudo docet, tum quae ex adnotationibus in antiquiorum exemplorum margine adscriptis quamquam perraro in orationem ipsam recepta sunt, cuius generis locus l. 2, 36. est, quem nisi in his duobus libris nusquam repperimus. ab diligentissimo vero librario hunc librum scriptum esse ex eo intelligi potest, quod is omnibus locis quibus dissentire inter se antiqua quae ante oculos habuit exempla invenit, prope modum omnem tum singulorum verborum (cf. 1, 44.: *moerium* h. e. moer*i*m moer*u*m. 4, 60.: *iuuarebat* h. e. iuua*re*t iuua*ba*t. al.) tum maiorum orationis partium diversitatem enotavit, cuius similem tanta cum fide adhibitam diligentiam in nullo antiquo codice Liviano vidimus. ex Drakenborchianis tamen excerptis haec Medicei libri virtus parum cognosci potest, cum is qui librum contulit, haud raro alteram tantum lectionem exscripserit, ex. gr. 3, 41. ubi non *dimittit certamen* sed *dimittit diremit certam*|*) in Med. scriptum est. Hinc etiam factum est, ut nomina quae litterarum signis scribi solebant, in hoc libro plerumque diligentius quam in P aliisque libris antiquis perscripta videamus, ex. gr. *psr. pir. por. pmr. sics.* al. ut ex hoc uno fonte cum alii tum difficilior eius generis locus 5, 51. in integrum restitui potuerit. atque ita permulti laudari possunt loci quibus tum elegantiore verborum collocandorum ordine tum prudenti

*) Hac lineola inter bina verba interposita significavimus fines versuum, quod id ipsum in diiudicanda scriptura non numquam opus videbatur scitu.

gratoque verborum ipsorum delectu rerum rationibus aptissimorum singularem quandam huius libri praestantiam virtutemque perspici nemo harum rerum peritus negaverit. Quae cum ita sint, non potest mirum videri, quod quae in omnibus libris scriptis inveniri soleant, etiam in hoc libro deprehendantur vitia: cuius generis sunt quod verborum similitudine deceptus cum oculi ab aliqua voce in sequentem aut eandem aut similem aberrarent, librarius ea quae in medio loco fuerant, interdum praeterierit, quod simili quodam errore partes quaedam singulorum verborum omissae sint, quod nominibus quae litteris *a* aut *e* finiebantur, sine iusta quadam causa litteram *m* adscriptam, aut ubi ea ponenda erat, eandem litteram neglectam videamus, quod voces complures in unam contractae sint quae contrahendae non fuerunt (ex. c. *quin* pro *qui in:* al.), quin etiam quod iustorum verborum loco ea quae specie quidem similia eis erant sed cum locorum rationibus minus congruunt, non numquam scripta reperiantur. sed etiam quae ita errata sunt, permultis locis minus difficultatis praebebunt, si id quod vere in antiquo libro scriptum est cognoverimus. sic dicebatur 5, 34. in Med. scriptum esse „in alium orbem irent", cum in reliquis esset „in alium orbem terrarum transirent": verum non ita sed in „alium orbem sirent" ibi scriptum repperimus. rarissimi tamen invenientur loci ubi maiores orationis partes desiderentur, qualis est 3, 27., qui Parisini codicis integritate emendari potuit. Hic liber Mediceus ab quattuor deinceps librariis perinde atque Puteanus emendatus est, quae emendationes magnam

partem infelicissimae suis quaeque locis in hac editione adscriptae sunt. cf. ex. gr. 1, 47. ubi manu antiqua scriptum est „frīsimilior quam patris“, manu altera „frīsimilior quam patri“. haec etiam fuerit causa, quod et apud Gronovios et apud Drakenborchium haut raro adeo a vero aberrantia ex hoc Med. libro enotata videmus, ut interdum videatur maxime dubium, utrum illi eundem hunc praeclarum codicem an recentiorem quendam ante oculos habuerint.

Tertio qui nobis loco est, Parisinus codex membranaceus decimi seculi olim Colbertinus (Reg. biblioth. num. 5725.) ex eadem qua duo priores recensione integram et ipse primam decadem continet. hic liber praeclarissimus quamvis priore parte propius abesse ab Harleiano antiquiore videatur, in altera ubi ille Harleianus magis a vero deflectere coepit, cum Mediceo unice consentit: non numquam etiam accuratius quam Mediceus Rhenanianum sequitur (cf. 1, 47.: „cui innupta diceretur“. 2, 31.: „fundit fugatque exuit castris“: al.). nec raro in hoc uno libro antiquae scripturae vestigia repperimus, ut 3, 11.: „sed uirium speset manu“: 3, 14.: „eo die“: al. si quid vero in hoc libro parum recte habere videtur, diligentius inspiciatur oportet, num litterarum metathesi verum obtectum sit. nullo enim in libro antiquo hac re totiens quam in hoc Parisino erratum vidimus, quamquam etiam Puteanus ab eius generis vitiis nequaquam liber est. non minus saepe erratum est ita, ut „&“ poneretur pro *e*, *i* pro *a* aut *u*, *ae* pro *e*, al., quamquam earum rerum iudicium interdum difficillimum est. sic etiam videtur improbandum quod du-

plicatis litteris mediis persaepe scriptum est „flammen, occassio, recusso“ et contra „misum“ al. Singularem vero huius libri virtutem in eo repperimus, quod ibi antiquiores vocum formae diligentius etiam quam in Mediceo conservatae sint, ut quam proxime ad Puteanum et Laurishamensem aliosque antiquissimos libros accedere videatur. hic liber emendatus est diligentissime et ut videtur perantiquo tempore ab docto aliquo librario ad fidem optimorum exemplorum: eiusdemque videntur esse quae in margine adscripta saepe restituunt unice veram atque integram scripturam.

Hi tres libri quos modo recensuimus, videntur repraesentare, quoad eius fieri potest, antiquam et veram Livianorum annalium formam, etsi vel in eis multa reperiuntur quae non ex omni parte probanda sint. ad has igitur res dubias diiudicandas necesse est etiam reliquorum manuscriptorum copiam adhiberi nec ante quam nihil omnino in his auxilii reperiri compertum erit, ad coniecturas capiendas transire licebit. verum ex maxima illa huius primae decadis manuscriptorum copia longe ceteris antecellunt duo libri praestantiores et Harleianus et Leidensis, quorum prior octo primos Liv. libros continens in vetustissimis etiam codicibus numerandus est. cur vero hunc librum non in prima codicum classe cum Rhenaniano et Mediceo et Parisino, sed in altera cum Leidensi ponendum censeamus, haec est causa. cum enim librorum manu scriptorum integritas ex eo potissimum cognosci possit, num quid in eis ex librariorum ingenio de industria mutatum sit, an si quid pro vero haberi non possit, id incuria quadam librariorum et neglegentia

factum sit: multa ea et certa emendatorum locorum indicia nobis persuadere debent, Harleiani codicis librarium ab illa culpa nequaquam vacuum fuisse. nam ut Quintiliano auctore ne antiquissimis quidem temporibus defuisse constat, qui his ipsis Livianis annalibus, in quibus severiores artis criticae iudices Patavinitatem quandam sibi viderentur videre, emendandis vacarent, sic etiam postea, quod quidem ex magna diversitate ipsa manuscriptorum cerni possit, haut pauci homines docti in eisdem studiis videntur versati esse. ex eorum hominum opera prodierit oportet emendatus etiam hic liber Harleianus, qui quamquam maximam partem — quae propria quaedam omnium vetustiorum librorum virtus est — cum optimis quibusque libris congruit, tamen tot locis illud deterius studium prodat, ut non satis cauti esse possimus, ne quarundam eius partium venustate capti ea quoque emendata ex eodem illo velimus quae speciosiora sint quam veriora. hoc verum esse iudicium persuasum fore omnibus spero qui eius libri excerpta apud Drakenborchium cum integra librorum PM diversitate diligenter contulerint: nec est in eo verendum ne de vera Harleiani scriptura decipiamur, cum maximus huius libri cum Leidensi meliore, quem Drakenborchius ipse perscrutatus est, consensus et cum libris PM omnibus in eis locis quibus antiqui libri inter se non videntur dissentire, multo digniorem fide hanc collationem Harleiani esse quam Medicei aut Puteani doceat. Quamquam id quod diximus vere intelligi non posse videtur nisi diligenti omnium huius decadis partium recognitione, tamen non paenitebit

in primis hos locos pervestigasse: 1, 27. 39. 2, 51. 3, 53. 5, 47. 48. 51. 53. seqq.

Ex his potissimum quinque libris restituere conati sumus hanc primam decadem Livianam. Qui recentiores sunt codices modo primae modo alterius classis libros ita sequuntur, ut librarii pro suo quisque ingenio permulta commutarint. nec est dubitandum quin illi quibusdam locis veram orationem recte reppererint, praesertim in nominibus propriis scribendis, quae in antiquioribus libris interdum depravata inveniantur. inde etiam factum videtur ut recentissimi codices Veneti Carolo Sigonio tanti momenti viderentur esse, quod illi ab hominibus graecarum litterarum haut expertibus emendati minus quam antiquiores libri ab graecis Romanarum rerum scriptoribus abhorrerent: quamvis nihil peius in his rebus fieri possit quam ut tali studio ubivis alter ex altero scriptor non emendetur sed corrumpatur. nec tamen id unum in recentioribus manuscriptis recognitum videmus, sed ubicumque oratio antiqui scriptoris non satis ex grammaticorum multo recentiorum praeceptis constituta videbatur, antiqua et vera sed quae difficiliora erant cognitu, aliis lectu facilioribus permutabantur: sicubi Livius infinitivum scribi voluerat, scripserunt ipsi modo indicativum modo coniunctivum, in quo vel ob id minus haerendum esse videbatur, quod etiam optimi libri interdum invenirentur parum inter sese consentire (cf. 2, 27.: „cum dicere“): ubi ille verbum substantivum, quod facere solebat (1, 3.: „quae appellata“), omitti voluerat, hi restituendum censuerunt: coniunctiones quamquam nullae positae

erant,

ınt, addiderunt, easdemque aliis locis sustulerunt, i minus apte positae videbantur: temporum ratio- s non numquam rectissime perspexerunt, inprimis ıi syllabae *re* et *ba* in antiquioribus libris neglectae ant, multoque saepius easdem confuderunt (cf. 5, 51.: 'euocaritis"). Verum ex his satis apparebit, licet utissimo iudicio debeamus uti si quid ex illis re- ntioribus libris in orationem antiquam recipiendum deatur, tamen nequaquam eos neglegendos esse, eó- ıe minus quod nonnulli eorum ex optimis fontibus ıusti videntur eorumque librarii interdum et doctrina ingenio excelluisse: ex hoc numero est Havercam- anus recentissimus, ex illo Klockianus Palatinorum ı ; ın Portug. Vossianus alter, qui multo melioris no- e videtur esse quam Vossianus ı et Leidensis in- rior, utpote qui duo libri omnibus illius generis vi- is refertissimi sint.

Veterum grammaticorum auctoritatem perraro plu- s quam optimorum Livianorum codicum habuimus, ıod quanta illi plerumque incuria antiquorum scri- torum locos laudare consueverint, inter omnes con- ıt, cumque ex Quintilianeis etiam libris cognosci ossit, multa antiquis hominibus probata fuisse quae quentibus temporibus non ita probarentur, nec tis diligenter considerari possit quod dialogi de atoribus auctor dicit, mutari cum temporibus for- as quoque et genera dicendi nec esse unum elo- ıentiae vultum, sed in illis quoque qui antiqui vo- rentur, plures species deprehendi nec statim dete- ıs esse quod diversum esset. vix enim dubitandum t quin, cum tanta fuerint veteres grammatici apud

posteriores auctoritate, ex eorum fide antiqua verba passim emendata sint, cum in rebus ipsis iidem posteriores nihil dubitarint quae magis placebant, antiquae orationi supponere. In primo quidem versu totius operis restituendo si non Quintilianum essem secutus nefas videbatur: sed 1, 9. cum Med. scripsimus „dein (PM) quas sua virtus ac dii iuvent, magnas sibi opes magnumque nomen facere", quamvis apud Quintilianum 9, 2. 37. legeretur „deinde quas sua virtus ac dii iuvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere". sic enim apud eundem 1, 5. 44. laudatum videmus locum 1, 12.: „tenuere arcem Sabini", cum in omnibus Liv. manuscriptis sit „tenuere tamen arcem Sabini". etenim licet apud Quintilianum particula illa ob verbum *inquit* omissa videatur, tamen id ipsum docet, non ea antiquos homines in his rebus versatos esse diligentia ut nihil omnino mutare ausi essent.

Cum igitur quanta maxima diligentia antiquissimi codices sequendi viderentur, perpaucae tantum doctorum hominum coniecturae in antiquam orationem recipi poterant, quarum longe maior pars numquam excogitata esset, nisi illi in difficilioribus quibusdam locis priores interpretes haerere vidissent, atque ita sibi ipsi visi essent aliquid vitii deprehendisse, quamquam nihil in oratione antiqua non recte habebat. nec tamen negandum est, multas eius generis coniecturas factas esse antequam id quod in melioribus libris scriptum est vulgatum esset: ut ex hoc ipso magna eorum doctrina magnumque ingenii acumen perspici possit, quorum inventa optimorum manuscriptorum au-

ritate comprobata sint. nihilo minus vero in his
pe erratum est, quod docti homines malebant nova
enire quam diligentius considerare, num etiam id
d in antiquis libris esset, ferri posset, nec repu-
nt veram cuiusque loci rationem perquirendam esse
quid scriptores dicere iuberentur quod dicere nec
erant nec poterant, neque eorum studia probari
e qui quod suo loco aliquid optime se haberet,
ipsam ob causam eadem semper ab eisdem di-
et scripta esse vellent. nam et si vere contendi
st, suum cuique insitum atque innatum esse co-
ıdi genus suamque res exprimendi rationem, ta-
id non ita verum est ut nihil novi a quoquam
cogitarique potuisse censeamus, praesertim cum
ab aliis scripta longo temporis intervallo disiun-
sint. eadem haec erat causa quod ipsi nihil
mutare ausi sumus, nisi ubi leve quoddam libra-
m mendum deprehenderetur: nec dubitamus quin
: nostra antiquorum monumentorum verecundia
inibus doctis probata fuerit. propter id etiam,
res ipsa extra omnem dubitationem videretur
:, non operae pretium videbatur multa similium
rum exempla congerere, quamquam id interdum
: difficile erat, ut 4, 51. „urbs agerque“, ubi loci
lam ex 5, 24. 25. laudari poterant. aliis locis satis
batur id quod in antiqua oratione minus proban-
esset indicasse, quamvis vix dubium esset quin
us non ita scripsisset: cf. 5, 54. „mare“. num
his dubiis locis videamur vere restituisse inte-
ı orationem, docti homines, penes quos harum re-
iudicium est, viderint.

ex his quinque libris nihil in eis reperire poteram quo integra oratio vere videretur restituta esse. nam etsi perutile est, id quod apud illum vel ab ipso vel ab aliis observatum legitur, cum optimis quibusque codicibus et conferri et reputari, tamen aliud est si talibus divinationibus fidem haberi velis, quae ne humanae quidem rationi comprobentur. ut igitur uno exemplo ex libri tricesimi cap. XXIII. allato utar, nonne vir doctus videt, si ita quem ad modum ipse constituit scribere velimus, ne tritae quidem logicae rationem habitam fore, cum id quod sine ulla dubitatione pro causali propositione habendum est „et nemo omnium verius existumare posset", in apodosi posuerit. virum doctum fefellerit id quod in antiquis libris „quam eum qui" reperitur, incuria quadam librariorum scriptum esse, cuius generis ut simile quoddam verbum similibus adderetur, praesertim ubi difficilius erat cognitu, quodnam potissimum verbum in antiquiore exemplo pro vero atque integro haberi oporteret, et in his ipsis vocibus „cum, eum, quem, quam", non illo uno loco sed etiam in reliquis libris permulta inveniuntur, ut id perito harum rerum viro non dubium atque inauditum esse debuerit. operae pretium sane fecerit qui omnes illos locos de quibus ille disputavit, diligentissime perscrutetur, sed ad hoc tempus nobis otium non erat. multo vero utilius fuit cum aliorum doctorum hominum qui in Livianis annalibus emendandis operam posuerunt, tum Wilh. Weissenborni eruditionis optimae plenissimas observationes recenseri, nec in posteriorum decadum libris fieri poterit quin saepissime ingeniosis eius viri disputationibus videa-

mur docti ductique fuisse: de duobus tamen locis quos in his quinque libris coniectura emendare voluit, viri doctissimi iudicium non iustum esse putamus. nam quod 2, 1. non „omnia iura omnia insignia primi consules tenuere“ sed „omnia iura omnia insignia *imperii* consules tenuere“, scriptum voluit, nemo sane dubitaret quin si ita in melioribus libris inveniretur, rectissime videri posset scriptum: nec tamen id quod Livius scripsit, peius est: primi enim consules, non omnes qui posterioribus temporibus creati sunt, iura et insignia quae reges habuerunt, quod alios deinceps magistratus creari necesse videbatur, quorum dignitates officiaque et regum et primorum consulum fuerant. et quod 5, 51. censet non posse dici „mille senatus consultis“ nisi etiam „populi iussu“ in plurali poneretur, equidem non ita censeo. senatus semper cum Camillo steterat, non plebs tribunique plebis: id igitur quodam modo a Camillo dici poterat, se numquam rediturum fuisse licet miliens a senatu revocatus esset: verum ille populi iussus sanctior et gravior erat quam qui saepius iterari potuisset: subtili igitur iudicio Livius ita ut in optimis quibusque libris reperitur, videtur scripsisse: „wahrlich ich würde nie zurückgekehrt sein, wenn ihr mich auch durch tausend Senatsbeschlüsse und mit der allgemeinen Zustimmung des Volkes zurückberufen hättet, wenn nicht das Wohl des Vaterlandes meine Rückkehr gefordert hätte“.

Antiquiores et nominum et verborum formas in PM conservatas, si easdem in Puteano et Laurishamensi reppereramus, etiam in hac prima decade re-

stituimus: nec reprehenderemus magnopere eos qui talium locorum auctoritate freti et ceteros vel invitis manuscriptis emendatos vellent. nam quod tertiae declinationis accusativi formam *is* attinet, illis antiquissimis libris testibus veri simile fit, Livium hoc uno modo et adiectiva et participia formare solitum fuisse: nec dubitari potest quin hac re faciliori multorum locorum intelligentiae consuli potuerit: ut, si 1, 14. scriberetur „qui simulantis paulo ante secuti erant", nihil cuiquam in difficiliore loco dubium esse posset. in eisdem illis integerrimis libris etiam superlativi formam *umus* multo saepius quam in paulo recentioribus invenimus, ut vix dubium esse possit quin multi etiam eius generis loci ab librariis corrupti sint. quo minus tamen semper his formis iuxta atque Reinh. Klotzius in Ciceronianis libris uteremur, ratio huius nostrae editionis impedivit, quae quantum fieri posset, optimorum codicum vestigiis ipsis insisteret voluimus. num vero in hoc recte fecerimus, doctiores et politiores homines iudicaverint. formas secundae declinationis *os* et *on* et *om* nusquam in nominibus substantivis sustulimus, quod in integrioribus libris nec Livianis modo non numquam ita scriptum est: cf. 5, 35. Poeninon: 5, 47.: saxom. et cum iidem antiqui libri docerent, Livium contractis verbis uti solere, nihil prope eius generis negleximus. sic etiam pronomina *hic idem* contracta sunt. nam quamquam eius rei iudicium difficilius eo factum est quod haud raro littera *h* pronomini *is* sine iusta ut videtur causa a librariis addebatur, tamen aliquot loci tum demum si *hisdem* pro *iisdem* scriberetur, recte se habere vi-

debantur, quod eo minus apud Livium mirum videbitur quo saepius ille pronomina *eadem haec, eadem illa,* al. ad orationis vim augendam coniungere consueverit. In consonantium quam vocant assimilatione verborum compositorum optimos quosque libros secuti sumus, qui in his rebus multo magis inter se consentiunt quam vulgo creditur, licet diversis locis eadem verba non numquam diverse scripta reperiantur: et si quo loco quod perraro fiebat, libros PM inter se discrepantes vidimus, id eligi quod saepius in Puteano et Laurishamensi repertum esset, tutissimum videbatur: ut cuique persuasum esse posset, nihil a nobis in his scriptum esse, nisi quod optimorum librorum auctoritate probaretur. Verba ex *legere* composita ita ut in antiquissimis libris repperimus, nec *neglegere* modo sed etiam *neclegere* scripsimus: item *temptare,* non *tentare* quod in melioribus codicibus nusquam legitur. verba in quibus *icere* inest, una littera *i* scribi iussimus, quod id solum antiquum videbatur: sed *inquid essed* al. in hanc editionem non recepimus, quamquam id in antiquissimis libris reperitur. verum pronomina quaedam *illut, aliut,* al. littera *t* non numquam scripsimus, et quod optimi libri id postularent et ne quid in prima decade non inveniretur quod in tertia et quinta saepius restituendum esset. eisdem libris ducibus scribendum erat *haut* et *haud, velud* et *velut*, dein „paulo paulatim quamquam umquam numquam ubicumque“ al. quae voces nusquam aliter in antiquioribus libris scriptae reperirentur.

Quod si, cum tanti habuerimus quanti necesse

erat antiquorum librorum auctoritatem, repertum quid non numquam fuerit quod in vulgatis lexicis non ita legatur, nemini mirum videri debebit: non enim ob hanc unam causam id quod vere antiquum videbatur, neglegendum erat. multa sunt quae de his rebus dicantur sed quae eis qui talia profitentur relinquenda censemus. id unum dixerim, verborum deponentium rationem diligentius perquiri necesse videri, cum eorum verborum numerus antiquis temporibus longe maior videatur fuisse quam ex recentioribus libris cognoscere licet. Nec tamen in unis Livianis annalibus emendandis haec diligentior cura adhuc plerumque desiderabatur sed etiam in aliis quibusdam scriptorum antiquorum libris, quorum pervetusti servati sunt manuscripti. non enim satis dici potest non tam quanta incuria ad recentissima tempora homines critici in talibus rebus versati fuerint, quam quo pravo consilio optima quaeque antiquiorum librorum in recentioribus codicibus, ad quorum fidem principes editiones maximam partem typis excudebantur, deleta aliaque minus proba eis supposita sint, et quam difficile nihilo minus homines adduci possint ut illarum principum editionum auctoritatem non pluris quam par est habeant. ita meminimus in singulari illo priorum Taciteorum annalium libro Mediceo 6, 51. *impudicitia*, quod vulgo ibi legitur, non scriptum esse nisi in margine et aliquanto recentiore manu, sed manu antiqua reperiri „indicitiam uxoris tolerans aut declinans: dein Rhodo regressus“ cet., quod haut dubitemus pro verissimo habere. Cui igitur non apparet, quae ita neglecta adhuc iecerunt, tandem tempus esse ad lucem

proferri, licet inde eorum quae semel dicta vel potius in libris reperta videbantur esse, numerus augeatur, ut aliquando vere nobis videamur restituta videre praeclarissima antiquorum scriptorum monumenta.

Sed ut vere liceat frui his tantis antiquorum manuscriptorum virtutibus, fieri non potest nisi quibus haec studia curae sunt, obeunt molestiam peregrinationum, ut ipsi in sedibus antiquis antiquos libros describant. multa enim quae quanta maxima diligentia ex Puteano descripta mihi arbitrabar, in optimo libro non ita repperi: quare hominum doctorum interfore puto si ea hoc loco emendaverim. In Puteano igitur ex libro xxx. leguntur Cap. 1.: „galliam prouinciam optinere cum legionibus iis quas" cet. cap. 5.: „efferri sunt coepta". cap. 11.: „studium effundit". c. 15.: „eximiisque ornatum laudibus". c. 17.: „in rostra escendit". c. 19.: „sperans leniorem in nauigatione" cet. c. 20.: „atque efferret sese". c. 21.: „en umquam ille dies futurus esse". c. 23.: m. 1.: „responsu". m. 3.: „responso". c. 26.: „de coniurationibus principum". c. 28.: „gerere ereexerant". c. 30.: „datum a quo peterem". — Huc adiicere liceat quae in his quinque libris correctorum diligentiam fugerint. Pag. 12. obs. 28. scribe „P: ca*su* sui prohibere". p. 29. obs. 3[b]. delendum est „P". p. 56. obs. 22. deleatur idem „P". p. 73. obs. 14.: „ingen*tem*". p. 81. obs. 12. excidit „M" post verba „ubi iniu*ria*". p. 105. obs. 13. vers. 8. scribe „2, 9. 13. 14". p. 448. obs. 3[b]. bis scribendum est „R" pro „K" in „Ruhnken." p. 568. obs. 22. excidit *ne* in „decernerent". al. Praeter ea in priore huius voluminis

parte haut raro mea culpa erratum video. cum enim valetudine oculorum affectus typothetarum errores non ipse corrigere possem, quae parum diligenter scripseram non sunt emendata: ex. c. p. 16. obs. 1. ubi „dubites an“: p. 185. obs. 5. ubi „an L.“ scribendum erat: quam neglegentiam ut docti benevolique homines sua humanitate mihi ignoscant, etiam atque etiam rogo.

Ne integram codicum PM diversitatem libri I. suo loco adscriberem factum est quod primo nihil scriptoris orationi nisi qua auctoritate scripturae receptae niterentur, addere statueram. Ottoniana recensione libri XXX. lecta hoc consilium mutatum est. ab eo quoque tempore orationem Livianam paucis exponere coepi, quod totum a consilio meo excludere volueram. Cur enim 1, 3. pluribus docerem, optimorum librorum scripturam „*haut ambigam*“ unice veram esse, cum peritos harum rerum iudices fugere non potuisset, hoc verbum apud Livium interdum idem significare quod „disputando vel alio quo periculo decertare“: hoc igitur loco „ich möchte mich keinesweges auf eine streitige Untersuchung einlassen, ob dies der Ascanius (d. h. der Sohn der Lavinia) gewesen oder jener ältere“ cet. Cur 1, 20. exponerem, quod in eisdem libris est „*vicesimo anno*“ integerrimum esse, cum nemini non esset compertum, Plutarchum Num. 18. dicere lunarem annum fuisse 354 dierum, cui si alternis viceni bini dies intercalares adiecti fuissent, spatio viginti annorum peracto 7300 dies fieri necesse esse: eundemque dierum numerum effici, si anni solstitialis 365 dies vicies multiplicarentur. — Multis vero huius primi libri locis non meo iudicio opus videbatur, cum exquisitis Her-

manni Wimmeri observationibus prope semper verum repertum et probatum esset.

Verum enim vero cum videam quantus eruditissimorum hominum numerus in eisdem his Livianis studiis versetur, tantum abest ut cum uno eorum verear ne hac ingeniorum contentione scriptori antiquo detrimentum quoddam fiat, ut ob hanc ipsam causam litteris optimis quanto maximo gaudio gratuler, neque quidquam antiquius habeam quam ut illi optimi viri, inter quos I. Fr. Boettcherus hautquaquam contemnendus est, ne desistant una nobiscum eundem hunc finem etiam in posterum ante oculos habere, ut nostris coniunctis studiis vere videatur consultum esse litteris. Atque utinam de Polybianis optimarum rerum plenissimis historiis idem praedicare possem! — Omnibus vero qui me, cum a patria abessem, consilio suo opibusque adiuverunt, facere non possum quin maximas agam gratias, ante omnes dilectissimo Car. Bened. Hasio, qui ut litteris et graecis et latinis inter Gallos facile doctissimus haberi debet maximeque subtili earum rerum iudicio praeditus, sic humanitatis liberalitatisque gloriam multo pluris quam doctrinae habere vult, et ut non desinit Germanis hominibus litterarum studiosis quacumque ratione consulere, sic etiam mihi eos dies quibus Lutetiae degebam tam gratos atque iucundos familiaritate sua suavissima reddidit, ut fieri non possit ut eius viri memoria umquam ex animo meo excidat.

Scrib. Berolini a. d. v. Kal. Sextilis. MDCCCXLI.

TITI LIVI

RERUM ROMANARUM

AB URBE CONDITA

LIBRI.

DECADIS PRIMAE

PARS PRIOR.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER I.

Facturusne operae pretium sim, si a primordio urbis res populi Romani perscripserim, nec satis scio nec si sciam dicere ausim, quippe qui cum veterem tum vulgatam esse rem videam, dum novi semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos se aut scribendi arte rudem vetustatem superaturos credunt. utcumque erit, iuvabit tamen rerum gestarum memoriae principis terrarum populi pro virili parte et ipsum consuluisse: et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est, nobilitate ac magnitudine eorum me, qui nomini officient meo, consoler. res est praeter ea et inmensi operis, ut quae supra septingentesimum annum reppetatur et quae ab exiguis profecta initiis eo creverit, ut iam magnitudine laboret sua: et legentium plerisque haud dubito quin primae origines proximaque originibus minus praebitura voluptatis sint, festinantibus ad haec nova quibus iam pridem praevalentis populi vires se ipsae conficiunt. ego contra hoc quoque laboris praemium petam, ut me a conspectu malorum, quae nostra tot per annos vidit aetas,

1. *facturusne operae pretium sim:* M. Fabius Quintilianus 9, 4. 74. — PM: *facturusne sim operae pretium.*
8. *et ipsum:* PM.
9. *in obscuro est:* M] in obscuro sit.
9. *magnitudine eorum me, qui nomini officient meo, consoler:* PM m. 1. Harl. I.] magnitudine eorum, meo qui nomini officient, me consoler. [M m. 2.]
12. *reppetatur .. reppeto:* M] repetatur .. repeto.

tantisper certe dum prisca tota illa mente reppeto, avertam, omnis expers curae, quae scribentis animum et si non flectere a vero, sollicitum tamen efficere posset. quae ante conditam condendamve urbem poeticis magis decora fabu-
5 lis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec adfirmare nec refellere in animo est. datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat: et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, ea belli gloria est
10 populo Romano, ut cum suum conditorisque sui parentem Martem potissimum ferat, tam et hoc gentes humanae patiantur aequo animo quam imperium patiuntur. sed haec et his similia utcumque animadversa aut existimata erunt, haut in magno equidem ponam discrimine: ad illa mihi pro se
15 quisque acriter intendat animum, quae vita qui mores fuerint, per quos viros quibusque artibus domi militiaeque et partum et auctum imperium sit. labente deinde paulatim disciplina velut dissidentis primo mores sequatur animo, deinde ut magis magisque lapsi sint, tum ire coeperint prae-
20 cipites, donec ad haec tempora, quibus nec vitia nostra nec remedia pati possumus, perventum est. hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in inlustri posita monimento intueri: inde tibi tuaeque re publicae quod imitere capias, inde foe-
25 dum inceptu, foedum exitu, quod vites. ceterum aut me amor negotii suscepti fallit, aut nulla umquam res publica nec maior nec sanctior nec bonis exemplis ditior fuit, nec in quam civitatem tam serae avaritia luxuriaque immigraverint, nec ubi tantus ac tam diu paupertati ac parsimoniae
30 honos fuerit: adeo quanto rerum minus, tanto minus cupi-

1. *prisca tota illa mente:* PM] prisca illa tota mente.
3. *efficere posset:* PM] efficere possit.
9. *gloria est populo romano:* PM.
17. *labente:* PM] labante.
18. *velut dissidentis:* PM] velut desidentes.
23. *in inlustri posita monimento:* PM m. 1.] in illustri posita monumento.
24. *tuaeque republicae:* P] tuaeque reipublicae.

tatis erat. nuper divitiae avaritiam et abundantes voluptas desiderium per luxum atque libidinem pereundi perdendque omnia invexere. sed querellae, ne tum quidem gratae futurae cum forsitan necessariae erunt, ab initio certe tantae ordiendae rei absint. cum bonis potius omnibus votisque et precationibus deorum dearumque, si ut poetis, nobis 5 moque mos esset, libentius inciperemus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.

I. Iam primum omnium satis constat Troia capta in ceteros saevitum esse Troianos: duobus, Aeneae Antenorique, 10 vetusti iure hospitii et quia pacis reddendaeque Helenae semper auctores fuerunt, omne ius belli Achivos abstinuisse. sibus deinde variis Antenorem cum multitudine Enetum, ui seditione ex Paphlagonia pulsi et sedes et ducem rege Pylaemene ad Troiam amisso quaerebant, venisse in intu- 15 um Hadriatici maris sinum: Euganeisque, qui inter mare Alpesque incolebant, pulsis Enetos, Troianosque eas tenuisse terras. et in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur, pagoque Troiano inde nomen est, gens universa Veneti appellati. Aenean ab simili clade domo profugum, 20 sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum, ab Sicilia classe ad Laurentem agrum tenuisse. Troia

3. *querellae:* PM] querelae.
4. *forsitan necessariae:* PM] forsitan et necessariae.
6. *et precationibus:* PM] ac precationibus.
10. *duobus Aeneae Antenorique:* PM m. 1. — M m. 2: a duobus Aenea Antenoreque.
12. *auctores fuerunt:* M] fuerant. — P: *auctores ferunt.*
13. 17. *Enetum. Enet.:* PM.] Hen.
15. *intumum:* P] intimum.
16. *hadriatici:* P. — M: *adriatici maris sinum.* — Bekk.: *Hadriatici sinum maris.*
18. *primum:* M. *primo:* P.
19. *pagoque Troiano inde nomen est:* M] pagoque inde Troiano nomen est.
21. *ad maiora rerum initia:* PM] ad maiorum rerum initia.
23. *ad Laurentem:* PM] Laurentem.
— *Troia et huic loco nomen est:* PM] Troiae et huic loco nomen est.

et huic loco nomen est. ibi egressi Troiani — ut quibus ab inmenso prope errore nihil praeter arma et naves superessent — cum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim ad-
5 venarum armati ex urbe atque agris concurrunt. duplex inde fama est. alii proelio victum Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem iunxisse tradunt; alii, cum instructae acies constitissent, priusquam signa canerent, processisse Latinum inter primores ducemque advenarum evocasse
10 ad conloquium: percunctatum deinde qui mortales essent, unde aut quo casu profecti domo quid quaerentes in agrum Laurentinum exissent, postquam audierit multitudinem Troianos esse, ducem Aeneam filium Anchisae et Veneris, cremata patria et domo profugos sedem condendaeque urbis locum
15 quaerere, et nobilitatem admiratum gentis virique et animum vel bello vel paci paratum, dextera data fidem futurae amicitiae sanxisse. inde foedus ictum inter duces, inter exercitus salutationem factam: Aeneam apud Latinum fuisse in hospitio: ubi Latinum apud penates deos domesticum pu-
20 plico adiunxisse foedus filia Aeneae in matrimonium data. ea utique res Troianis spem adfirmat tandem stabili certaque sede finiendi erroris: oppidum condunt: Aeneas ab nomine uxoris Lavinium appellat. brevi stirpis quoque virilis ex novo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere
25 nomen.

II. Bello deinde Aborigines Troianique simul petiti.

1. *ibi egressi:* P] ubi egressi.
2. *superessent:* P] superesset. M: *superēēt.*
11. *quid quaerentes:* P] quidue quaerentes.
— *in agrum Laurentinum:* P Harl. I.] in agrum Laurentem.
13. *Aeneam:* PM] Aenean.
14. *et domo profugos:* P] domo profugos. — *et:* Harl. I.
— *urbis locum:* M] urbi locum.
18. *Aeneam:* PM] Aenean.
19. *ubi Latinum:* M] ibi Latinum.
— *puplico:* P] publico.
21. *ea utique res:* M.
23. *stirpis quoque uirilis:* PM] stirps quoque uirilis.
24. *cui Ascanium:* PM] Ascanium.
26. *Troianique simul petiti:* P] Troianique petiti. — M: *troiani petiti: que* m. 2. additum.

Turnus rex Rutulorum, cui pacta Lavinia ante adventum Aeneae fuerat, praelatum sibi advenam aegre patiens simul Aeneae Latinoque bellum intulerat. neutra acies laeta ex eo certamine abiit: victi Rutuli, victores Aborigines Troianique ducem Latinum amisere. inde Turnus Rutulique dif- 5 fisi rebus ad florentes opes Etruscorum Mezentiumque regem eorum confugiunt, qui Caere opulento tum oppido imperitans, iam inde ab initio minime laetus novae origine urbis, et tum nimio plus quam satis tutum esset accolis rem Troianam crescere ratus, haud gravatim socia arma Rutulis 10 iunxit. Aeneas adversus tanti belli terrorem ut animos Aboriginum sibi conciliaret, nec sub eodem iure solum sed etiam nomine omnes essent, Latinos utramque gentem appellavit. nec deinde Aborigines Troianis studio ac fide erga regem Aeneam cessere: fretusque is animis coalescentium 15 in dies magis duorum populorum Aeneas, quamquam tanta opibus Etruria erat, ut iam non terras solum sed mare etiam per totam Italiae longitudinem ab Alpibus ad fretum Siculum fama nominis sui implesset, tamen cum moenibus bellum propulsare posset, in aciem copias eduxit. secundum 20 inde proelium Latinis, Aeneae etiam ultimum mortalium operum fuit. situs est — quemcumque eum dici ius fasque est — super Numicum fluvium. Iovem Indigetem appellant.

III. Nondum maturus imperio Ascanius Aeneae filius erat, tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolome 25 mansit. tantisper tutela muliebri — tanta indoles in Lavinia erat — res Latina et regnum avitum paternumque puero stetit. haut ambigam — quis enim rem tam veterem

6. *regem eorum:* PM] eorum regem.
12. *nec sub eodem iure:* PM] ne sub eodem iure.
15. *Aeneam:* PM] Aenean.
— *fretusque is animis:* P] fretusque his animis.
21. *mortalium operum:* M] operum mortalium.
23. *super Numicum fluvium:* M] super Numicium flumen. — P: *super Numicum flumi-num:* m. 2. expunctis litteris *inum.*
25. *incolome:* P] incolume.
28. *haud ambigam:* PM Harl. I.] haud nihil ambigam. — P: *haut.*

pro certo adfirmet? — hicine fuerit Ascanius an maior quam hic, Creusa matre Ilio incolumi natus comesque inde paternae fugae, quem Iulum eundem Iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. is Ascanius, ubicumque et quacumque
5 matre genitus — certe natum Aenea constat — abundante Lavini multitudine, florentem iam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri seu novercae relinquit, novam ipse aliam sub Albano monte condidit, quae ab situ porrectae in dorso urbis Longa Alba appellata. inter Lavinium et Al-
10 bam Longam diductam coloniam triginta ferme interfuere anni. tantum tamen opes creverant maxime fusis Etruscis, ut ne morte quidem Aeneae nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumque primum puerilis regni movere arma aut Mezentius Etruscique aut ulli alii accolae ausi sint. pax
15 ita convenerat ut Etruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset. Silvius deinde regnat, Ascanii filius, casu quodam in silvis natus. is Aenean Silvium creat; is deinde Latinum Silvium. ab eo coloniae aliquot eductae, Prisci Latini appellati. mansit Silvis postea
20 omnibus cognomen qui Albae regnaverunt. Latino Alba ortus, Alba Atys, Atye Capys, Capye Capetus, Capeto Tiberinus, qui in traiecto Albulae amnis submersus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde Tiberini filius, post Agrippam Romulus Silvius a patre accepto im-
25 perio regnat. Aventino fulmine ipse ictus regnum per manus tradidit. is sepultus in eo colle, qui nunc pars Romanae est urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde regnat: is Numitorem atque Amulium procreat, Numitori, qui stirpis

1. *hicine:* P] hiccine.
4. *nuncupat.* — P: *noncupat.*
6. *Lavini:* M] Lavinii. — P: *labini.*
7. *relinquit:* Harl. I.] reliquit. — P: *relinquid.*
10. *diductam coloniam:* M] coloniam deductam.
18. *aliquot eductae:* P] aliquot deductae. — M Harl. I.: *aliquodeductae:* h. e. *aliquod eductae.*
19. *Silvis:* P] Silviis.
20. *regnaverunt:* M] regnarunt.
22. *in traiecto:* PM Harl. I.] in traiectu.
26. *pars romanae est urbis:* PM.
28. *stirpis:* M. *stirps:* P.

maximus erat, regnum vetustum Silviae gentis legat. plus tamen vis potuit quam voluntas patris aut verecundia aetatis: pulso fratre Amulius regnat. addit sceleri scelus: stirpem fratris virilem interemit, fratris filiae Reae Silviae per speciem honoris, cum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus adimit. 5

IV. Sed debebatur, ut opinor, fatis tantae origo urbis maximique secundum deorum opes imperii principium. vi compressa Vestalis cum geminum partum edidisset, seu ita rata seu quia deus auctor culpae honestior erat, Martem incertae stirpis patrem nuncupat. sed nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia vindicant: sacerdos vincta in custodiam datur, pueros in profluentem aquam mitti iubet. forte quadam divinitus super ripas Tiberis effusus lenibus stagnis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis et posse quamvis languida mergi aqua infantes spem ferentibus dabat. ita velut defuncti regis imperio in proxima adluvie, ubi nunc ficus Ruminalis est — Romularem vocatam ferunt —, pueros exponunt. vastae tum in his locis solitudines erant. tenet fama, cum fluitantem alveum, quo iam expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, lupam sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem vagitum cursum flexisse: eam summissas infantibus adeo mitem praebuisse mammas, ut lingua lambentem pueros magister regii pecoris invenerit. Faustulo fuisse nomen ferunt. ab eo ad stabula Larentiae uxori educandos datos. sunt qui Larentiam vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent: inde locum fabulae ac miraculo datum. ita geniti itaque educati, cum primum adolevit aetas, nec in stabulis nec ad pecora segnes venando peragrare

2. *aut verecundia.* — M: *at verec.* fortasse: *ac verecundia.*
4. *interemit:* P] interimit.
8. *ui:* Harl. I. — PM: *ut.*
19. *in his locis:* PM] in iis locis.
21. *quo iam expositi erant:* M] quo expositi erant.
26. *Larentiae:* M. — *Laurentiae ... Laurentiam:* P. — *educandos datos:* PM] educandos latos.
30. *peragrare saltus:* PM] peragrare circa saltus. — *circa* in P m. 3. additum est.

saltus. hinc robore corporibus animisque sumpto iam non feras tantum subsistere, sed in latrones praeda onustos impetus facere, pastoribusque rapta dividere, et cum his crescente in dies grege iuvenum seria ac iocos celebrare.

5 V. Iam tum in Palatio monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt — et a Pallanteo urbe Arcadica Pallantium, dein Palatium montem appellatum —: ibi Euandrum, qui ex eo genere Arcadum multis ante tempestatibus tenuerit loca, sollemne allatum ex Arcadia instituisse, ut nudi iuve-
10 nes Lycaeum Pana venerantes per lusum atque lasciviam currerent: quem Romani deinde vocaverunt Inuum. huic deditis ludicro, cum sollemne notum esset, insidiatos ob iram praedae amissae latrones, cum Romulus vi se defendisset, Remum cepisse, captum regi Amulio tradidisse ultro accu-
15 santes. crimini maxime dabant in Numitoris agros ab iis impetum fieri: inde eos collecta iuvenum manu hostilem in modum praedas agere. sic ad supplicium Numitori Remus deditur. iam inde ab initio Faustulo spes fuerat regiam stirpem apud se educari: nam et expositos iussu regis infan-
20 tes sciebat et tempus, quo ipse eos sustulisset, ad id ipsum congruere. sed rem inmaturam nisi aut per occasionem aut per necessitatem aperire noluerat. necessitas prior venit. ita metu subactus Romulo rem aperit. forte et Numitori, cum in custodia Remum haberet audissetque geminos esse fra-
25 tres, comparando et aetatem eorum et ipsam minime servilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum, sciscitandoque eodem pervenit, ut haut procul esset quin Remum agnosceret. ita undique regi dolus nectitur. Romulus non cum globo iuvenum — nec enim erat ad apertam vim par —

5. *in Palatio monte:* PM m. 1. Harl. I.] in Palatino monte.
7. *dein:* PM.
11. *vocaverunt:* M] vocarunt.
15. *ab iis impetum fieri:* PM] ab his impetum fieri.
17. *sic ad supplicium Numitori Remus deditur:* M] sic Numitori ad supplicium Remus deditur.
22. *aperire noluerat:* P] aperiri noluerat.
27. *eodem pervenit:* PM] eo demum pervenit.
29. *ad apertam vim:* M] ad vim apertam.

sed aliis alio itinere iussis certo tempore ad regiam venire pastoribus ad regem impetum facit, et a domo Numitoris alia comparata manu adiuvat Remus. ita regem obtruncant.

VI. Numitor inter primum tumultum hostis invasisse urbem atque adortos regiam dictitans, cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam avocasset, postquam iuvenes perpetrata caede pergere ad se gratulantes vidit, extemplo advocato concilio scelus in se fratris, originem nepotum, ut geniti ut educati ut cogniti essent, caedem deinceps tyranni seque eius auctorem ostendit. iuvenes per mediam contionem agmine ingressi cum avum regem salutassent, secuta ex omni multitudine consentiens vox ratum nomen imperiumque regi efficit. Ita Numitori Albana re permissa Romulum Remumque cupido cepit in his locis, ubi expositi ubique educati erant, urbis condendae. et supererat multitudo Albanorum Latinorumque: ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium prae ea urbe quae conderetur fore. intervenit deinde his cogitationibus avitum malum regni cupido, atque inde foedum certamen coortum a satis miti principio. quoniam gemini essent nec aetatis verecundia discrimen facere posset, ut dii, quorum tutelae ea loca essent, auguriis legerent qui nomen novae urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatium Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt.

VII. Priori Remo augurium venisse fertur sex vultures, iamque nuntiato augurio cum duplex numerus Romulo sese ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat. tempore illi praecepto, at hi numero avium regnum trahe-

4. *hostis invasisse urbem:* M] hostes invasisse urbem.
8. *scelus in se fratris:* M] scelera in se fratris.
9. *caedem deinceps tyranni:* P Harl. 1.] caedem deinde tyranni. [M: sed *ps* supra *deinde* m. 1. additum.]
13. *efficit:* PM] effecit.
— *Albana re permissa:* PM] Albana permissa re.
14. *in his locis:* PM] in iis locis.
21. *quoniam gemini essent.* — qm gemini essent: PM.
27. *sese ostendisset:* M] se ostendisset.

bant. inde cum altercatione congressi certamine irarum ad caedem vertuntur. ibi in turba ictus Remus cecidit. vulgatior fama est ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros: inde ab irato Romulo, cum verbis quoque increpitans adiecisset „sic deinde quicumque alius transiliet moenia mea," interfectum. ita solus potitus imperio Romulus, condita urbs conditoris nomine appellata. Palatium primum, in quo ipse erat educatus, munit; sacra diis aliis Albano ritu, Graeco Herculi ut ab Euandro instituta erant facit. Herculem in ea loca Geryone interempto boves mira specie abegisse memorant, ac prope Tiberim fluvium, qua prae se armentum agens nando traiecerat, loco herbido ut quiete et pabulo laeto reficeret boves, et ipsum fessum via procubuisse. ibi cum eum cibo vinoque gravatum sopor oppressisset, pastor accola eius loci nomine Cacus, ferox viribus, captus pulchritudine bovum cum avertere eam praedam vellet, quia si agendo armentum in speluncam compulisset, ipsa vestigia quaerentem dominum eo deductura erant, aversos boves eximium quemque pulchritudine caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno excitus cum gregem perlustrasset oculis et partem abesse numero sensisset, pergit ad proximam speluncam, si forte eo vestigia ferrent. quae ubi omnia foras versa vidit nec in partem aliam ferre, confusus atque incertus animi ex loco infesto agere porro armentum occepit. inde cum actae boves quaedam ad desiderium ut fit relictarum mugissent, reddita inclusarum ex spelunca bovum vox Herculem convertit. quem cum ad speluncam vadentem Cacus vi prohibere conatus esset, ictus clava fidem pastorum nequiquam invocans morte occubuit. Euander tum ea profugus ex Pelopónneso auctoritate magis

12. *et pabulo laeto reficeret boves.* — P: et pabulo laetor efficeret boves. M: et pabulo letiores efficeret boves.
15. *pulchritudine bovum:* P] pulchritudine boum.
27. *bovum:* P] boum.
27. *ad speluncam vadentem:* M] vadentem ad speluncam.
28. *Cacus vi prohibere.* — P: cacu sui prohibere. M: cacus prohibere.
29. *nequiquam:* P] *nequicquam.*
30. *ex Peloponneso.* — M: ex

quam imperio regebat loca, venerabilis vir miraculo litterarum, rei novae inter rudes artium homines, venerabilior divinitate credita Carmentae matris, quam fatiloquam ante Sibyllae in Italiam adventum miratae eae gentes fuerant. is tum Euander concursu pastorum trepidantium circa advenam manifestae reum caedis excitus postquam facinus facinorisque causam audivit, habitum formamque viri aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens, rogitat qui vir esset. ubi nomen patremque ac patriam accepit, „Iove nate, Hercules, salve" inquit: „te mihi mater, veridica interpres deum, aucturum caelestium numerum cecinit, tibique aram hic dicatum iri, quam opulentissima olim in terris gens maximam vocet tuoque ritu colat." dextra Hercules data accipere se omen inpleturumque fata ara condita ac dicata ait. ibidum primum bove eximia capta de grege sacrum Herculi adhibitis ad ministerium dapemque Potitis ac Pinariis, quae tum familiae maxime inclitae ea loca incolebant, factum. forte ita evenit ut Potiti ad tempus praesto essent hisque exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad ceteram venirent dapem. inde institutum mansit, donec Pinarium genus fuit, ne extis sollemnium vescerentur. Potiti ab Euandro edocti antestites sacri eius per multas aetates fuerunt, donec tradito servis publicis sollemni familiae ministerio genus omne Potitiorum interiit. haec tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit, iam tum inmortalitatis virtute partae, ad quam eum sua facta ducebant, fautor.

peloponesso. P: ex poleponesso. [31, 7. in cod. Bamb. *peloponnessum:* sed 36, 32. in eod. libro: *peloponnesum.*]

14. *condita ac dicata:* PM] condita atque dicata.

15. *ibidum:* PM Harl. 1.] ibi tum.

16. *Potitis:* PM] Potitiis. — In P et in Harl. 1. omissa sunt: *Herculi adhibitis ad ministerium dapemque.*

18. *ut Potiti:* PM] ut Potitii.

19. *hisque exta apponerentur:* PM] iisque exta apponerentur.

21. *extis sollemnium:* M. — P: *extis sollemnibus.*

— *Potiti:* PM] Potitii.

22. *antestites:* P] antistites.

26. *virtute partae.* — PM: *virtute parta.*

— *sua facta ducebant:* P] sua fata ducebant.

VIII. Rebus divinis rite perpetratis vocataque ad concilium multitudine, quae coalescere in populi unius corpus nulla re praeterquam legibus poterat, iura dedit: quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse vene-
5 rabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit. alii ab numero avium quae augurio regnum portenderant, eum secutum numerum putant: me haut paenitet eorum sententiae esse, quibus et apparitores et hoc genus ab Etru-
10 scis finitimis, unde sella curulis unde toga praetexta sumpta est, numerum quoque ipsum ductum placet: et ita habuisse Etruscos, quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lictores dederint. crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia adpetendo loca, cum in
15 spem magis futurae multitudinis quam ad id quod tum hominum erat munirent. deinde ne vana urbis magnitudo esset, adiciendae multitudinis causa vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem ementiebantur, locum
20 qui nunc septus descendentibus inter duos lucos est, asylum aperit. eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum perfugit; idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. cum iam virium haud paeniteret, consilium deinde viribus parat.
25 centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui creari patres possent: patres certe ab honore patriciique progenies eorum appellati.

IX. Iam res Romana adeo erat valida ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset: sed penuria mulierum
30 hominis aetatem duratura magnitudo erat, quippe quibus nec domi spes prolis nec cum finitumis conubia essent. tum

17. *adiciendae multitudinis causa:* PM] alliciendae multitudinis causa.
20. *asylum aperit:* P. — M: asilum ape*llant:* sed *llant* m. 2. in ras.
29. *civitatum:* M] civitatium.
31. *cum finitumis conubia:* P] cum finitimis connubia. — In P et M semper scriptum est *conubium.*

ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem conubiumque novo populo peterent. urbes quoque ut cetera ex infimo nasci: dein quas sua virtus ac dii iuvent, magnas sibi opes magnumque nomen facere. satis scire, origini Romanae et deos adfuisse et non defu- 5 turam virtutem. proinde nè gravarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. nusquam benigne legatio audita est: adeo simul spernebant simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. ac plerisque rogitantibus dimissi, ecquod feminis quoque asy- 10 lum apperuissent, id enim demum conpar conubium fore. aegre id Romana pubes passa et haud dubie ad vim spectare res coepit. cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, aegritudinem animi dissimulans ludos ex industria parat Neptuno equestri sollemnis Consualia. indici deinde 15 finitimis spectaculum iubet, quantoque apparatu tum sciebant aut poterant concelebrant, ut rem claram exspectatamque facerent. multi mortales convenere, studio etiam videndae novae urbis, maxume proximi quique, Caeninenses, Crustumini, Antemnates. iam Sabinorum omnis multitudo cum 20 liberis ac coniugibus venit. invitati hospitaliter per domos cum situm moeniaque et frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem Romanam crevisse. ubi spectaculi tempus venit deditaeque eo mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis, signoque dato iuventus Romana ad 25 capiendas virgines discurrit. magna pars forte, in quem quaeque inciderat, raptae: quasdam forma excellentes primori-

3. *quas.* — PM m. 1.: *quo.*
4. *magnas sibi opes magnumque nomen facere:* M] magnas opes sibi magnumque nomen facere.
7. *ac:* PM.
9. *acplerisque:* PM] a plerisque.
10. *asylum apperuissent:* P] asylum aperuiss. — M: *et quod.*
15. *sollemnis:* PM] sollennes.
— *Consualia:* M] Consualia vocat. [Aur. V. 2: *ludos Consualia.*]
19. *maxume proximi:* PM] maxime proximi.
25. *ad capiendas virgines:* P] ad rapiendas virgines.
26. *in quem quaeq. inciderat:* PM] ut in quem quaeq. inciderat.
27. *excellentes:* P] excellente. — M m. 1.: quasdam forma excellente sunt primoribus pa-

bus patrum destinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. unam longe ante alias insignem specie ac pulchritudine a globo Thalassii cuiusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus cuinam eam ferrent, 5 identidem, ne quis violaret, Thalassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. turbato per metum ludicro maesti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospiti foedus deumque invocantes, cuius ad sollemne ludosque per fas ac fidem decepti venissent. nec raptis aut spes 10 de se melior aut indignatio est minor. sed ipse Romulus circumibat docebatque patrum id superbia factum, qui conubium finitimis negassent. illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque, et quo nihil carius humano generi sit, liberum fore. mollirent modo iras 15 et quibus fors corpora dedisset, darent animos. saepe ex iniuria postmodum gratiam ortam, eoque melioribus usuras viris, quod adnisurus pro se quisque sit, ut cum suam vicem functus officio sit, parentium etiam patriaeque expleat desiderium. accedebant blanditiae virorum, factum purgan- 20 tium cupiditate atque amore, quae maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt.

X. Et iam ad modum mitigati animi raptis erant. at raptarum parentes tum maxime sordida veste lacrimisque et querellis civitates concitabant. nec domi tantum indigna- 25 tiones continebant, sed congregabantur undique ad Titum Tatium regem Sabinorum: et legationes eo, quod maximum

trum destinatas ex plebe *cet.*, quo apparet *excellentes* habitum esse pro *excellente* $\bar{e}$: dein m. 2.: quaedam f. e. sunt p. p. destinatae quas ex plebe. — Ab initio in P erat *forme:* ut dubites num a Livio scriptum sit: *quasdam formae excellentis.*

2. *unam longe ante alias insignem specie ac pulchritudine:* M] unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem.

3. *Thalassii:* M] Talassii. — P: *Thalasii.*

5. *Thalassio:* PM] Talassio.

7. *hospiti foedus:* P] hospitii foedus.

11. *circumibat:* PM] circuibat.

22. *et iam:* P] iam.

23. *parentes tum maxime:* PM Harl. I.] parentes cum maxime.

24. *querellis:* PM] querelis.

Tatii nomen in iis regionibus erat, conveniebant. Caeninenses Crustuminique et Antemnates erant ad quos eius iniuriae pars pertinebat. lente agere his Tatius Sabinique visi sunt: ipsi inter se tres populi communiter bellum parant. nec Crustumini quidem adque Antemnates pro ardore iraque Caeninensium satis se inpigre movent: ita per se ipsum nomen Caeninum in agrum Romanum impetum facit. sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu Romulus, levique certamine docet vanam sine viribus iram esse. exercitum fundit fugatque, fusum persequitur: regem in proelio obtruncat et spoliat: duce hostium occiso urbem primo impetu capit. inde exercitu victore reducto ipse, cum factis vir magnificus tum factorum ostentator haut minor, spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium escendit: ibique ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum dono designavit templo Iovis finis cognomenque addidit deo. „Iuppiter Feretri“ inquit, „haec tibi victor Romulus rex regia arma fero, templumque his regionibus quas modo animo metatus sum dedico, sedem opimis spoliis, quae regibus ducibusque hostium caesis me auctorem sequentes posteri ferent.“ haec templi est origo quod primum omnium Romae sacratum est. ita deinde diis visum, nec inritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eo spolia posteros nuncupavit, nec multitudine conpotum eius doni vulgari laudem. bina postea inter tot annos tot bella opima parta sunt spolia: adeo rara eius fortuna decoris fuit.

XI. Dum ea ibi Romani gerunt, Antemnatium exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines Roma-

1. *in iis regionibus:* M] in his regionibus.
3. *lente agere his:* PM] lente agere iis.
5. *nec Crustumini quidem:* PM] ne Crustumini quidem.
— *adque:* P] atque. — M m. 1.: *aque.* — Harl. 1.: *pre ardore.*
9. *iram esse:* M. *iram:* P.
15. *escendit:* P m. 1. M m. 1.
17. *finis:* PM] fines.
19. *templumque his regionibus:* PM] templumque iis regionibus.
24. *laturos eo spolia:* PM] laturos ea spolia.

nos incursionem facit. raptim et ad hos Romana legio ducta palatos in agris oppressit: fusi igitur primo inpetu et clamore hostes, oppidum captum: duplicique victoria ovantem Romulum Hersilia coniunx precibus raptarum fatigata
5 orat, ut parentibus earum det veniam et in civitatem accipiat: ita rem coalescere concordia posse. facile impetratum. inde contra Crustuminos profectus bellum inferentes. ibi minus etiam, quod alienis cladibus ceciderant animi, certaminis fuit. utroque coloniae missae. plures inventi qui propter
10 ubertatem terrae in Crustuminum nomina darent. et Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum. Novissimum ab Sabinis bellum ortum multoque id maximum fuit, nihil enim per iram aut cupiditatem actum est nec ostenderunt bellum prius quam in-
15 tulerunt. consilio etiam additus dolus. Spurius Tarpeius Romanae praeerat arci. huius filiam virginem auro corrumpit Tatius, ut armatos in arcem accipiat. aquam forte ea tum sacris extra moenia petitum ierat. accepti obrutam armis necavere, seu ut vi capta potius arx videretur seu prodendi
20 exempli causa, ne quid usquam fidum proditori esset. additur fabulae, quod vulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio laevo gemmatosque magna specie anulos habuerint, pepigisse eam quod in sinistris manibus haberent: eo scuta illi pro aureis donis congesta. sunt qui eam ex
25 pacto tradendi quod in sinistris manibus esset, de recto arma petisse dicant, et fraude visam agere sua ipsam peremptam mercede.

XII. Tenuere tamen arcem Sabini, atque inde postero die, cum Romanus exercitus instructus quod inter Palatinum
30 Capitolinumque collem campi est complesset, non prius descenderunt in aequum quam ira et cupiditate recuperandae arcis stimolante animos in adversum Romani subiere. prin-

4. *coniunx:* PM] coniux.
22. *bracchio levo:* PM.
— *anulos:* PM] annulos.
23. *quod in sinistris manibus haberent:* M. — P: quod in sinistris manibus esset haberent.
24. *eo scuta:* PM. *et sc.:* Harl. 1.
— *illi:* P. — M: illis: *s* in ras.
25. *de recto:* PM] directo.
32. *stimolante:* M] stimulante.

cipes utrimque pugnam ciebant, ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius. hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa animo atque audacia sustinebat. ut Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies fusaque est ad veterem portam Palatii. Romulus et ipse turba fugientium actus arma ad caelum tollens, „Iuppiter, tuis“ inquit „iussus avibus hic in Palatio prima urbi fundamenta ieci. arcem iam scelere emptam Sabini habent. inde huc armati superata media valle tendunt. at tu, pater deum hominumque, hinc saltem arce hostes, deme terrorem Romanis fugamque foedam siste. hic ego tibi templum statori Iovi, quod monumento sit posteris tua praesenti ope servatam urbem esse, voveo.“ haec precatus, velut si sensisset auditas preces, „hinc“ inquit, „Romani, Iuppiter optimus maximus resistere atque iterare pugnam iubet.“ restitere Romani tamquam caelesti voce iussi: ipse ad primores Romulus provolat. Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decucurrerat et effusos egerat Romanos toto quantum foro spatium est. nec procol iam a porta Palatii erat, clamitans „vicimus perfidos hospites, inbelles hostes. iam sciunt longe aliud esse virgines rapere, aliud pugnare cum viris.“ in eum haec gloriantem cum globo ferocissimorum iuvenum Romulus impetum facit. ex equo tum forte Metius pugnabat: eo pelli facilius fuit. pulsum Romani persecuntur. et alia Romana acies audacia regis accensa fundit Sabinos. Metius in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo coniecit: averteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. et ille quidem annuentibus ac vocantibus suis favore multorum

1. *Metius Curtius:* P] Mettius Curtius. [cf. Varro 5, 149. Dionysius 2, 42. 46.]
2. *Hostius Hostilius:* M] Hostus Hostilius.
3. *Hostius:* PM] Hostus.
12. *quod monumento sit:* P m. 1.] quod monumentum sit.
12. *presentiopseruatam:* M m 1.
13. *velut si:* M] veluti si.
15. *restitere Romani:* P. — M: *resistere Romani.*
17. *Metius:* P] Mettius. [Eadem ratione paulo post.]
19. *nec procol:* M] nec procul.
24. *persecuntur:* M] persequuntur.
26. *averteratque:* PM Harl. 1.

addito animo evadit: Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant proelium: sed res Romana erat superior.

XIII. Tum Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum
5 ortum erat, crinibus passis scissaque veste victo malis muliebri pavore ausae se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres hinc viros orantes ne sanguine se nefando soceri generique respergerent, ne parricidio macularent partus
10 suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. „si adfinitatis inter vos, si conubii piget, in nos vertite iras. nos causa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus. melius peribimus quam sine alteris vestrum viduae aut orbae vivemus.“ movet res cum multitudinem tum duces. silentium
15 et repentina fit quies. inde ad foedus faciendum duces prodeunt, nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam. ita geminata urbe ut Sabinis tamen aliquid daretur, Quirites a Curibus appellati. monumentum eius pugnae, ubi pri-
20 mum ex profunda emersus palude equos Curtium in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam tristi laeta repente pax cariores Sabinas viris ac parentibus et ante omnes Romulo ipsi fecit. itaque cum populum in curias triginta divideret, nomina earum curiis inposuit. id non tra-
25 ditur, cum haut dubie aliquanto numerus maior hoc mulierum fuerit, aetati an dignitatibus suis virorumve an sorte lectae sint quae nomina curiis darent. eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt. Ramnenses ab Romulo, ab T. Tatio Titienses appellati. Lucerum nomi-

(scil. *a certamine:* cf. 1, 35.)] adverteratque.
8. *ne sanguine se nefando:* M] ne se sanguine nefando.
10. *liberum progeniem:* PM.
11. *conubii:* PM] connubii.
14. *movet res:* M. *movent res:* P. — *cum:* P. *tum:* M.
16. *sed civitatem unam:* PM] sed et civitatem unam.
20. *equos:* P] equus. M: equū. — *Curtium.* — PM: Curtius.
26. *aetati:* M] aetate.
29. *appellati:* P. — M: *appellate:* sed m. 1. videtur *appellati* fuisse.

nis et originis causa incerta est. Indé non modo commune sed concors etiam regnum duobus regibus fuit.

XIV. Post aliquot annos propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulsant, cumque Laurentes iure gentium agerent, apud Tatium gratia suorum et preces plus poterant. 5 igitur illorum poenam in se vertit: nam Lavini, cum ad sollemne sacrificium eo venisset, concursu facto interficitur. eam rem minus aegre quam dignum erat tulisse Romulum ferunt, seu ob infidam societatem regni seu quia haut iniuria caesum credebat. itaque bello quidem abstinuit: ut tamen expiarentur legatorum iniuriae regisque caedes, foedus 10 inter Romam Laviniumque urbes renovatum. et cum his quidem insperata pax erat: aliud multo propius atque in ipsis prope portis bellum ortum. Fidenates nimis vicinas prope se convalescere opes rati, priusquam tantum roboris 15 esset quantum futurum apparebat, occupabant bellum facere: iuventute armata immissa vastatur agri quod inter urbem ac Fidenas est: inde ad laevam versi, quia dextra Tiberis arcebat, cum magna trepidatione agrestium populantur: tumultusque repens ex agris in urbem inlatus pro nuntio fuit. 20 excitus Romulus — neque enim dilationem pati tam vicinum bellum poterat — exercitum educit, castra a Fidenis mille passuum locat. ibi modico praesidio relicto egressus omnibus copiis partem militum locis circa densa obsita virgulta obscuris subsidere in insidiis iussit; cum parte maiore 25 atque omni equitatu profectus — id quod quaerebat — tumultuoso et minaci genere pugnae adequitando ipsis prope portis hostem excivit. fugae quoque, quae simulanda erat, eadem equestris pugna causam minus mirabilem dedit. et cum velud inter pugnae fugaeque consilium trepidante equi- 30

6. *nam Lavini:* PM] nam Lavinii.
12. *renovatum:* M] renovatum est.
16. *occupabant bellum facere:* M] occupant bellum facere.
17. *vastatur.* — PM Leid. 1.: *uastantur:* forsitan recte.
18. *quia dextra Tiberis arcebat.* — PM Leid. 1.: qua dextra Tiberis arcebat.
19. *cum magna trepidatione.* — P Harl. 1.: tum magna trepidatione.
30. *velud:* P.

tatu pedes quoque refferret gradum, plenis repente portis effusi hostes inpulsa Romana acie studio instandi sequendique trahuntur ad locum insidiarum. inde subito exorti Romani transversam invadunt hostium aciem. addunt pavorem
5 mota e castris signa eorum qui in praesidio relicti fuerant. ita multiplici terrore perculsi Fidenates prius paene quam Romulus quique cum eo equites erant, circumagerent frenis equos, terga vertunt, multoque effusius — quippe vera fuga — qui simulantes paulo ante secuti erant, oppidum
10 reppetebant. non tamen eripuere se hosti: haerens in tergo Romanus, priusquam fores portarum obicerentur, velud agmine uno inrumpit.

XV. Belli Fidenatis contagione inritati Veientium animi et consanguinitate — nam Fidenates quoque Etrusci fuerunt —
15 et quod ipsa propinquitas loci, si Romana arma omnibus infesta finitimis essent, stimulabat: in fines Romanos excucurrerunt populabundi magis quam iusti more belli. itaque non castris positis, non expectato hostium exercitu, raptam ex agris praedam portantes Veios rediere. Romanos con-
20 tra postquam hostem in agris non invenit, dimicationi ultimae instructus intentusque Tiberim transit. quem postquam castra ponere et ad urbem accessurum Veientes audivere, obviam egressi, ut potius acie decernerent quam inclusi de tectis moenibusque dimicarent. ibi viribus nulla arte adiutis
25 tantum veterani robore exercitus rex Romanus vicit, persecutusque fusos ad moenia hostes urbe valida muris ac situ

1. *refferret:* M.
2. *effusi:* P. h. e. *ecfusi.*
5. *mota e castris signa:* P. — mota castris signa: M.
7. *quique cum eo equites erant:* Haverc. Portug. Lips.] quique cum eo equis abierant. — P: quique cumeoequisierant. Harl. 1.: quique cumeouisierant. M: quiq. cum eo quiq. cum equis abierant uisierant. [cf. T. Livi liber XXX. p. LXVII. 5. et XXI. 15.]
10. *reppetebant:* P.
11. *velud:* M.
16. *stimulabat.* — PM Harl. 1.: *stimulabant.* — Num quid exciderit?
— *excucurrerunt:* PM.
19. *Romanos:* P] Romanus.
24. *nulla arte:* Lips. — PM Harl. 1.: nulla parte.

ipso munita abstinuit, agros rediens vastat ulciscendi magis quam praedae studio. eaque clade haut minus quam adversa pugna subacti Veientes pacem petitum oratores Romam mittunt. agri parte multatis in centum annos indutiae datae. Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque gesta, 5 quorum nihil absonum fidei divinae originis divinitatisque post mortem creditae fuit, non animus in regno avito recuperando, non condendae urbis consilium, non bello ac pace firmandae. ab illo enim profecto viribus datis tantum valuit, ut in quadraginta deinde annos tutam pacem haberet. multitudini tamen gratior fuit quam patribus, longe ante alios 10 acceptissimus militum animis: trecentosque armatos ad custodiam corporis, quos Celeres appellavit, non in bello solum sed etiam in pace habuit.

XVI. His inmortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad Caprae paludem 15 haberet, subito coorta tempestas cum magno fragore tonitribusque tam denso regem operuit nimbo, ut conspectum eius contioni abstulerit. nec deinde in terris Romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pavore, postquam ex tam 20 turbido die serena et tranquilla lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidit, etsi satis credebat patribus qui proxumi steterant, sublimem raptum procella, tamen velut orbitatis metu icta maestum aliquamdiu silentium optinuit. deinde a paucis initio facto deum deo natum, regem parentemque 25 urbis Romanae salvere universi Romulum iubent: pacem precibus exposcunt uti volens propitius suam semper sospitet progeniem. fuisse credo tum quoque aliquos qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent, manavit enim haec quoque sed perobscura fama: illam alteram ad- 30 miratio viri et pavor praesens nobilitavit. et consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. namque Proculus Iu-

4. *multatis:* PM m. 1. *mulct.* m. 2.
9. *ab illo enim profecto:* PM Harl. 1.] ab illo enim profectu.
22. *qui proxumi steterant:* PM] qui proximi steterant.
24. *optinuit:* M] obtinuit.
28. *tum quoque aliquos:* P m. 2. M. tum quoque alios: P m. 1.
31. *et consilio etiam:* PM Harl. 1.] consilio etiam.

lius — sollicita civitate desiderio regis et infensa patribus — gravis ut traditur quamvis magnae rei auctor in contionem prodit. „Romulus“ inquit, „Quirites, parens urbis huius, prima hodierna luce caelo repente delapsus se mihi ob-
5 vium dedit. cum perfusus horrore venerabundus adstitissem, petens precibus ut contra intueri fas esset: abi, nuntia, inquit, Romanis, caelestes ita velle ut mea Roma caput orbis terrarum sit. proinde rem militarem colant, sciantque et ita posteris tradant, nullas opes humanas armis Romanis
10 resistere posse. haec“ inquit „locutus sublimis abiit.“ mirum quantum illi viro nuntianti haec fides fuerit, quamque desiderium Romuli apud plebem exercitumque facta fide inmortalitatis lenitum sit.

XVII. Patrum interim animos certamen regni ac cupido
15 versabat: necdum a singulis, quia nemo magnopere eminebat in novo populo, pervenerat: factionibus inter ordines certabatur. oriundi ab Sabinis, ne quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum, in societate aequa possessionem imperii amitterent, sui corporis creari regem volebant: Ro-
20 mani veteres peregrinum regem aspernabantur. in variis voluntatibus regnari tamen omnes volebant libertatis dulcedine nondum experta. timor deinde patres incessit, ne civitatem sine imperio, exercitum sine duce, multarum circa civitatium inritatis animis vis aliqua externa adoriretur. et esse
25 igitur aliquod caput placebat et nemo alteri concedere in animum inducebat. ita rem inter se centum patres, decem decuriis factis singulisque in singulas decurias creatis qui summae rerum praeessent, consociant. decem imperitabant, unus cum insignibus imperii et lictoribus erat: quinque die-
30 rum spatio finiebatur imperium ac per omnes in orbem ibat:

5. *cum perfusus.* — Haverc.: *cumque perfusus.* — *venerabundus adstitissem:* M] venerabundusque adstitissem.

11. *fides fuerit:* PM] fidei fuerit. [cf. A. Gellius 9, 14.]

15. *necdum a singulis . . pervenerat:* PM Harl. 1.] necdum ad singulos . . pervenerat.

20. *aspernabantur.* — P m. 1. aspernebantur.

21. *regnari:* Lips. — PM Harl. 1.: regnare.

annuumque intervallum regni fuit. id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum. fremere deinde plebs multiplicatam servitutem, centum pro uno dominos factos: nec ultra nisi regem et ab ipsis creatum videbantur passuri. cum sensissent ea moveri patres, offerendum ultro 5 rati quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, summa potestate populo permissa ut non plus darent iuris quam detinerent. decreverunt enim ut, cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. [hodie quoque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem 10 ius vi adempta: priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres auctores fiunt.] tum interrex contione advocata „quod bonum faustum felixque sit“ inquit, „Quirites, regem create: ita patribus visum est. patres deinde, si dignum qui secundus ab Romulo dinume- 15 retur crearitis, auctores fient.“ adeo id gratum plebi fuit ut, ne victi beneficio viderentur, id modo sciscerent iuberentque, ut senatus decerneret qui Romae regnaret.

XVIII. Inclyta iustitia religioque ea tempestate Numae Pompili erat. Curibus Sabinis habitabat consultissimus vir, 20 ut in illa quisquam esse aetate poterat, omnis divini atque humani iuris. auctorem doctrinae eius, quia non extat alius, falso Samium Pythagoram edunt, quem Servio Tullio regnante Romae centum amplius post annos in ultima Italiae ora circa Metapontum Heracleamque et Crotonam iuvenum 25 aemulantium studia coetus habuisse constat. ex quibus lo-

6. *amissuri.* — P: *ammissuri;* idem paulo ante: *ammitterent.*
9. *sic ratum.* — PM: si gratum.
9. *[hodie . . auctores fiunt]:* hodie . . auctores fiunt.
— *hodie quoque:* PM Harl. I.] hodieque.
10. *idem ius.* — P: *idenī ius.* M: *id enim ius.*
15. *dinumeretur:* M] numeretur.
17. *iuberentq. qd senatus:* M.
19. *inclyta:* M] inclita.
19. *Numae Pompili:* M] Numae Pompilii.
21. *ut in illa quisquam esse aetate poterat:* PM Harl. I.] ut in illa quisquam aetate esse poterat.
23. *Pythagoram]* Pythagoran. — M: pytagorā. P: pythagora.
25. *Crotonam:* P] Crotona. — M: grotonā.

cis — et si eiusdem aetatis fuisset — quae fama in Sabinos aut quo linguae commercio quemquam ad cupiditatem discendi excivisset, quove praesidio unus per tot gentes dissonas sermone moribusque pervenisset? suopte igitur inge-
5 nio temperatum animum virtutibus fuisse opinor magis, instructumque non tam peregrinis artibus quam disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum, quo genere nullum quondam incorruptius fuit. audito nomine Numae patres Romani quamquam inclinari opes ad Sabinos rege inde sumpto vi-
10 debantur, tamen neque se quisquam nec factionis suae alium nec denique patrum aut civium quemquam praeferre illi viro ausi ad unum omnes Numae Pompilio regnum deferendum decernunt. accitus, sic ut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli
15 iussit. inde ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem in lapidem ad meridiem versus consedit. augur ad laevam eius capite velato sedem cepit, dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellarunt.
20 inde ubi prospectu in urbem agrumque capto deos precatus regiones ab oriente ad occasum determinavit, dextras ad meridiem partes, laevas ad septentrionem esse dixit, signum contra quo longissime conspectum oculi ferebant animo finivit, tum lituo in laevam manum translato dextra
25 in caput Numae imposita precatus ita est: „Iuppiter pater, si fas est hunc Numam Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romae esse, uti tu signa nobis certa adclarassis inter eos fines quos feci.“ tum peregit verbis auspicia quae

quae fama: PM Harl. 1.] qua fama.

nec denique. — M: *ne denique*, sed *c* additum est m. 2.

augurato urbe condenda: PM.

in lapidem: M] in lapide. — P Harl. 1.: *lapid em.* in P *in* m. 2. add.

19. *appellarunt:* PM] appellaverunt.

23. *quo:* P m. 2. — M: quō. P m. 1.: quod.

25. *precatus ita est:* PM Harl. 1.] precatus est ita.

27. *adclarassis:* M m. 1. P m. 2. — M m. 2. adclaressis. P m. 1.: adclarussis.

mitti vellet. quibus missis declaratus rex Numa de templo descendit.

XIX. Qui regno ita potitus urbem novam conditam vi et armis, iure eam legibusque ac moribus de integro condere parat. quibus cum inter bella adsuescere videret non posse, quippe efferari militia animos, mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus Ianum ad infimum Argiletum indicem pacis bellique fecit, apertus ut in armis esse civitatem, clausus pacatos circa omnes populos significaret. bis deinde post Numae regnum clausus fuit, semel T. Manlio consule post Punicum primum perfectum bellum, iterum, quod nostrae aetati dii dederunt ut videremus, post bellum Actiacum ab imperatore Caesare Augusto pace terra marique parta. clauso eo cum omnium circa finitimorum societate ac foederibus iunxisset animos, positis externorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium disciplinaque militaris continuerat, omnium primum rem ad multitudinem inperitam et illis seculis rudem efficacissimam, deorum metum iniciendum ratus est. qui cum descendere ad animos sine aliquo commento miraculi non posset, simulat sibi cum dea Egeria congressus nocturnos esse: eius se monitu quae acceptissima diis essent sacra instituere, sacerdotes suos cuique deorum perficere. atque omnium primum ad cursus lunae in duodecim menses describit annum: quem, quia tricenos dies singulis mensibus luna non explet desuntque dies solido anno, qui solstitiali circumagitur orbe, intercalares mensibus interponendo ita dispensavit, ut vicesimo anno ad metam eandem solis, unde

6. *efferari:* P m. 2. M. — P m. 1.: effariri.
16. *luxuriarent:* PM Harl. 1.] luxuriarentur. cf. 2, 48. 3, 33. 23, 12.
23. *perficere:* M] praeficere.
24. *ad cursus lunae:* PM Harl. 1.] ad cursum lunae.
27. *intercalares* (scilicet dies) *mensibus interponendo:* Haverc.] intercalares menses interponendo. — P m. 1.: *intercaleres mensibus interponendis.* m. 2.: *intercalares mensibus interponendos.* M: *intercaelares* [*cae* in ras.] *mensibus interponendis.*
28. *ut vicesimo anno:* PM Harl. 1.]

orsi essent, plenis omnium annorum spatiis dies congruerent. idem nefastos dies fastosque fecit, quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat.

XX. Tum sacerdotibus creandis animum adiecit, quam-
5 quam ipse plurima sacra obibat, ea maxime quae nunc ad Dialem flaminem pertinent. sed quia in civitate bellicosa plures Romuli quam Numae similes reges putabat fore iturosque ipsos ad bella, ne sacra regiae vicis desererentur, flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit insignique eum
10 veste et curuli regia sella adornavit. huic duos flamines adiecit, Marti unum, alterum Quirino. virginesque Vestae legit, Alba oriundum sacerdotium et genti conditoris haud alienum. is, ut adsiduae templi antestites essent, stipendium de publico statuit, virginitate aliisque cerimoniis venerabiles ac
15 sanctas fecit. salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicaeque pictae insigne dedit et super tunicam aeneum pectori tegumen, caelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre ac per urbem ire canentes carmina cum tripudiis sollemnique saltatu iussit. pontificem deinde Numam Marcium
20 Marci filium ex patribus legit eique sacra omnia exscripta exsignataque adtribuit, quibus hostiis quibus diebus ad quae templa sacra fierent, atque unde in eos sumptus pecunia erogaretur. cetera quoque omnia publica privataque sacra pontificis scitis subiecit, ut esset quo consultum plebes ve-
25 niret, ne quid divini iuris neglegendo patrios ritus peregrinosque adsciscendo turbaretur: nec caelestes modo cerimo-

ut quarto et vicesimo quoque anno. cf. Plut. Num. 18.

1. *orsi:* P. — *orti:* M. *ti* m. 2.
6. *flaminem.* — M: *flamminem:* atque idem paulo post in P.
13. *is:* P Harl. I.] *his.* — M: *iis.*
— *antestites:* P] antistites.
14. *cerimoniis:* PM] ceremoniis.
15. *salios:* P in marg. — PM: *alios item* XII.
20. *Marci filium.* — PM: m̄ f̄.
21. *quibus hostiis quibus diebus ad quae templa:* PM.
22. *sumptus:* P m. 2. M. — P m. 1.: *sumptos.*
— *pecunia erogaretur:* P m. 2. — P m. 1.: *pecunia erogarentur.* M: *pecunia rogaretur.*
25. *neglegendo:* PM m. 1.] negligendo. — M m. 2.: *neglegendo.*
26. *cerimonias:* PM] ceremonias.

nias sed iusta quoque funebria placandosque manes ut idem pontifex edoceret, quaeque prodigia fulminibus aliove quo visu missa susciperentur atque curarentur. ad ea elicienda ex mentibus divinis Iovi Elicio aram in Aventino dicavit, deumque consuluit auguriis quae suscipienda essent. 5

XXI. Ad haec consultanda procurandaque multitudine omni a vi et armis conversa et animi aliquid agendo occupati erant, et deorum assidua insidens cura, cum interesse rebus humanis caeleste numen videretur, ea pietate omnium pectora imbuerat, ut fides ac iusiurandum proximo legum 10 ac poenarum metu civitatem regerent. et cum ipsi se homines in regis velut unici exempli mores formarent, tum finitumi etiam populi, qui antea castra non urbem positam in medio ad sollicitandam omnium pacem crediderant, in eam verecundiam adducti sunt, ut civitatem totam in cul- 15 tum versam deorum violare ducerent nefas. lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quo quia se persaepe Numa sine arbitris velud ad congressum deae inferebat, Camenis eum lucum sacravit, quod earum ibi concilia cum coniuge sua Egeria essent. et soli Fidei 20 sollemne instituit. ad id sacrarium flamines bigis curru arcuato vehi iussit, manuque ad digitos usque adinvoluta rem divinam facere, significantes fidem tutandam sedemque eius etiam in dexteris sacratam esse. multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quae Argeos pontifices vocant, dedicavit. 25

2. *aliove quo visu:* PM m. 1. — M. m. 2.: *aliove quo nisu.*
3. *curarentur:* PM Harl. 1.] procurarentur. [cf. 1, 31. *curatum.*]
— *ad ea elicienda:* PM. m. 1.
7. *a vi:* P. — M m. 1. ā ui. m. 2. *ui.*
10. *proximo legum ac poenarum metu:* PM.
13. *finitumi:* PM] finitimi.
— *antea:* M] ante.
14. *ad sollicitandam:* P m. 2. M. — P m. 1. *ad sollicitandum.*
16. *violare:* P] violari.
17. *medium:* PM m. 1. — M m. 2. *medius.*
19. *earum ibi.* P: *earum sibi concilia.* M: *earum sibi consilia.*
22. *adinvoluta:* PM] involuta. [cf. 1, 30: *circumin*spicere. 2, 10: *superin*cidere. 1, 26: *ado*perire *cet.*]
24. *in dexteris:* P m. 2. M] in dextris.

omnium tamen maximum eius operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor pacis quam regni. Ita duo deinceps reges, alius alia via, ille bello hic pace, civitatem auxerunt. Romulus septem et triginta regnavit annos, Numa tres et quadraginta. cum valida tum temperata et belli et pacis artibus erat civitas.

XXII. Numae morte ad interregnum res rediit. inde Tullum Hostilium, nepotem Hostili cuius in infima arce clara pugna adversus Sabinos fuerat, regem populus iussit: patres auctores facti. hic non solum proximo regi dissimilis sed ferocior etiam quam Romulus fuit: cum aetas viresque tum avita quoque gloria animum stimulabat. senescere igitur civitatem otio ratus undique materiam excitandi belli quaerebat. forte evenit ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas in vicem agerent. imperitabat tum Gaius Cluilius Albae. utrimque legati fere sub idem tempus ad res repetendas missi. Tullus praeceperat suis ne quid prius quam mandata agerent. satis sciebat negaturum Albanum: ita pie bellum indici posse. ab Albanis socordius res actae: excepti hospitio ab Tullo blande ac benigne, comiter regis convivium celebrant. tantisper Romani et res repetiverant priores et neganti Albano bellum in tricesimum diem indixerant. haec rennuntiant Tullo. tunc legatis Tullus dicendi potestatem, quid petentes venerint, fecit. illi omnium ignari primum purgando terunt tempus. se invitos quicquam quod minus placeat Tullo dicturos, sed imperio subigi: res repetitum se venisse: ni reddantur, bel-

5. *cum valida:* PM Harl. 1.] tum valida.
8. *Hostili:* PM] Hostilii.
11. *sed ferocior etiam quam Romulus fuit:* PM.
— *cum aetas:* PM Harl. 1.
16. *Gaius Cluilius.* — P: *gaius ciuilius.* M: *gaius clulius:* sed cf. 1, 23.
20. *res acte:* M] res acta.
21. *comiter.* — P: *comi fronte comiter.* M: concomifr*aterniterger: aterniterg* m. 3. in ras.: *r̄* additum est m. 2. supra *mi*, ut fieret *concomiter.* m. 1. tamen videtur fuisse: *concomi fronte comiter.*
23. *rennuntiant Tullo. tunc:* M] renuntiant Tullo. tum.
24. *fecit:* M] facit.

lum indicere iussos. ad haec Tullus „nuntiate“ inquit „regi vestro, regem Romanum deos facere testes, uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit, ut in eum omnes expetant huiusce clades belli.“

XXIII. Haec nuntiant domum Albani. et bellum utrimque summa ope parabatur, civili simillimum bello, prope inter parentes natosque, Troianam utramque prolem, cum Lavinium ab Troia, ab Lavinio Alba, ab Albanorum stirpe regum oriundi Romani essent. eventus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit, quod nec acie certatum est et tectis modo dirutis alterius urbis duo populi in unum confusi sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum Romanum impetum fecere. castra ab urbe haut plus quinque milia passum locant, fossa circumdant: fossa Cluili ab nomine ducis per aliquot secula appellata est, donec cum re nomen quoque vetustate abolevit. in his castris Cluilius Albanus rex moritur: dictatorem Albani Mettium Fufetium creant. interim Tullus ferox praecipue morte regis, magnumque deorum numen ab ipso capite orsum in omne nomen Albanum expetiturum poenas ob bellum inpium dictitans, nocte praeteritis hostium castris infesto exercitu in agrum Albanum pergit. ea res ab stativis excivit Mettium: ducit quam proxume ad hostem potest. inde legatum praemissum nuntiare Tullo iubet, priusquam dimicent, opus esse colloquio: si secum congressus sit, satis scire ea se allaturum quae nihilo minus ad rem Romanam quam ad Albanam pertineant. haud aspernatus Tullus, tametsi vana adferebantur, in aciem educit. exeunt contra et Albani. postquam structi

14. *milia passum:* M m. 1. P] millia passuum.
— *fossa Cluili:* M] fossa Cluilia. — P Harl. 1.: *fossa ciuili.* [cf. 1, 33. *Quiritium* fossa.]
16. *vetustate.* — PM Harl. 1.: *cum* vetustate.
— *in his:* PM. *his:* Harl. 1.
16. *Cluilius.* — P: *ciuilius.* M: *cluiuilius.*
17. *Mettium Fufetium:* PM.
23. *quam proxume:* M] qua proxime. — P: *quam* proxime.
24. *colloquio:* P. — M: colloquia.
28. *structi:* PM Harl. 1.] instructi. [cf. 9, 31. 42, 51.]

utrimque stabant, cum paucis procerum in medium prodeunt. ibi infit Albanus: „iniurias et non redditas i foedere quae repetitae sint, et ego regem nostrum Cl causam huiusce esse belli audisse videor, nec te d
5 Tulle, eadem prae te ferre. sed si vera potius quam speciosa dicenda sunt, cupido imperii duos cognatos vi que populos ad arma stimulat. neque recte an per interpretor: fuerit ista eius deliberatio qui bellum sus me Albani gerendo bello ducem creavere. illud te,
10 monitum velim: Etrusca res quanta circa nos teque m sit, quo propior es Tuscis, hoc magis scis. multum illi plurimum mari pollent. memor esto iam cum signur gnae dabis, has duas acies spectaculo fore, ut fessos ctosque simul victorem ac victum adgrediantur. itaq
15 nos di amant, quoniam non contenti libertate certa i biam imperii servitiique aleam imus, ineamus aliquam qua utri utris imperent, sine magna clade sine mult guine utriusque populi decerni possit.“ haud displice Tullo, quamquam cum indole animi tum spe victoriae
20 cior erat. quaerentibus utrimque ratio initur, cui et f ipsa praebuit materiam.

XXIV. Forte in duobus tum exercitibus erant trig fratres nec aetate nec viribus dispares. Horatios Cur que fuisse satis constat, nec ferme res antiqua alia e
25 bilior: tamen in re tam clara nominum error manet,

1. *duces prodeunt:* Leid. I. Lips. Haverc.] duces procedunt. — M: *duces prodeunt procedunt.* [cf. 1, 25. procedunt.]
3. *Cluilium:* M. — P: *ciuilium.*
9. *illud.* — P m. 1. *illut.* — M m. 1. P: *vellim.*
11. *quo propior es Tuscis:* ex coni. m.] quo propior es Veiis. — PM: *quo proprior uulscis.* Harl. I.: *quo propior es uulscis.* Lips. Harl. II.: *quo propior es Etru* [Eodem mendo script 2, 33. in Harl. II. *tusc uulscos.* cf. 2, 9: „Por *Etruscae* gentis rege plum *Tuscis* ratus.“] lib. XXX. p. LXVII.
15. *di:* M] dii.
— *quoniam.* — PM: qm
23. *Horatios .. Horatii:* P paulo post semper fer ptum est *Oratius* in

populi Horatii, utrius Curiati fuerint. auctores utroque trahunt. plures tamen invenio qui Romanos Horatios vocent: hos ut sequar, inclinat animus. cum trigeminis agunt reges ut pro sua quisque patria dimicent ferro: ibi imperium fore unde victoria fuerit. nihil recusatur. tempus et locus convenit priusquam dimicarent, foedus ictum inter Romanos et Albanos est his legibus, ut cuiusque populi cives eo certamine vicissent, is alteri populo cum bona pace imperitaret. foedera alia aliis legibus, ceterum eodem modo omnia fiunt. tum ita factum accepimus nec ullius vetustior foederis memoria est: fetialis regem Tullum ita rogavit „iubesne me, rex, cum patre patrato populi Albani foedus ferire?“ iubente rege „sagmina“ inquit „te, rex, posco.“ rex ait „puram tollito.“ fetialis ex arce graminis herbam puram attulit. postea regem ita rogavit „rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium, vasa comitesque meos?“ rex respondit „quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio.“ fetialis erat M. Valerius. is patrem patratum Spurium Fusium fecit verbena caput capillosque tangens. pater patratus ad iusiurandum patrandum id est sanciendum fit foedus, multisque id verbis, quae longo effata carmine non operae est referre, peragit. legibus deinde recitatis „audi“ inquit, „Iuppiter, audi, pater patrate populi Albani, audi tu, populus Albanus. ut illa palam prima postrema ex illis tabulis cerave recitata sunt sine dolo malo utique ea hic hodie rectissime intellecta sunt, illis legibus populus Romanus prior non deficiet. si prior defexit publico consilio dolo malo, tum tu ille Diespiter populum Ro-

1. *Curiati:* PM] Curiatii.
13. *te rex posco.* — PM: *ter. exposco.*
18. *is patrem:* M] patrem.
19. *Spurium Fusium:* PM.
24. *prima postrema:* cod. Rhenani. — PM: prima postremū.
27. *defexit:* PM m. 1. — M m. 2.: *deficit.*
28. *tum tu:* cod. Mureti] tu. — PM: *tum.* Harl. 1.: *tu.* Voss. 1.: *at tu.* [cf. Livi l. XXX. p. XXIV. 15.]
— *ille Diespiter]* illo die Iuppiter. — PM m. 1. Harl. 1.: *ille dies iuppiter:* sed in M litterae *iup* expunctae sunt, ut fieret *ille diespiter:* deinde

manum sic ferito ut ego hunc porcum hic hodie feriam, tantoque magis ferito quanto magis potes pollesque." id ubi dixit, porcum saxo silice percussit. sua item carmina Albani suumque iusiurandum per suum dictatorem suosque
5 sacerdotes peregerunt.

XXV. Foedere icto trigemini sicut convenerat arma capiunt. cum sui utrosque adhortarentur, deos patrios patriam ac parentes, quidquid civium domi quidquid in exercitu sit, illorum tunc arma illorum intueri manus, feroces et suopte
10 ingenio et pleni adhortantium vocibus in medium inter duas acies procedunt. consederant utrimque pro castris duo exercitus periculi magis praesentis quam curae expertes: quippe imperium agebatur in tam paucorum virtute atque fortuna positum: itaque ergo erecti suspensique in minime gratum
15 spectaculum animo intenduntur. datur signum infestisque armis velut acies terni iuvenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. nec his nec illis periculum suum, publicum imperium servitiumque obversatur animo futuraque ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent. ut primo
20 statim concursu increpuere arma micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantis perstringit, et neutro inclinata spe torpebat vox spiritusque. consertis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum agitatioque anceps telorum armorumque sed vulnera quoque et sanguis spectaculo es-
25 sent, duo Romani super alium alius vulneratis tribus Albanis expirantes corruerunt. ad quorum casum cum conclamasset gaudio Albanus exercitus, Romanas legiones iam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes vice unius, quem tres Curiatii circumsteterant. forte is integer
30 fuit, ut universis solus nequaquam par sic adversus singulos

pro *ille* scriptum est *illo*. [cf. Varro 9, 46. Aul. Gell. 5, 12. Festus lib. X.: *lapidem*.]

8. *quidquid:* P] quicquid.

15. *animo intenduntur:* Harl. 1. — PM cod. Rhen. haud scio an recte: *animo incenduntur*.

21. *spectantis:* M m. 1.] spectantes.

22. *spiritusque.* — PM: spsque.

26. *cum conclamasset:* PM.

28. *vice unius:* PM] vicem unius.

ferox. ergo ut segregaret pugnam eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos ut quemque vulnere adfectum corpus sineret. iam aliquantum spatii ex eo loco ubi pugnatum est aufugerat, cum respiciens videt magnis intervallis sequentes, unum haut procul ab sese abesse. in eum magno impetu 5 rediit. et dum Albanus exercitus inclamat Curiatis uti opem ferant fratri, iam Horatius caeso hoste victor secundam pugnam petebat. tunc clamore, qualis ex insperato faventium solet, Romani adiuvant militem suum, et ille defungi proelio festinat. prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, 10 consequi posset, et alterum Curiatium conficit. iamque aequato Marte singuli supererant sed nec spe nec viribus pares. alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabat: alter fessum vulnere fessum cursu trahens corpus victusque fratrum ante se strage 15 victori obicitur hosti. nec illud proelium fuit. Romanus exultans „duos“ inquit „fratrum Manibus dedi: tertium causae belli huiusce, ut Romanus Albano imperet, dabo.“ male sustinenti arma gladium superne iugulo defigit, iacentem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt eo 20 maiore cum gaudio quo prope metum res fuerat. ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri dicionis alienae facti. sepulchra extant quo quisque loco cecidit, duo Romana uno loco propius Albam, tria Albana Romam versus sed distan- 25 tia locis ut et pugnatum est.

XXVI. Priusquam inde digrederentur, roganti Mettio ex foedere icto quid imperaret, imperat Tullus uti iuventutem in armis habeat: usurum se eorum opera, si bellum cum Veientibus foret. ita exercitus inde domos abducti. princeps 30 Horatius ibat trigemina spolia prae se gerens: cui soror

3. *iam.* — M: *tum iam:* cum *ut* excidisset post *secuturos.* cf. Livi l. XXX. p. XLVII. 20.
6. *Curiatis:* P] Curiatiis. — M: *curiatios.*
8. *tunc:* PM] tum.
8. *faventium:* PM.
14. *dabat:* PM] dabant.
17. *causae:* I. Fr. Gron. — PM: *causam.*
26. *ut et pugnatum est:* PM] et ut pugnatum est.

virgo, quae desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam fuit: cognitoque super humeros fratris paludamento sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. movet feroci iu-
5 veni animum conploratio sororis in victoria sua tantoque gaudio publico. stricto itaque gladio simul verbis increpans transfigit puellam: „abi hinc cum inmaturo amore ad sponsum“ inquit, „oblita fratrum mortuorum vivique, oblita patriae. sic eat quaecumque Romana lugebit hostem.“ atrox
10 visum id facinus patribus plebique: sed recens meritum facto obstabat. tamen raptus in ius ad regem. rex ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus iudicii ac secundum iudicium supplicii auctor esset, concilio populi advocato „duumviros“ inquit „qui Horatio perduellionem iudicent, secun-
15 dum legem facio.“ lex horrendi carminis erat: duumviri perduellionem iudicent; si a duumviris provocarit, provocatione certato; si vincent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito, verberato vel intra pomerium vel extra pomerium. hac lege duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea
20 lege ne innoxium quidem posse cum condemnassent, tum alter ex his „Publi Horati, tibi perduellionem iudico“ inquit. „lictor, conliga manus.“ accesserat lictor iniciebatque laqueum. tum Horatius auctore Tullo clemente legis interprete „provoco“ inquit. ita de provocatione certatum ad
25 populum est. moti homines sunt in eo iudicio maxime —

1. *desponsa:* P. — M: uirgo*que* desponsa*ta: que* et *ta* m. 2. addita sunt.
— *obvia:* PM.
9. *quaecumque Romana:* PM.
11. *raptus in ius.* — P: *raptus intus:* sed in margine *in ius.* M: rapt' *initus:* h. e. *in ius* et *intus.*
12. *ac secundum iudicium:* ex coni. m.] aut sec. iudic. — PM Harl. 1. Leid. 1.: *ad secundum iudicium.* [Sic 1, 47. in P m. 1.: *ad deinceps*, m. 2.: *ac deinceps:* al.]
18. *vel intra pomerium vel extra pomerium:* P. — M m. 1.: *vel intra pomerium lege:* m. 2. dein additum est *vel extra hac.* — *pomerium,* non *pomoerium,* semper in PM scriptum est. [cf. Tac. Ann. 12, 23: ed. Bach.]
21. *Publi Horati:* PM.
22. *lictor:* PM Harl. 1.] i, lictor.
24. *de provocatione:* PM.

Publio Horatio patre proclamante se filiam iure caesam iudicare: ni ita esset, patrio iure in filiam animadversurum fuisse. orabat deinde ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent, orbum liberis facerent. inter haec senex iuvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco qui nunc Pila Horatia appellatur ostentans, „huncine" aiebat, „quem modo decoratum ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre potestis, quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent? i, lictor, conliga manus, quae paulo ante armatae imperium populo Romano peperunt. i, caput obnube liberatoris urbis huius, arbore infelici suspende, verbera vel intra pomerium — modo inter illa pila et spolia hostium — vel extra pomerium — modo inter sepulchra Curiatiorum. quo enim ducere hunc iuvenem potestis, ubi non sua decora eum a tanta foeditate supplicii vindicent?" non tulit populus nec patris lacrimas nec pius parem in omni periculo animum, absolveruntque admiratione magis virtutis quam iure causae. itaque ut caedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri ut filium expiaret pecunia publica. is quibusdam piacularibus sacrificiis factis, quae deinde genti Horatiae tradita sunt, transmisso per viam tigillo capite adoperto velut sub iugum misit iuvenem. id hodie quoque publice semper refectum manet, sororium tigillum vocant. Horatiae sepulchrum quo loco corruerat icta, constructum est saxo quadrato.

XXVII. Nec diu pax Albana mansit. invidia vulgi, quod tribus militibus fortuna publica commissa fuerit, vanum in-

1. *Publio Horatio.* — M m. 1. P: *publio oratio.* M m. 2.: *publii oratii.*
2. *in filiam:* M Leid. 1.] in filium. — *in filiam* videtur etiam scribae Harl. 1. obversatum, qui haec: *proclamante se filiam animadversurum fuisse.*
6. *huncine:* PM] huncine.
12. *i, caput obnube:* M. — P Harl. 1.: *i i caput obnube.* — *arbore infelici:* PM Harl. 1.] arbori infelici.
21. *is.* — M: *his.*
26. *constructum est saxo quadrato:* PM] constructum ex saxo quadrato.

genium dictatoris corrupit: et quoniam recta consilia haut bene evenerant, pravis reconciliare popularium animos coepit. igitur ut prius in bello pacem sic in pace bellum quaerens, quia suae civitati animorum plus quam virium cernebat esse, ad bellum palam atque ex edicto gerundum alios concitat populos, suis per speciem societatis proditionem reservat. Fidenates, colonia Romana, Veientibus sociis consilii adsumptis pacto transitionis Albanorum ad bellum atque arma incitantur. cum Fidenae aperte descissent, Tullus Mettio exercituque eius ab Alba accito contra hostes ducit. ubi Anienem transit, ad confluentis collocat castra. inter eum locum et Fidenas Veientium exercitus Tiberim transierat. hi et in acie prope flumen tenuere dextrum cornu, in sinistro Fidenates propius montes consistunt. Tullus adversus Veientem hostem dirigit suos, Albanos contra legionem Fidenatium conlocat. Albano non plus animi erat quam fidei: nec manere ergo nec transire aperte ausus sensim ad montes succedit. inde, ubi satis subisse sese ratus est, erigit totam aciem, fluctuansque animo, ut tereret tempus, ordines explicat. consilium erat, qua fortuna rem daret, ea inclinare vires. miraculo primo esse Romanis qui proximi steterant, ut nudari latera sua sociorum digressu senserunt: inde eques citato equo nuntiat regi abire Albanos. Tullus in re trepida duodecim vovit salios fanaque Pallori ac Pavori. equitem clara increpans voce ut hostes exaudirent, redire in proelium iubet: nihil trepidatione opus esse: suo iussu circumduci Albanum exercitum ut Fidenatium nuda terga invadant. idem imperat ut hastas equites erigere iubeat. id factum magnae

1. *et quoniam.* — PM: et qm̄.
11. *transit:* PM] transiit.
— *ad confluentis:* M m. 1. P] ad confluentes. [M. m. 2.]
13. *hi.* — PM: hii.
15. *dirigit:* M. — P: *dèrigit.*
20. *qua fortuna rem daret, ea:* PM] quo fortuna rem daret, eo. — M: eā.
27. *invadant:* PM.
— *idem imperat:* PM Harl. 1.] eidem imperat.
28. *erigere iubeat.* — P: *erigerent iubeat.* M m. 1.: *erigere erigerent iubeat.* m. 2.: *iubet.* dubitandum igitur est an Livius scripserit: *idem imperat* [h. e. zugleich befiehlt er],

parti peditum Romanorum conspectum abeuntis Albani exercitus intersepsit. qui viderant, id quod ab rege auditum erat rati, eo acrius pugnant. terror ad hostes transit: et audiverant clara voce dictum, et magna pars Fidenatium, ut qui coloni additi Romanis essent, Latine sciebant. itaque ne 5 subito ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. instat Tullus fusoque Fidenatium cornu in Veientem alieno pavore perculsum ferocior redit. nec illi tulere impetum, sed ab effusa fuga flumen obiectum ab tergo arcebat. quo postquam fuga inclinavit, alii arma foede ia- 10 ctantes in aquam caeci ruebant, alii dum cunctantur in ripis, inter fugae pugnaeque consilium obpressi. non alia ante Romana pugna atrocior fuit.

XXVIII. Tum Albanus exercitus, spectator certaminis, deductus in campos. Mettius Tullo devictos hostes gratula- 15 tur, contra Tullus Mettium benigne adloquitur. quod bene vertat, castra Albanos Romanis castris iungere iubet, sacrificium lustrale in diem posterum parat. ubi inluxit, paratis omnibus ut adsolet vocari ad contionem utrumque exercitum iubet. praecones ab extremo orsi primos excivere Al- 20 banos. hi novitate etiam rei moti, ut regem Romanum contionantem audirent, proximi constitere. ex composito armata circumdatur Romana legio. centurionibus datum negotium erat ut sine mora imperia exequerentur. tum ita Tullus infit: „Romani, si umquam ante alias ullo in bello fuit, quod 25 primum dis immortalibus gratias ageretis deinde vestrae ipsorum virtuti, hesternum id proelium fuit. dimicatum est enim non magis cum hostibus quam — quae dimicatio maior atque periculosior est — cum proditione ac perfidia sociorum. nam ne vos falsa opinio teneat, iniussu meo Albani 30

ut hastas equites erigerent.
2. *qui viderant.* [forsitan: intersepsit: *et* qui viderant.]
9. *flumen obiectum ab tergo arcebat:* PM.
11. *cunctantur:* P. *cuntantur:* M.
21. *hi.* — PM: hii.
26. *dis inmortalibus:* M] diis immortalibus.
27. *hesternum.* — P m. 1. M: externum.

subiere ad montes, nec imperium illud meum sed consilium et inperii simulatio fuit, ut nec vobis ignorantibus deseri vos averteretur a certamine animus, et hostibus circumveniri se ab tergo ratis terror ac fuga iniceretur. nec ea culpa quam
5 arguo omnium Albanorum est. ducem secuti sunt ut et vos, si quo ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Mettius ille est ductor itineris huius, Mettius idem huius machinator belli, Mettius foederis Romani Albanique ruptor. addeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne iam documen-
10 tum mortalibus dedero." centuriones armati Mettium circumsistunt. rex cetera ut orsus erat peragit. „quod bonum faustum felixque sit populo Romano ac mihi vobisque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est, civitatem dare plebi, primores in patres legere, unam
15 urbem unam rem publicam facere. ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est, sic nunc in unum redeant." ad haec Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus communi tamen metu cogente silentium tenet. tum Tullus „Metti Fufeti" inquit, si ipse discere pos-
20 ses fidem ac foedera servare, vivo tibi ea disciplina a me adhibita esset: nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere quae a te violata sunt. ut igitur paulo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita iam cor-
25 pus passim distrahendum dabis." exinde duabus admotis quadrigis in currus earum distentum inligat Mettium, deinde in diversum iter equi concitati lacerum in utroque curru corpus, qua inhaeserant vinculis membra, portantes. aver-

1. *subiere ad montes:* P] subierant ad montes. — M m. 1.: *subiere at montes.* m. 2.: subierant montes. [sic paulo post in P: *athibita.*]
3. *averteretur.* — P: *ad*verteretur, h. e. *ab*verteretur.
— *circumveniri.* — PM: circumvenire.
6. *Mettius:* P. — In M m. 1.: *Metus:* dein v. 7. 8.: *Mettus:* 10: *Mettum.*
12. *populo Romano:* P. — M: *populo*rum *ac mihi.*
16. *in unum redeant:* M] in unum redeat. [suppl. *illi duo populi.*]
22. *at tu tuo suppl.:* PM.

ere omnes ab tanta foeditate spectaculi oculos. primum ul-
imumque illud supplicium apud Romanos exempli parum
nemoris legum humanarum fuit. in aliis gloriari licet nulli
gentium mitiores placuisse poenas.

XXIX. Inter haec iam praemissi Albam erant equites, 5
qui multitudinem traducerent Romam. legiones deinde du-
ctae ad diruendam urbem. quae ubi intravere portas, non
quidem fuit tumultus ille nec pavor qualis captarum esse
urbium solet, cum effractis portis stratisve ariete muris aut
rce vi capta clamor hostilis et cursus per urbem armato- 10
um omnia ferro flammaque miscet: sed silentium triste ac
icita maestitia ita defixit omnium animos, ut prae metu
bliti quid relinquerent quid secum ferrent, deficiente con-
lio rogitantesque alii alios nunc in liminibus starent, nunc
rabundi domos suas ultimum illud visuri pervagarentur. ut 15
ero iam equitum clamor exire iubentium instabat, iam fra-
or tectorum quae diruebantur ultimis urbis partibus audie-
atur, pulvisque ex distantibus locis ortus velut nube indu-
a omnia impleverat, raptim quibus quisque potenat elatis,
um larem ac penates tectaque in quibus natus quisque 20
lucatusque esset relinquentes exirent, iam continens agmen
igrantium inpleverat vias. et conspectus aliorum mutua
iseratione integrabat lacrimas: vocesque etiam miserabiles
audiebantur mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis
empla augusta praeterirent ac velut captos relinquerent 25
leos. egressis urbem Albanis Romanus passim publica pri-
ataque omnia tecta adaequat solo, unaque hora quadrin-
gentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac
ruinis dedit. templis tamen deum — ita enim edictum ab
rege fuerat — temperatum est. 30

XXX. Roma interim crescit Albae ruinis: duplicatur
civium numerus: Caelius additur urbi mons: et quo frequen-

1. *ab tanta foeditate:* PM] a tanta foeditate.
5. *Albam:* P. — M: Alban*i*: sed *ni* m. 2. in ras.
5. *ultimum illud:* PM.
24. *praecipue:* P. — M: p̄cipu*ae*: ut semper fere in ant. libris.
32. *Caelius:* P] Coelius. — M: *celius.*

tius habitaretur, eam sedem Tullus regiae capit ibique deinde habitavit. principes Albanorum in patres, ut ea quoque pars rei publicae cresceret, legit, Tullios, Servilios, Quintios, Geganios, Curiatios, Cloelios: templumque ordini ab se auctis curiam fecit quae Hostilia usque ad patrum nostrum aetatem appellata est. et ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adiceretur, equitum decem turmas ex Albanis legit, legiones et veteres eodem supplemento explevit et novas scripsit. Hac fiducia virium Tullus Sabinis bellum indicit, genti ea tempestate secundum Etruscos opulentissimae viris armisque. utrimque iniuriae factae ac res nequiquam erant reppetitae. Tullus ad Feroniae fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos conprehensos querebatur, Sabini suos prius in lucum confugisse ac Romae retentos. haec causae belli ferebantur. Sabini haut parum memores et suarum virium partem Romae ab Tatio locatam et Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam, circuminspicere et ipsi externa auxilia. Etruriaque erat vicina, proximi Etruscorum Veientes. inde ob residuas bellorum iras maxime sollicitatis ad defectionem animis voluntarios traxere, et apud vagos quosdam ex inopi plebe etiam merces valuit: publico auxilio nullo adiuti sunt valuitque apud Veientes — nam de ceteris minus mirum est — pacta cum Romulo indutiarum fides. cum bellum utrimque summa ope pararent vertique in eo res videretur utri prius arma inferrent, occupat Tullus in agrum Sabinum transire.

1. *regiae.* — M: regiā capit: sed *āc* in ras.
— *ibique deinde habitavit:* M cod. Rhenani] ibique habitavit.
3. *Tullios Servilios Quintios Geganios:* PM.
4. *Curiatios Cloelios:* P. *curatios cloelios:* M.
5. *nostrum:* Harl. I.] nostrorum. — P: nrum. M: nrm. sic ex. c. 1, 32. PM: ius nrm: h. e. *ius nostrum.*
6. *appellata ē ut:* M. *et* m. 2. additum. idem M v. 8.: *legiones ueteres.*
11. *nequiquam:* PM] nequicqu.
12. *reppetite:* M.
15. *haec cause:* M] hac causae.
18. *circuminspicere:* PM Harl. I.] circumspicere.
— *Etruriaque:* P] Etruria.
22. *merces valuit.* — M: merces fuit valuit.
24. *cum Romulo:* cf. 1, 15.

ıgna atrox ad silvam Malitiosam fuit, ubi et peditum quiem robore ceterum equitatu aucto nuper plurimum Romana cies valuit. ab equitibus repente invectis turbati ordines ınt Sabinorum: nec pugna deinde illis constare nec fuga explicari sine magna caede potuit. 5

XXXI. Devictis Sabinis cum in magna gloria magnisque opibus regnum Tulli ac tota res Romana esset, nuntatum regi patribusque est in monte Albano lapidibus pluse. quod cum credi vix posset, missis ad id visendum proigium in conspectu haut aliter quam cum grandinem venti 10 lomeratam in terras agunt, crebri cecidere caelo lapides. si etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis luco, t patrio ritu sacra Albani facerent, quae velut diis quoque mul cum patria relictis oblivioni dederant, et aut Romana ıcra susceperant aut fortunae ut fit obirati cultum relique- 15 ınt deum. Romanis quoque ab eodem prodigio novendiale ıcrum publice susceptum est, seu voce caelesti ex Albano ıonte missa — nam id quoque traditur — seu haruspicum ıonitu. mansit certe sollemne ut quandoque idem prodium nuntiaretur, feriae per novem dies agerentur. Haud 20 a multo post pestilentia laboratum est. unde cum pigritia ılitandi oreretur, nulla tamen ab armis quies dabatur a ellicoso rege, salubriora etiam credente militiae quam domi venum corpora esse, donec ipse quoque longinquo morbo t inplicatus. tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spi- 25 tus illi feroces, ut qui nihil ante ratus esset minus regium ıam sacris dedere animum, repente omnibus magnis parsque superstitionibus obnoxius degeret religionibusque etiam ɔpulum inpleret. vulgo iam homines, eum statum rerum ıi sub Numa rege fuerat requirentes, unam opem aegris 30 ırporibus relictam, si pax veniaque ab diis impetrata esset, edebant. ipsum regem tradunt volventem conmentarios

. *Malitiosam:* PM m. 2. — P M m. 1.: *malitiosa.*
. *pluisse:* PM] pluvisse.
22. *oreretur:* M m. 1. P] oriretur [M m. 2.].
— *abellicoso:* PM] ab bellicoso.
25. *inplicatus:* M] implicitus.

Numae, cum ibi quaedam occulta sollemnia sacrificia Iovi Elicio facta invenisset, operatum is sacris se abdidisse: sed non rite initum aut curatum id sacrum esse, nec solum nullam ei oblatam caelestium speciem sed ira Iovis sollicitati prava religione fulmine ictum cum domo conflagrasse. Tullus magna gloria belli regnavit annos duos et triginta.

XXXII. Mortuo Tullo res, ut institutum iam inde ab initio erat, ad patres redierat hique interregem nominaverant: quo comitia habente Ancum Marcium regem populus creavit: patres fuere auctores. Numae Pompili regis nepos filia ortus Ancus Marcius erat. qui ut regnare coepit, et avitae gloriae memor et quia proximum regnum cetera egregium ab una parte haut satis prosperum fuerat aut neclectis religionibus aut prave incultis, longeque antiquissimum ratus sacra publica ut ab Numa instituta erant facere, omnia ea ex commentariis regis pontificem in album elata proponere in publico iubet. inde et civibus otii cupidis et finitimis civitatibus facta spes in avi mores atque instituta regem abiturum. igitur Latini, cum quibus Tullo regnante ictum foedus erat, sustulerant animos, et cum incursionem in agrum Romanum fecissent, repetentibus res Romanis superbe responsum reddunt desidem Romanum regem inter sacella et aras acturum esse regnum rati. medium erat in Anco ingenium, et Numae et Romuli memor: et praeterquam quod avi regno magis necessariam fuisse pacem credebat cum in novo tum feroci populo, etiam quod illi contigisset otium, sine iniuria id se haud facile habiturum:

2. *is sacris:* PM] his sacris.
4. *sed ira.* — M: sidera.
5. *prava religione:* M. — P: *prauia* | *a religione.* codd. aliq. Drakenb.: *praua iam religione.*
10. *Numae Pompili:* PM] Numae Pompilii.
13. *aut neclectis religionibus aut prave incultis:* M] aut neglectis rel. aut prave cultis.
14. *longeque:* PM Harl. 1.] longe.
16. *regis:* P. — M: *regiis:* sed *is* in ras.
— *in album elata:* M m. 1. P Harl. 1.] in album relata. — M m. 2.: in albam elatū.
19. *abiturum.* — PM Harl. 1.: *habiturum.*
27. *contigisset.* — M: *contiges-*

emptari patientiam et temptatam contemni, temporaque esse
Tullo regi aptiora quam Numae. ut tamen quoniam Numa
in pace religiones instituisset, a se bellicae cerimoniae pro-
derentur nec gererentur solum sed etiam indicerentur bella
aliquo ritu, ius ab antiqua gente Aequiculis, quod nunc fe- 5
tiales habent, descripsit, quo res repetuntur. legatus ubi ad
fines eorum venit, unde res repetuntur, capite velato filo —
lanae velamen est — „audi, Iuppiter“ inquit, „audite, fines“
— cuiuscumque gentis sunt, nominat — „audiat fas: ego
sum publicus nuntius populi Romani: iuste pieque legatus 10
venio verbisque meis fides sit.“ peragit deinde postulata.
inde Iovem testem facit: „si ego iniuste inpieque illos ho-
mines illasque res dedier mihi exposco, tum patriae com-
potem me numquam siris esse.“ haec cum finis suprascan-
dit, haec quicumque ei primus vir obvius fuerit, haec por- 15
tam ingrediens, haec forum ingressus paucis verbis carminis
concipiendique iurisiurandi mutatis peragit. si non deduntur
quos exposcit, diebus tribus et triginta — tot enim solle-
mnes sunt — peractis bellum ita indicit: „audi Iuppiter et
tu Iuno, Quirine diique omnes caelestes, vosque terrestres 20
vosque inferni audite. ego vos testor populum illum“ —
quicumque est, nominat — „iniustum esse neque ius per-
solvere. sed de istis rebus in patria maiores natu consule-
mus, quo pacto ius nostrum adipiscamur.“ cum is nuntius
Romam ad consulendum redit. confestim rex ex his ferme ver- 25
bis patres consulebat: „quarum rerum litium causarum con-

set: ut 1, 1. in P *abstinuesse.* — Paulo post P m. 1.: *relegiones.*

1. *temptari.. temptatam:* PM] tentari.. tentatam. — M: *contempni.*
3. *cerimoniae:* PM] ceremoniae.
5. *Equiculis:* PM.
6. *repetuntur:* P. — M: petuntur.
9. *cuiuscumque gentis:* PM] cuiusque gentis.
13. *dedier mihi exposco:* M cod. Rhen.] dedier populo romano mihique exposco. — P: *dedier pr. mihi exposco:* ubi *pr* aeque videtur irrepsisse atque *poro* in codicem Rhen.
13. *tum p. c. me numquam siris esse:* PM] tu *cet.*
14. *finis:* P] fines.
24. *cum is:* P m. 1. M] cum his.
25. *ex his ferme verbis:* PM Harl. 1.] his ferme verbis.

dixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato Priscorum Latinorum hominibusque Priscis Latinis, quas res nec dederunt nec solverunt nec fecerunt, quas res dari solvi fieri oportuit, dic" inquit ei quem primum sententiam roga-
5 bat „quid censes?" tum ille: „puro pioque duello quaerendas censeo itaque consentio consciscoque." inde ordine alii rogabantur, quandoque pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat, bellum erat consensum. fieri solitum ut fetialis hastam ferratam aut sanguineam praeustam
10 ad fines eorum ferret, et non minus tribus puberibus praesentibus diceret: „quod populi Priscorum Latinorum hominesque Prisci Latini adversus populum Romanum Quiritium fecerunt deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priscis Latinis iussit esse, senatusque populi Ro-
15 mani Quiritium censuit consensit conscivit ut bellum cum Priscis Latinis fieret, ob eam rem ego populusque Romanus populis Priscorum Latinorum hominibusque Priscis Latinis bellum indico facioque." id ubi dixisset, hastam in fi-

2. *Priscis Latinis.* — M: priscis. l latinis. P: priscis uel latinis.

— *quas res nec dederunt nec soluerunt nec fecerunt, quas res dari solui fieri oportuit:* Harl. 1.] quas res dari fieri solvi oportuit, quas res nec dederunt nec fecerunt nec soluerunt. — In M idem quod in Harl. 1. scriptum est, nisi quod ibi *dari fieri solui.* idem videtur etiam codicis P scriba ante oculos habuisse, cum in P sit: *priscis latinis quas res dari fieri solui oportuit dic inquit* cet. et in margine: *nec dederunt nec soluerunt nec fecerunt quas res.*

5. *quid censes:* P. — quidicenses: M.

5. *duello:* P. — deuello: M.

7. *in eandem sententiam:* M. — in eadem sententia: P.

8. *bellum erat consensum:* PM] bellum erat consensu. (cf. 8, 6.: „consensit et senatus bellum." A. Gellius 15, 26: „consensis quibusdam et concessis.")

11. *hominesque Prisci Latini.* — P: homines*uae* prisci latini. M: homines prisci latini. (cf. A. Gellius 16, 4.)

13. *deliquerunt:* PM m. 2. — M m. 1. delinquerunt.

14. *senatusque.* — PM: senatus*ue.*

16. 17. *populusque . . hominibusque:* PM.

nes eorum emittebat. hoc tum modo ab Latinis repetitae res ac bellum indictum, moremque eum posteri acceperunt.

XXXIII. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus sacerdotibusque aliis exercitu novo conscripto profectus Politorium urbem Latinorum vi cepit, secutusque morem regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam traduxit. et cum circa Palatium, sedem veterum Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem, Caelium montem Albani inplessent, Aventinum novae multitudini datum. additi eodem haut ita multo post Tellenis Ficanaque captis novi cives. Politorium inde rursus bello repetitum, quod vacuum occupaverant Prisci Latini: eaque causa diruendae urbis eius fuit Romanis, ne hostium semper receptaculum esset. postremo omni bello Latino Medulliam conpulso aliquamdiu ibi Marte incerto varia victoria pugnatum est, nam et urbs tuta munitionibus praesidioque firmata valido erat, et castris in aperto positis aliquotiens exercitus Latinus comminus cum Romanis signa contulerat. ad ultimum omnibus copiis conisus Ancus acie primum vincit, inde ingenti praeda potens Romam redit, tum quoque multis milibus Latinorum in civitatem acceptis, quibus, ut iungeretur Palatio Aventinum, ad Murciae datae sedes. Ianiculum quoque adiectum non inopia loci sed ne quando ea arx hostium esset. id non muro solum sed etiam ob commoditatem itineris ponte sublicio tum primum in Tiberim facto coniungi urbi placuit. Quiritium quoque fossa, haut parvum munimentum a planioribus aditu locis, Anci regis opus est. ingenti incremento rebus auctis cum in tanta multitudine hominum discrimine recte an perperam facti

8. *sedem veterum Romanorum:* M Harl. I. et P in marg. — P: sedem ueterem romanorum.
9. *Caelium:* P] Coelium. — M: *celium.*
10. *eodem:* PM.
18. *aliquotiens:* PM] aliquoties.
18. *comminus:* PM] cominus.
19. *conisus:* PM Harl. I.] connisus.
20. *potens:* PM Harl. I. — In M m. 2. sed antiqua supra scriptum est: uel *potitus.*
25. *in Tiberim:* M] in Tiberi. (cf. 40, 51.)
27. *aditu:* PM.

confuso facinora clandestina fierent, carcer ad terrore
crescentis audaciae media urbe inminens foro aedifi
nec urbs tantum hoc rege crevit sed etiam ager fine
silva Mesia Veientibus adempta, usque ad mare imp
5 prolatum et in ore Tiberis Ostia urbs condita, salinae
factae, egregieque rebus bello gestis aedis Iovis Feretri
plificata.

XXXIV. Anco regnante Lucumo vir inpiger ac d
potens Romam commigravit cupidine maxime ac spe
10 gni honoris, cuius adipiscendi Tarquinis — nam ibi qu
peregrina stirpe oriundus erat — facultas non fuerat.
marati Corinthii filius erat, qui ob seditiones domo
gus cum Tarquiniis forte consedisset, uxore ibi ducta
filios genuit. nomina his Lucumo atque Arruns fuerunt
15 cumo superfuit patri bonorum omnium heres, Arruns
quam pater moritur uxore gravida relicta. nec diu
superstes filio pater: qui cum ignorans nurum ventrem
inmemor in testando nepotis decessisset, puero post avi
tem in nullam sortem bonorum nato ab inopia Egerio
20 tum nomen. Lucumoni contra omnium heredi bonorum
divitiae iam animos facerent, auxit ducta in matrimo
Tanaquil summo loco nata et quae haud facile his in
bus nata erat humiliora sineret ea in quae innupsisset.

4. *Mesia:* PM] Maesia.
5. *in ore:* PM.
6. *aedis Iovis Feretrii:* PM. — In M extremum *i* erasum est.
10. *Tarquinis:* M] Tarquiniis.
11. *Demarati:* Leid. 1.] Damarati (Harl. 1.). PM et hoc loco et 4, 3: *demarathi:* de quo scribendi genere cf. Walther et Bach ad Tac. Ann. 11, 14. Dionysius 3, 46: Δημάρατος· atque item Cicero Tusc. 5, 37. de rep. 2, 19. 34. nec Livius in his nominibus semper dorico α usus videtur: nam 24,
22. in Put. *damarata:* *demaratham* in Put. et *demaratam* in Bamb. ptum est.
14. *Lucumo:* M. — P ho loco: *Lucomo.*
14. 15. *Arruns:* M m. 2. P] (Etiam apud Dionys. Sylb. in Vatic. repperi ϱοῦντα. cf. Virg. Aen 759. sq.)
22. *his:* PM] iis.
23. *ea in quae innupsisse* coni Drak.] ea quae in — P Harl. 1.: *eacum*

entibus Etruscis Lucumonem exule advena ortum ferre ignitatem non potuit, oblitaque ingenitae erga patriam caitatis, dum modo virum honoratum videret, consilium migrandi ab Tarquiniis cepit. Roma est ad id potissimum visa: in novo populo, ubi omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, futurum locum forti ac strenuo viro: regnasse Tatium Sabinum, arcessitum in regnum Numam a Curibus, et Ancum Sabina matre ortum nobilemque una imagine Nunae esse. facile persuadet ut cupido honorum et cui Tarquinii materna tantum patria esset. sublatis itaque rebus migrant Romam. ad Ianiculum forte ventum erat: ibi ei carpento sedenti cum uxore aquila suspensis demissa leviter alis pilleum aufert, superque carpentum cum magno clangore volitans rursus velut ministerio divinitus missa capiti apte reponit: inde sublimis abit. accepisse id augurium laeta dicitur Tanaquil, perita ut vulgo Etrusci caelestium prodigiorum mulier. excelsa et alta sperare conplexa virum iubet: eam alitem ea regione caeli et eius dei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse, levasse humano superpositum capiti decus ut divinitus eidem redderet. has spes cogitationesque secum portantes urbem ingressi sunt, domicilioque ibi comparato L. Tarquinium Priscum edidere nomen. Romanis conspicuum eum novitas

psisset. in M quoque scriptum est *cum innupisset* vel *innubisset*, sed inter *sineret* et *cum* aliquid erasum et manu altera quamquam antiqua additum est *hec.* (Simili mendo 1, 35. in M scriptum est *cum* pro *qua*, 9, 26. *quibus* pro *ciuibus;* 1, 16. in P *in conspectu* pro *conspectum:* al. cf. T. Livi lib. XXX. p. XXX. 4.)

1. *exule advena.* — PM m. 1.: exulem aduena. — M m. 2: aduenā.

4. *potissimum* (h. e. opportunissimus locus): PM Harl. 1.] potissima.

9. *ut cupido honorum:* P. — M m. 1.: ut cupido horum. m. 2.: et cupido honorum.

11. *amigrant:* PM.

12. *leuiter:* PM Harl. 1.] leniter.

13. *pilleum:* PM. — M m. 1.: *afert.*

15. *abit*] abiit. — M: *habit.*

19. *fecisse.* — P in marg. *fuisse:* haud scio an ita a Livio scriptum sit.

23. *edidere nomen.* — P: *no-*

divitiaeque faciebant, et ipse fortunam benigne comitate invitandi beneficiisque quos poterat sibi adiuvabat, donec in regiam quoque de eo fama notitiamque eam brevi apud regem liberaliter
5 obeundo officia in familiaris amicitiae adduxerat blicis pariter ac privatis consiliis bello domique et per omnia expertus postremo tutor etiam l testamento institueretur.

XXXV. Regnavit Ancus annos quattuor et
10 libet superiorum regum belli pacisque et artibı par. iam filii prope puberem aetatem erant: eo quinius instare ut quam primum comitia regi c rent. quibus indictis sub tempus pueros venatun isque primus et petisse ambitiose regnum et or
15 citur habuisse ad conciliandos plebis animos cum se non rem novam petere, quippe qui n quod quisquam indignari mirarive posset, sed tei peregrinus regnum adfectet. et Tatium non e: solum sed etiam ex hoste regem factum, et N
20 rum urbis non petentem in regnum ultro accit quo sui potens fuerit, Romam cum coniuge ac f nibus commigrasse, maiorem partem aetatis eius

me: sed in marg. *nomen.* M: *nom̄* | : quo compendio in fine versuum antiquissimorum librorum non modo *m* sed etiam *n* significabatur.

1. *fortunam:* P. fortuna: M.
2. *comitate invitandi beneficiisque quos poterat sibi conciliando:* M m. 1. P. — M m. 2.: comitate inuitando beneficiis quosq. poterat sibi conciliando.
4. *dextereque:* PM] dextreque.
5. *obeundo officia:* PM Harl. 1.] obeundo officio. (cf. 1, 54: obeundo pericula.)
6. *bello domique* belli domique. (mi belloque.)
8. *institueretur:* I P m. 1.: instru
9. *annos* IIII *et* X X *et viginti:* M
12. *instare ut:* M. i — Leid. 1.: *cun staret.*
20. *in regnum:* P *regno:* P m. 1.
22. *qua:* P m. 2. - m. 1. Harl. 1.: 2.: *cum.*

bus officiis fungebantur homines, Romae se quam in vetere patria vixisse: domi militiaeque sub haut paenitendo magistro — ipso Anco rege — Romana se iura Romanos ritus didicisse: obsequio et observantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipso certasse. haec eum haut falsa memorantem ingenti consensu populus Romanus regnare iussit. ergo virum cetera egregium secuta quam in petendo habuerat etiam regnantem ambitio est: nec minus regni sui firmandi quam augendae rei publicae memor centum in patres legit, qui deinde minorum gentium sunt appellati, factio haut dubia regis, cuius beneficio in curiam venerant, bellum primum cum Latinis gessit, et oppidum ibi Appiolas vi cepit: praedaque inde maiore quam quanta belli fama fuerat revecta ludos opulentius instructiusque quam priores reges fecit. tunc primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus locus est. loca divisa patribus equitibusque, ubi spectacula sibi quisque facerent: fori appellati. spectavere furcis duodenos ab terra spectacula alta sustinentibus pedes. ludicrum fuit equi pugilesque ex Etruria maxime acciti. sollemnes deinde annui mansere ludi, Romani magnique varie appellati. ab eodem rege et circa forum privatis aedificanda divisa sunt loca, porticus tabernaeque factae.

XXXVI. Muro quoque lapideo circumdare urbem parabat, cum Sabinum bellum coeptis intervenit. adeoque ea subita res fuit, ut prius Anienem transirent hostes quam obviam ire ac prohibere exercitus Romanus posset. itaque trepidatum Romae est. et primo dubia victoria magna utrimque caede pugnatum est. reductis deinde in castra hostium

9. *centum in p.:* PM m. 1. — *centum patres:* M m. 2.
13. *Appiolas:* PM Harl. 1.] Apiolas.
15. *tunc primum:* M] tum primum.
16. *loca divisa:* PM.
— *patribus equitibusque:* P. — M m. 1.: patribus equitibus quae urbi. m. 2.: patribus et equitibus quae urbi. — *urbi* etiam in P m. 1.
26. *Anienem transirent:* PM m. 2. — M m. 1.: aniem transierent.
28. *Romae est:* M. — P: *roma est.*

copiis datoque spatio Romanis ad conp[illegible]ndum de i
bellum, Tarquinius equitem maxime suis deesse virib
tus ad Ramnis Titienses Luceres, quas centurias Ro
scripserat, addere alias constituit suoque insignes relir
5 nomine. id quia inaugurato Romulus fecerat, negare
Navius inclytus ea tempestate augur, neque muta
que novum constitui, nisi aves addixissent, posse.
ira regi mota eludensque artem, ut ferunt, „agedun
quit, „divine tu, inaugura, fierine possit quod nun
10 mente concipio.“ cum ille in augurio rem expertus pr
futuram dixisset, „atqui hoc animo agitavi“ inquit, „
vacula cotem discissurum. cape haec et perage quod
tuae fieri posse portendunt.“ tum illum haud cunc
discidisse cotem ferunt. statua Atti capite velato, q
15 loco res acta est, in comitio in gradibus ipsis ad l
curiae fuit: cotem quoque eodem loco sitam fuisse r
rant, ut esset ad posteros miraculi eius monumentun
guriis certe sacerdotioque augurum tantus honos acces
nihil belli domique postea nisi auspicato gereretur, cc
20 populi, exercitus vocati — summa rerum — ubi ave
admisissent, dirimerentur. neque tum Tarquinius de eq
centuriis quicquam mutavit, numero alterum tantum
cit, ut mille et octingenti equites in tribus centuriis e

3. *ad Ramnis:* PM Harl. 1.] ad Ramnes.
6. *inclytus:* M] inclitus.
8. *eludensque artem ut ferunt:* P m. 2. — P m. 1.: *ludensq. artem ut ferunt.* M m. 1.: eludensq. artem iubenque ut ferunt. m. 2.: iubensque.
9. *inaugura:* P m. 2. Harl. 1.] augura. — P m. 1.: inauguria. M m. 1.: *inaugur.* m. 2.: augur.
15. *in comitio:* M. — P m. 1.: *in comitio est.* — Num „*quo in loco res acta in comitio est*“?
21. *admisissent.* — PM: *sissent.*
22. *alterum tantum.* — PM: *tantum alterum.* cf. 8 46. al.
23. *mille et octingenti:* M Rhen.] mille ac duce Plutarchus enim c. 20. Romulum geminata ur buisse sexcentos equit quos cum ex Albanis turmae accessissent, nc sunt facti: quorum n duplicato mille et octi fuerunt Tarquinio equit

posteriores modo sub isdem nominibus qui additi erant appellati sunt, quas nunc, quia geminatae sunt, sex vocant centurias.

XXXVII. Hac parte copiarum aucta iterum cum Sabinis confligitur. sed praeterquam quod viribus creverat Romanus exercitus, ex occulto etiam additur dolus, missis qui 5 magnam vim lignorum in Anienis ripa iacentem ardentem in flumen conicerent: ventoque iuvante accensa ligna, et pleraque in ratibus inpacta sublicis cum haererent, pontem incendunt. ea quoque res in pugna terrorem attulit Sabinis, effusis eadem fugam inpedit, multique mortales cum hostes 10 effugissent, in flumine ipso periere: quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi prius paene quam nuntiari posset, insignem victoriam fecere. eo proelio praecipua equitum gloria fuit. utrimque ab cornibus positos, cum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse ab lateribus 15 ferunt, ut non sisterent modo Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subito in fugam averterent. montes effuso cursu Sabini petebant et pauci tenuere, maxima pars, ut ante dictum est, ab equitibus in flumen acti sunt. Tarquinius instandum perterritis ratus, praeda captivisque Ro- 20 mam missis, spoliis hostium — id votum Vulcano erat — ingenti cumulo accensis, pergit porro in agrum Sabinum exercitum inducere: et quamquam male gestae res erant

cero quidem de rep. 2, 20. 37. Tarquinium ∞ ac CC equites fecisse scribit, sed etiam hunc numerum paulo post ab eodem duplicatum esse. Cf. Dionys. 2, 16. — In P et Harl. 1. *mille et CCC equites* scriptum est: sed ibi ut saepe alias littera *d* excidit: cf. T. Livi lib. XXX. p. LXXV. 11.

1. *sub isdem:* P] sub iisdem. — M: *sub hisdem.*
3. *hac parte:* P m. 2. M. — *ae parte:* P m. 1.
5. *ex occulto:* M. *ex oculto:* P.
8. *sublicis cum hererent:* M. — *subliciis c. h.:* P.
10. *effusis eadem fugam inpedit:* PM Harl. 1.] et fusis eadem fugam impediit. cf. 10, 19: *effusos.*
— *hostes:* M] hostem. cf. 1, 53.
12. *in Tiberi:* P m. 2. — P m. 1.: in tiberis. M Harl. 1.: in tiberim.
13. *fecere:* P m. 2. M. — *facere:* P m. 1.
23. *gestae res erant:* M] gesta res erat.

nec gesturos melius sperare poterant, tamen quia consulendi res non dabat spatium, ire obviam Sabini tumultuario milite: iterumque ibi fusi perditis iam prope rebus pacem petiere.

5 XXXVIII. Collatia et quidquid citra Collatiam agri erat Sabinis ademptum, Egerius — fratris hic filius erat regis — Collatiae in praesidio relictus. deditosque Collatinos ita accipio eamque deditionis formulam esse: rex interrogavit „estisne vos legati oratoresque missi a populo Con-
10 latino ut vos populumque Conlatinum dederetis?“ sumus. „estne populus Conlatinus in sua potestate?“ est. „deditisne vos populumque Conlatinum, urbem agros aquam terminos delubra utensilia, divina humanaque omnia, in meam populique Romani dicionem?“ dedimus. „at ego recipio.“ Bello
15 Sabino perfecto Tarquinius triumphans Romam redit. inde Priscis Latinis bellum fecit, ubi nusquam ad universae rei dimicationem ventum est: ad singula oppida circumferendo arma omne nomen Latinum domuit. Corniculum, Ficulea vetus, Cameria, Crustumerium, Ameriola, Medullia, Nomen-
20 tum, haec de Priscis Latinis aut qui ad Latinos defecerant capta oppida. pax deinde est facta. Maiore inde animo pacis opera inchoata quam quanta mole gesserat bella, ut non quietior populus domi esset quam militiae fuisset. nam et muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum
25 erat, urbem qua nondum munierat cingere parat: et infimae urbis loca circa forum aliasque intercictas collibus convalles, quia ex planis locis haut facile evehebant aquas, cloacis fastigio in Tiberim ductis siccat: et aream ad aedem

2. *ire obviam:* M Harl. 1.] iere obviam.
9. 10. 11. 12. *Conlatino .. Conlatinum .. Conlatinus .. Conlatinum:* PM] Collatino *cet.*
10. *dederetis:* M. *dederitis:* P.
14. *at ego recipio:* PM cod. Rhen. — *et* ego recipio: Harl. 1.
15. *redit:* PM Harl. 1.] rediit.
19. *Medullia.* — PM: medulla sed cf. 1, 33: ubi PM *me dulliam.*
21. *pax deinde est facta:* M *pax inde est facta:* P.
25. *qua:* P. — quā: M.
27. *cloacis fastigio in Tib. ductis*] cloacis e fastigio in Tid. — PM: ecloacis fastigio *cet*

in Capitolio Iovis, quam voverat bello Sabino, iam praesagiente animo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis.

XXXIX. Eo tempore in regia prodigium visu eventuque mirabile fuit. puero dormienti, cui Servio Tullio fuit nomen, caput arsisse ferunt multorum in conspectu. plurimo igitur clamore inde ad tantae rei miraculum orto excitos reges: et cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret, ab regina retentum: sedatoque iam tumultu moveri vetuisse puerum, donec sua sponte experrectus esset. mox cum somno et flammam abisse. tum abducto in secretum viro Tanaquil „viden' tu puerum hunc" inquit, „quem tam humili cultu educamus? scire licet hunc lumen quondam rebus nostris dubiis futurum praesidiumque regiae adflictae. proinde materiam ingentis publice privatimque decoris omni indulgentia nostra nutriamus." inde puerum liberum loco coeptum haberi erudirique artibus quibus ingenia ad magnae fortunae cultum excitantur. evenit facile quod dis cordi esset. iuvenis evasit vere indolis regiae, nec cum quaereretur gener Tarquinio, quisquam Romanae iuventutis ulla arte conferri potuit, filiamque ei suam rex despondet. hic quacumque de causa tantus illi honos habitus credere prohibet serva natum eum parvumque ipsum servisse. eorum magis sententiae sum qui Corniculo capto Servi Tulli — qui princeps in illa urbe fuerat — gravidam viro oc-

4. *visu.* — PM Harl. I.: *uisum.*
5. *cui Seruio Tullio fuit nomen:* M] cui Ser. Tullio nomen fuit. — P Harl. I.: euentuq. mirabile *fuit nomen* caput *cet.*
7. *excitos reges:* PM.
9. *sedatoque iam tumultu:* PM] sedatoque eam tumultu. (cf. 1, 50: ab Turno . . dixisse.)
10. *experrectus:* P. — M m. 1: experfectus. m. 2: expergefactus.
11. *abisse:* PM. — Harl. I.: flamma abisset.
12. *viden tu:* M m. 2. Leid. I. — *uidin tu:* M m. 1. *uidisne puerum:* P m. 1. *uidesne puerum:* P m. 2.
13. *hunc lumen quondam:* PM.
15. *materiam:* PM] materiem.
21. *despondet:* P m. 2.] despondit. — P m. 1.: dispondet.
23. *serua natum eum paruumque ipsum seruisse:* PM.
24. *Serui Tulli:* PM] Ser. Tullii.

ciso uxorem, cum inter reliquas captivas cognita esset, ob unicam nobilitatem ab regina Romana prohibitam ferunt servitio partum Romae edidisse Prisci Tarquini domo. inde tanto beneficio et inter mulieres familiaritatem auctam et puerum ut in domo a parvo eductum in caritate atque honore fuisse: fortunam matris, quod capta patria in hostium manus venerit, ut serva natus crederetur fecisse.

XL. Duodequadragesimo ferme anno ex quo regnare coeperat Tarquinius, non apud regem modo sed apud patres plebemque longe maximo honore Servius Tullius erat. tum Anci filii duo etsi antea semper pro indignissimo habuerant se patrio regno tutoris fraude pulsos, regnare Romae advenam non modo vicinae sed ne Italicae quidem stirpis, tum inpensius is indignitas crescere, si ne ab Tarquinio quidem ad se rediret regnum sed praeceps inde porro ad servitia caderet, ut in eadem civitate post centesimum fere annum quam Romulus deo prognatus deus ipse tenuerit regnum donec in terris fuerit, id Servius serva natus possideat. cum commune Romani nominis tum praecipue id domus suae dedecus fore, si Anci regis virili stirpe salva non modo advenis set servis etiam regnum Romae pateret. ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt. sed et iniuriae dolor in Tarquinium ipsum magis quam in Servium eos stimulabat, et quia gravior ultor caedis si superesset rex futurus erat quam privatus: tum Servio occiso quemcumque

3. *edidisse Prisci Tarquini domo:* PM.
4. *familiaritatem auctam:* cod. Rhen. — familiaritatem acta: P. familiaritate aucta: M Harl. I.
5. *ut in domo a paruo eductum:* PM cod. Rhen.
7. *serva natus.* — PM Harl. I.: *seruo natus.*
8. *duodequadragesimo:* P. duodequadragensimo: M.
13. *non modo uicinae:* PM Harl. I.] non modo civicae.
14. *inpensius is:* PM] impensius his.
18. *Seruius serua natus:* PM Harl. I.] servus serva natus.
19. *cum commune:* PM.
21. *set:* P m. 1. M m. 1.
22. *sed et iniuriae dolor:* PM.
24. *et quia:* PM] et [quia].

alium generum delegisset, eundem regni heredem facturus videbatur. ob haec ipsi regi insidiae parantur. ex pastoribus duo ferocissimi delecti ad facinus, quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis, in vestibulo regiae quam potuere tumultuosissime specie rixae in se omnes apparitores 5 regios convertunt: inde cum ambo regem appellarent clamorque eorum penitus in regiam pervenisset, vocati ad regem pergunt. primo uterque vociferari et certatim alter alteri obstrepere: coerciti ab lictore et iussi in vicem dicere tandem obloqui desistunt: unus rem ex conposito orditur. 10 dum intentus in eum se rex totus averteret, alter elatam securim in caput deiecit, relictoque in vulnere telo ambo se foras eiciunt.

XLI. Tarquinium moribundum cum qui circa erant excepissent, illos fugientes lictores conprehendunt. clamor 15 inde concursusque populi mirantium quid rei esset. Tanaquil inter tumultum claudi regiam iubet, arbitros eiecit: simul quae curando vulneri opus sunt, tamquam spes subesset, sedulo conparat, simul, si destituat spes, alia praesidia molitur. Servio propere accito cum paene exanguem virum 20 ostendisset, dexteram tenens orat ne inultam mortem soceri, ne socrum inimicis ludibrio esse sinat. „tuum est“ inquit, „Servi, si vir es, regnum, non eorum qui alienis manibus pessimum facinus fecere. erige te deosque duces sequere, qui clarum hoc fore caput divino quondam circum- 25 fuso igni portenderunt. nunc te illa caelestis excitet flamma,

1. *eundem:* M. — *et eundem:* P m. 1.
3. *quibus consueti erant uterque:* PM.
7. *vocati:* PM.
11. *dum intentus in eum se rex totus averteret:* PM Harl. I.] cum *cet.* (cf. 2, 47: dum . . tererent tempus.)
15. *conprehendunt:* P.
16. *mirantium.* — PM: mirandum quid rei esset (h. e. was vorgefallen wäre) — Harl. I. et Leid. I.: mirandum quid regi esset: [fortasse antiqua m. scriptum erat *mirantum*] cf. 2, 1.
17. *arbitros eiecit:* PM.
— *simul quae:* P m. 2. M. — P m. 1.: *simulq.* — num *simulque quae?*
20. *exanguem:* PM] exsanguem.
21. *dexteram:* P] dextram.

nunc expergiscere vere. et nos peregrini regnavimus, qui sis, non unde natus sis, reputa. si tua re subita consilia torpent, at tu mea consilia sequere." cum clamor impetusque multitudinis vix sustineri posset, ex superiore parte aedium per fenestras in novam viam versus — habitabat enim rex ad Iovis Statoris — populum Tanaquil adloquitur: iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito ictu, ferrum haut alte in corpus descendisse: iam ad se redisse: inspectum vulnus absterso cruore, omnia salubria esse: confidere prope diem ipsum eos visuros. interim Servio Tullio iubere populum dicto audientem esse: eum iura redditurum obiturumque alia regis munia esse. Servius cum trabea et lictoribus prodit, ac sede regia sedens alia decernit, de aliis consulturum se regem esse simulat: itaque per aliquot dies, cum iam exspirasset Tarquinius, celata morte, per speciem alienae fungendae vicis suas opes firmavit. tum demum palam factum: et conploratione in regia orta Servius praesidio firmo munitus primus iniussu populi voluntate patrum regnavit. Anci liberi iam tum conprensis sceleris ministris, ut vivere regem et tantas esse opes Servi nuntiatum est, Suessam Pometiam exulatum ierant.

XLII. Nec iam publicis magis consiliis Servius quam

1. *qui sis non unde natus sis reputa:* PM.
3. *at tu mea consilia sequere:* PM] at tu mea sequere.
5. *in novam viam versus:* PM] in novam viam versas. (cf. Kritz ad Sall. Cat. 56: „*in Galliam vorsus*".)
6. *populum Tanaquil adloquitur:* PM. *Tanaquil populum adloquitur:* Harl. 1.
9. *inspectum:* P. — M m. 1.: *inconspectum:* sed *con* erasum. — *absterso.* — P: abterso. M: abiterso: *n* supra *i* m. 2. additum.
12. *munia esse:* PM.
13. *ac sede regia sedens:* PM.
16. *tum demum palam factum:* PM] tum demum palam facto. — Harl. 1.: palam. factū.
19. *iam tum conprensis*] iam tum comprehensis. — P: iam tum conpressis. M Harl. 1.: iam tum cū conprensis.
20. *Serui:* PM] Servii.
21. *Suessam Pometiam.* — PM: sessam pometiam: sed 1, 53. etiam in PM *suessamq. pometiam.*

privatis munire opes: et ne qualis Anci liberum animus adversus Tarquinium fuerat, talis adversus se Tarquini liberum esset, duas filias iuvenibus regiis Lucio atque Arrunti Tarquinis iungit. nec rupit tamen fati necessitatem humanis consiliis, quin invidia regni etiam inter domesticos infida 5 omnia atque infesta faceret. peroportune ad praesentis quietem status bellum cum Veientibus — iam enim indutiae exierant — aliisque Etruscis sumptum. in eo bello et virtus et fortuna enituit Tulli: fusoque ingenti hostium exercitu haut dubius rex, seu patrum seu plebis animos peri- 10 clitaretur, Romam rediit. adgrediturque inde ad pacis longe maximum opus, ut quem ad modum Numa divini auctor iuris fuisset, ita Servium conditorem omnis in civitate discriminis ordinumque, quibus inter gradus dignitatis fortunaeque aliquid interlucet, posteri fama ferrent. censum enim 15 instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim ut ante, sed pro habitu pecuniarum fierent. tum classes centuriasque et hunc ordinem ex censu descripsit vel paci decorum vel bello.

XLIII. Ex his qui centum milium aeris aut maiorem 20 censum haberent, octoginta confecit centurias, quadragenas seniorum ac iuniorum. prima classis omnes appellati: seniores ad urbis custodiam ut praesto essent, iuvenes ut foris

1. *privatis munire opes:* P m. 2. M. — P m. 1.: priuatus muniri opus.
2. *Tarquini:* PM] Tarquinii.
3. *Arrunti Tarquinis:* P] Arunti Tarquiniis. — M: Arrunti Tarquiniis: (cf. 1, 34).
5. *quin inuidia:* P in marg. — P: qui cum inuidia. M: qui cum in inuidia.
6. *peroportune:* PM] peropportune.
9. *enituit Tulli:* PM] enituit Tullii.
10. *animos:* M m. 1. P. — M m. 2.: *animus.*
11. *inde ad pacis:* PM.
17. *pacisque munia non viritim:* P m. 2. Mk — P m. 1.: pacisque numia non uirtutim.
20. *ex his qui centum milium:* PM] ex iis qui centum millium.
— *aut:* M. haut: P.
22. *prima classis omnes:* Haverc. — P m. 1.: primo classis omnes. m. 2.: omnis. M: primo classis oms: h. e. omnes.

bella gererent. arma his imperata galea clipeum ocreae lorica, omnia ex aere: haec ut tegumenta corporis essent: tela in hostem hastaque et gladius. additae huic classi duae fabrum centuriae, quae sine armis stipendia facerent. datum
5 munus ut machinas in bello ferrent. secunda classis intra centum usque ad quinque et septuaginta milium censum instituta: et ex iis — senioribus iunioribusque — viginti conscriptae centuriae: arma imperata scutum pro clipeo, et praeter loricam omnia eadem. tertiae classis in quinquaginta
10 milium censum esse voluit. totidem centuriae et haec eodemque discrimine aetatium factae, nec de armis quicquam mutatum, ocreae tantum ademptae. in quarta classe census quinque et viginti milium, totidem centuriae factae. arma mutata: nihil praeter hastam et verrutum datur. quinta clas-
15 sis aucta, centuriae triginta factae: fundas lapidesque missiles hi secum gerebant. in his accensi, cornicines tubicinesque, in tres centurias distributi. undecim milibus haec classis censebatur. hoc minor census reliquam multitudinem habuit. inde una centuria facta est immunis militia. ita pede-
20 stri exercitu ornato distributoque equitum ex primoribus civitatis duodecim scripsit centurias. sex item alias centu-

1. *clipeum:* PM.
3. *hastaque et gladius:* PM. (cf. 2, 5: vultusque et os eius. *al.*)
5. *ferrent:* PM. [itaq. sine armis erant.]
— *intra:* PM. — Harl. 1.: inter.
6. *quinque et lxx milium:* PM.
7. *et ex iis:* PM] et ex his.
9. *tertiae classis:* M m. 2. — M m. 1. P: *tertia classis in l milium censum esse uoluit.* [quem ad modum 1, 38. v. 27. *e* ante *c* a librariis additum erat, sic hoc loco eadem littera neglecta est. — *tertiae classis* scil. *cives.*]
10. *et haec:* PM] et hae. (cf. 1, 30: *haec* causae.)
11. *aetatium:* PM.
12. *in quarta classe:* P. — M: in quarte classe: h. e. *inquartaeclasse.*
13. *milium:* PM] millium.
14. *mutata:* M m. 2. P. — muta: M m. 1.
— *verrutum:* PM Harl. 1.] verutum.
— *datur:* M] datum.
— *quinta classis aucta:* M. quinta classis: P.
16. *in his:* PM.
— *tubicinesq.:* M m. 2. — P: tibicinesq. M m. 1.: tobicinesq.
17. *milibus:* PM] millibus.
18. *hoc minor census:* PM.

s — tribus ab Romulo institutis — sub isdem quibus
ıuguratae erant nominibus fecit. ad equos emendos dena
lia aeris ex publico data, et quibus equos alerent, viduae
ltributae quae bina milia aeris in annos singulos pende-
ent. haec omnia in dites a pauperibus inclinata onera. de- 5
ıde est honos additus. non enim ut ab Romulo traditum
:teri servarant reges, viritim suffragium eadem vi eodem-
ıe iure promisce omnibus datum est, sed gradus facti, ut
ɔque exclusus quisquam suffragio videretur et vis omnis
ɛnes primores civitatis esset. equites enim vocabantur primi: 10
ctoginta inde primae classis centuriae primum peditum vo-
abantur: ibi si variaret, quod raro incidebat, ut secundae
lassis vocarentur, nec fere umquam infra ita descenderent
ıt ad infimos pervenirent. nec mirari oportet hunc ordinem,
ɟui nunc post expletas quinque et triginta tribus duplicato 15
:arum numero centuriis iuniorum seniorumque est, ad insti-
tutam ab Servio Tullio summam non convenire. quadrifa-

1. *sub isdem*] sub iisdem. — PM: sub *hisdem*.
3. *milia:* PM] millia.
— *et quibus:* M. aequibus: P. (*quibus* referendum est ad *bina milia aeris.*)
5. *in dites:* M. *in dies:* P.
7. *servarant:* P m. 1.] servaverant.
— *viritim:* M P m. 2. *uiritum:* P m. 1.
8. *promisce:* PM] promiscue.
9. *et uis:* P. et uix: M.
11. *octoginta inde primae classis centuriae primum peditum vocabantur:* PM Harl. 1.] octoginta inde primae classis centuriae. (de repetito verbo *vocabantur* cf. Drakenb. 1,3: „*in eo colle*". *primum* = *primorum*, ut 1, 30: *patrum nostrum.* 1, 42: *liberum.* 1, 43: *fabrum.* 29, 14. ex Put. Colb. Bamb.: *virum bonum optimum esse:* h. e. virorum bonorum: al.)
13. *classis.* — PM Harl. 1.: *classes.*
15. *qui nunc post expletos quinque et triginta tribus duplicato earum numero centuriis iuniorum seniorumque est:* ex coni. m.] qui nunc est post ... seniorumque. — P: qui nunc est post expletas quinque ut triginta tribus duplicato earum numero centuriis iuniorum seniorumque *se.* M: *qui nunc post . . seniorumque se.* — (Etiam Drakenb. in quibusdam codd. hoc *se* vel *s* vel *sed* repperit).
17. *quadrifariam:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: quadrifi-

riam enim urbe divisa regionibusque collibus qui habitabantur, partes eas tribus appellavit, ut ego arbitror a tributo, nam eius quoque aequaliter ex censu conferendi ab eodem inita ratio est. neque eae tribus ad centuriarum distributio-
5 nem numerumque quicquam pertinuere.

XLIV. Censu perfecto, quem maturaverat metu legis de incensis latae cum vinculorum minis mortisque, edixit ut omnes cives Romani — equites peditesque — in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. ibi
10 instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit, idque conditum lustrum appellatum, quia in censendo finis factus est. milia octoginta eo lustro civium censa dicuntur. adicit scriptorum antiquissimus Fabius Pictor, eorum qui arma ferre possent eum numerum fuisse. ad eam multitudinem
15 urbs quoque amplificanda visa est: addit duos colles Quirinalem Viminalemque: inde deinceps auget Esquilias, ibique ipse ut loco dignitas fieret habitat. aggere et fossis et muro circumdat urbem. ita pomerium profert. pomerium

cariam. M m. 1.: quadrifiariam.

1. *urbe diuisa regionibusque collibus qui habitabantur, partes eas tribus appellavit:* PM] urbe divisa regionibus collibusque, quae habitabantur, partes eas tribus appellavit. — (Urbs enim est divisa h. e. *regiones* vel *partes* urbis sunt determinatae quattuor illis collibus qui habitabantur [1, 33.]: interdum enim ut hoc loco *regio* idem quod *pars* apud Livium significare, 1, 18. 45, 29: al. videre licet.) In M est *abitabantur*, et m. 1.: *regionibusquae*, m. 2.: *regionibusque*.

2. *a tributo*; M] ab tributo.

4. *eae tribus:* PM] hae tribus.

6. *quem maturaverat:* P m. 2. — P m. 1.: quem matura erat. M: quemaurauerat.

— *legis de incensis latae:* PM.

10. *suouetaurilibus:* P m. 1. — P m. 2. M m. 2.: sueouetaurilibus. M m. 1.: suaeouetaurilibus. cf. 8, 10.

11. *in censendo finis:* PM Harl. I.] is censendo finis.

12. *milia* LXXX: PM.

13. *qui arma ferre possent:* PM.

16. *auget Esquilias:* PM Harl. I.] auget Esquiliis. (In Esq. enim iam antea habitatum erat.)

18. *pomerium profert:* P] pomoerium profert. cf. 1, 26. — P: *iter* pro *ita:* sed *ita* in Harl. I. — M: *circumdat urbē. pomeriū. uerbi uim:* media verba exciderunt.

verbi vim solam intuentes postmerium interpretantur esse. est autem magis circa moerum locus, quem in condendis urbibus quondam Etrusci qua murum ducturi erant certis circa terminis inaugurato consecrabant, ut neque interiore parte aedificia moenibus continuarentur, quae nunc 5 vulgo etiam coniungunt, et extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. hoc spatium, quod neque habitari neque arari fas erat, non magis quod post murum esset quam quod murus post id, pomerium Romani appellarunt. et in urbis incremento semper, quantum moenia processura 10 erant, tantum termini hi consecrati proferebantur.

XLV. Aucta civitate magnitudine urbis formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus, ne semper armis opes adquirerentur, consilio augere imperium conatus est simul et aliquod addere urbi decus. iam tum erat inclytum 15 Dianae Ephesiae fanum. id communiter a civitatibus Asiae factum fama ferebat. eum consensum deosque consociatos laudare mire Servius inter proceres Latinorum, cum quibus puplice privatimque hospitia amicitiasque de industria iunxerat. saepe iterando eadem perpulit tandem ut Romae fa- 20 num Dianae populi Latini cum populo Romano facerent. ea erat confessio caput rerum Romam esse, de quo totiens ar-

1. *postmerium:* PM Harl. I.] post murum.
2. *circa moerum:* ex coni. m.] circa murum. — P: *circa moerim:* (in quo libro et alias litterae *u* et *i* commutatae sunt). M: *circa moerium.* (cf. Virg. Aen. 10, 24. Lucret. 4, 221: ibique interpretes.)
3. *qua murum:* M. — P: quam murum.
5. *continuarentur:* P m. 2. M. — P m. 1.: *continuerentur.*
9. *pomerium:* PM] pomoerium.
12. *aucta ciuitate:* P. — M: auta ciuitate.
13. *et ad belli et ad pacis:* M Harl. I. *et ad belli et pacis:* P.
15. *iam tum:* P in margine. — M: tantum. P: decuis uel tam tum erat inclitum dianeae ephesiae.
— *inclytum:* M] inclitum.
16. *Asiae:* M. asaie: P.
17. *eum consensum deosque consociatos laudare:* M] cum consensum .. laudaret. — *laudare* etiam in P et Harl. I.
19. *puplice:* P] publice.
22. *totiens:* PM] toties.

mis certatum fuerat. id quamquam omissum iam ex on
cura Latinorum ob rem totiens infeliciter temptatam
videbatur, uni se ex Sabinis fors dare visa est privat
silio imperii recuperandi. bos in Sabinis nata cuidam
5 familiae dicitur miranda magnitudine ac specie. fixa pe
tas aetates cornua in vestibulo templi Dianae monum
ei fuere miraculo. habita ut erat res prodigii loco e
cecinere vates, cuius civitatis eam cives Dianae immola
ibi fore imperium: idque carmen pervenerat ad ante
10 fani Dianae. Sabinusque, ut prima apta dies sacrificic
est, bovem Romam actam deducit ad fanum Dianae e
aram statuit. ibi antistes Romanus, cum eum magnitu
ctumae eccelebrata fama movisset, memor responsi Sa
ita adloquitur: „quidnam tu hospes paras“ inquit „i
15 sacrificium Dianae facere? quin tu ante vivo perfunde
mine? infima valle praefluit Tyberis.“ religione tactu
spes, qui omnia ut prodigio responderet eventus cuper
facta, extemplo descendit ad Tyberim. inter ea Ro
immolat Dianae bovem. id mire gratum regi atque civita
20 XLVI. Servius quamquam iam usu haut dubiu
gnum possederat, tamen quia interdum iactari voces
vene Tarquinio audiebat se iniussu populi regnáre,
liata prius voluntate plebis agro capto ex hostibus
diviso ausus est ferre ad populum, vellent iuberent
25 regnare: tantoque consensu quanto haud quisquam
ante rex est declaratus. neque ea res Tarquinio spen

8. *ciues:* M Harl. I.] civis.
— *immolassent:* PM] immolasset.
9. *antestitem:* P] antistitem.
10. *Sabinusque ut prima:* PM Harl. I.] Sabinus ut prima. — PM m. 1.: sabinusquae.
12. *victumae:* PM m. 1.] victimae: (M m. 2.).
13. *eccelebrata:* P] celebrata.
14. *paras:* P. pararas: M.
15. *perfunderis:* P. *pfuderis:* M.
16. *praefluit:* PM.
— *Tyberis .. Tyberim:* M beris .. Tiberim.
18. *extemplo:* ex coni. m.] ex
20. *dubium:* P. — M: *du* sed *m* erasum.
21. *a iuvene:* PM] ab iuv
23. *plebis agro capto:* P. sacro capto: M.
26. *rex est declaratus:* M est declaratus est: P. s terum *est* expunctum.

ctandi regni diminuit: immo eo inpensius, quia de agro lebis adversa patrum voluntate senserat agi, criminandi Serii apud patres crescendique in curia sibi occasionem datam atus est — et ipse iuvenis ardentis animi et domi uxore Tullia inquietum animum stimulante. tulit enim et Romana 5 regia sceleris tragici exemplum, ut taedio regum maturior veniret libertas ultimumque regnum esset quod scelere parum foret. hic L. Tarquinius — Prisci Tarquini regis filius neposne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium ediderim — fratrem habuerat Arruntem Tarquinium 10 mitis ingenii iuvenem. his duobus, ut ante dictum est, duae Tulliae regis filiae nupserant et ipsae longe dispares morius. forte ita inciderat ne duo violenta ingenia matrimonio ingerentur, fortuna credo populi Romani, quo diuturnius servi regnum esset constituique civitatis mores possent. an- 15 ebatur ferox Tullia nihil materiae in viro neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse. tota in alterum adversa Tarquinium eum mirari, eum virum dicere ac regio sanguine ortum, spernere sororem, quod virum nacta muliebri cessaret audacia. contrahit celeriter similitudo eos, ut fere 20 it malum malo aptissimum. sed initium turbandi omnia a emina ortum est. ea secretis viri alieni adsuefacta sermonius nullis verborum contumeliis parcere de viro ad fratrem, de sorore ad virum: et se rectius viduam et illum caelibem futurum fuisse contendere quam cum inpari iungi, ut elan- 25

1. *diminuit:* P Harl. 1.] minuit.
2. *aduersa patrum uoluntate:* M. aduersa patrum uoluntatem: P.
8. *Tarquini regis filius neposne:* PM] Tarquinii *cet.*
10. *Arruntem:* Harl. 1.] Aruntem. cf. 1, 34. — P m. 1.: arrumtem. m. 2.: arruntem. M: arrū | tem.
15. *Servi:* PM] Servii. — P m. 1.: constituitque.
16. *nihil materiae in viro:* PM. nihil materiae uiro: Harl. 1.
17. *adversa:* M Harl. 1.] versa. — [aduersa: hingewandt.] Haverc.: *auersa.*
18. *ac regio:* P m. 2. — P m. 1.: dicere ea gregio sanguine. M m. 1.: dicere agregio sanguine. m. 2.: egregio.
25. *ut elanguescendum aliena ignavia esset:* M. *ut..esse:* P Harl. 1.

guescendum aliena ignavia esset. si sibi eum quo digna esset dii dedissent virum, domi se prope diem visuram regnum fuisse, quod apud patrem videat. celeriter adulescentem suae temeritatis implet. Lucius Tarquinius et Tullia
5 minor prope continuatis funeribus cum domos vacuas novo matrimonio fecissent, iunguntur nuptis magis non prohibente Servio quam adprobante.

XLVII. Tum vero in dies infestior Tulli senectus, infestius coepit regnum esse. iam enim ab scelere ad aliud
10 spectare mulier scelus. nec nocte nec interdiu virum conquiescere pati, ne gratuita praeterita parricidia essent. non sibi defuisse cui innupta diceretur, nec cum quo tacita serviret: defuisse qui se regno dignum putaret, qui meminisset se esse Prisci Tarquini filium, qui habere quam speraret
15 regnum mallet. „si tu is es cui nuptam esse me arbitrer et virum et regem appello: sin minus, eo nunc peius mutata res est, quod istic cum ignavia est scelus. quin accingeris? non tibi ab Corintho nec ab Tarquinis ut patri tuo peregrina regna moliri necesse est: di te penates patriique
20 et patris imago et domus regia et in domo regale solium

1. *digna esset:* M m. 2. — M m. 1. P: digna essent.
2. *domi se:* M. domi: P.
3. *adulescentem:* PM] adol.
4. *implet:* P in marg. M. — *impleat:* P.
— *Lucius Tarquinius:* Voss. II. — PM: *arruns tarquinius.*
6. *nuptis:* M] nuptiis.
8. *Tulli:* PM] Tullii.
— *infestius coepit regnum esse:* PM. *infestius regnum coepit esse:* Harl. I.
9. *ab scelere ad aliud spectare:* P m. 2. M. — P m. 1.: *ab scelere aliud exspectare.*
12. *cui innupta diceretur:* P cod. Rhen.] cui nupta diceretur.
12. *serviret:* M m. 2. P. seruiret M m. 1. — P: defuisset qui se
13. *qui meminisset:* M. — P m. 1: qui | qui meminisset. m. 2: qui | que meminisset.
14. *Tarquini:* PM] Tarquinii.
16. *eo nunc:* PM. — Harl. I.: *eo et nunc.* (num *et eo nunc?*)
— *mutata res est:* PM.
17. *quin accingeris?* — P: qui non accingeris. M: qui accingeris.
18. *ab Corintho.* — P: ab chorintho. M: ab chorinthus.
— *Tarquinis:* PM] Tarquiniis.
19. *di te:* M] dii te.

t nomen Tarquinium creat vocatque regem. aut si ad haec
arum est animi — quid frustraris civitatem? quid te ut
egium iuvenem conspici sinis? facesse hinc Tarquinios aut
Corinthum, devolvere retro ad stirpem, fratris similior quam
patris.“ his aliisque increpando iuvenem instigat, nec con- 5
quiescere ipsa potest, si cum Tanaquil peregrina mulier tan-
tum moliri potuisset animo, ut duo continua regna viro ac
deinceps genero dedisset, ipsa regio semine orta nullum mo-
mentum in dando adimendoque regno faceret. his muliebri-
bus instinctus furiis Tarquinius circumire et prensare mino- 10
rum maxime gentium patres: admonere paterni beneficii ac
pro eo gratiam reppetere: allicere donis iuvenes: cum de
se ingentia pollicendo tum regis criminibus omnibus locis
crescere. postremo ut iam agendae rei tempus visum est,
stipatus agmine armatorum in forum inrupit: inde omnibus 15
perculsis pavore in regia sede pro curia sedens patres in
curiam per praeconem ad regem Tarquinium citari iussit.
convenere extemplo, alii iam ante ad hoc praeparati, alii
metu ne non venisse fraudi esset, novitate ac miraculo at-
toniti et iam de Servio actum rati. ibi Tarquinius maledi- 20
cta ab stirpe ultima orsus, servum servaque natum post
mortem indignam parentis sui, non interregno ut antea inito,
non comitiis habitis, non per suffragium populi, non aucto-
ribus patribus — muliebri dono regnum occupasse: ita na-
tum ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum 25

3. *conspici sinis:* M m. 1. P m. 2. — M m. 2: conspici sinhis. P m. 1.: conspicis in his.
4. *fratris similior quam patris*] fratri similior quam patri. — M m. 1.: frīsimilior quam patris. m. 2.: frīsimilior quam patri: (P). cf. Livi l. XXX. p. XXIV. §. II.
5. *his aliisque.* — PM: hiis aliisque.
8. *nullum momentum.* — PM: nullum monumentum.
10. *prensare:* PM.
12. *reppetere:* P.
— *cum de se:* PM Harl. 1.] tum de se.
16. *perculsis:* M m. 2. P. — M m. 1: preculsis.
18. *alii iam:* M. *aliiam:* P.
20. *et iam.* — PM: *etiam.*
22. *ut antea:* M. *ut ante:* P. in P excidit etiam *habitis.*
24. *muliebri dono:* PM.

ex quo ipse sit, odio alienae honestatis ereptum prim agrum sordidissimo cuique divisisse: omnia onera, communia quondam fuerint, inclinasse in primores civ instituisse censum, ut insignis ad invidiam locupletiorum
5 tuna esset et parata, unde ubi vellet egentissimis larg

XLVIII. Huic orationi Servius cum intervenisse pido nuntio excitatus, extemplo a vestibulo curiae i voce „quid hoc“ inquit, „Tarquini, rei est? qua tu cia me vivo vocare ausus es patres aut in sede con
10 mea?“ cum ille ferociter ad haec, se patris sui tene dem, multo quam servum potiorem filium regis regni dem, satis illum diu per licentiam eludentem insultas minis: clamor ab utriusque fautoribus oritur: et con populi fiebat in curiam apparebatque regnaturum qui
15 set. tum Tarquinius — necessitate iam etiam ipsa c ultima audere — multo et aetate et viribus validic dium arripit Servium elatumque e curia in inferiorem tem per gradus deiecit. inde ad cogendum senatum riam rediit. fit fuga regis apparitorum atque comitum

5. *et parata unde ubi uellet:* M. et parata ubi uellet: P.
6. *huic orationi:* P m. 2. M. horationi: P m. 1.
9. *considere:* P m. 2. M. consedere: P m. 1.
15. *necessitate iam etiam ipsa cogente:* PM cod. Rhen.] necessitate iam ipsa cogente.
17. *partem:* P m. 2. M. *partim:* P m. 1.
18. *deiecit:* PM Harl. 1.] deiicit. — P: pergradum.
19. *rediit:* PM Harl. 1.] redit.
— *ipse prope exanguis cum sine regio comitatu domum se reciperet, ab his qui:* ex coni. m.] ipse prope exsanguis ab iis qui. — PM: ipse prope exanguis cum s mis (P m. 1.: semi regio comitatu domum ciperet (M m. 1.: re peruenissetq. ad sum primum (P m. 2.: s cyprium) uicum ab — (*Sine* abesse non cum quod priores inte luerant, *semianimi* v *me regio comitatu* fe non esset, quippe qui comitatus fuga dissipa ceretur. idem *sine* an derit fingendae vocis *nimis.* sed quod „*peruenissetq. ad su cypr. uicum*“ a dili quodam librario, cui

rope exanguis cum sine regio comitatu domum se recipe-
et, ab his qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant
nterficitur. creditur, quia non abhorret a cetero scelere, ad-
monitu Tulliae id factum. carpento certe — id quod satis
constat — in forum invecta nec reverita coetum virorum 5
evocavit virum e curia regemque prima appellavit. a quo
facessere iussa ex tanto tumultu cum se domum reciperet
pervenissetque ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium
super fuit, flectenti carpentum dextra in Urbium clivum, ut
in collem Exquiliarium eveheretur, restitit pavidus atque in- 10
hibuit frenos is qui iumenta agebat, iacentemque dominae
Servium trucidatum ostendit. foedum inhumanumque inde
traditur scelus monumentoque locus est — Sceleratum vi-
cum vocant — quo amens agitantibus furiis sororis ac viri
Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur, partemque 15
sanguinis ac caedis paternae cruento vehiculo contaminata
ipsa respersaque tulisse ad penates suos virique sui, quibus
iratis malo regni principio similes prope diem exitus seque-
rentur. Servius Tullius regnavit annos quattuor et quadra-
ginta ita ut bono etiam moderatoque succedenti regi diffi- 20
cilis aemulatio esset. ceterum id quoque ad gloriam acces-
sit quod cum illo simul iusta ac legitima regna occiderunt.
id ipsum tam mite ac tam moderatum imperium tamen

tudo verborum „*cum domum se reciperet*“ persuasit, etiam illud alterum negligendum non esse, ex loco paulo post sequente additum videri potest. sic ex. c. 5, 51. in Leid. I. aliosque codd. irrepsit integer versus, cuius iustus locus demum 5, 52. erat.)

8. *ad summum Cyprium uicum:* PM.
9. *flectenti:* PM Harl. I.
— *in Urbium cliuum:* PM Harl. I.
— M: cliuū et in c.
10. *Exquiliarium:* M m. 1.] Esquiliarium: (M m. 2. P). cf. Varro, 5, 49. 50.
10. *restitit pauidus:* PM.
13. *locus est — sceleratum:* PM Harl. I.
17. *tulisse:* M m. 2. tulisset: M m. 1. P.
18. *prope diem:* M. propedie: P.
19. *annos* IIII *et* XL: P. annos IIII et LX: M.
23. *tam mite ac tam moderatum imperium tamen quia unius esset:* M. *tam mite quia unius est:* P. sed in margine *esset*, et quae exciderant.

quia unius esset deponere eum in animo habuisse quidam auctores sunt, ni scelus intestinum liberandae patriae consilia agitanti intervenisset.

XLIX. Inde L. Tarquinius regnare occepit, cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia socerum gener sepultura prohibuit Romulum quoque insepultum perisse dictitans, primoresque patrum, quos Servi rebus favisse credebat, interfecit. conscius deinde male quaerendi regni ab se ipso adversus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsaepsit. neque enim ad ius regni quicquam praeter vim habebat, ut qui neque populi iussu neque auctoribus patribus regnaret. eo accedebat ut in caritate civium nihil spei reponenti metu regnum tutandum esset. quem ut pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine consiliis per se solus exercebat, perque eam causam occidere, in exilium agere, bonis multare poterat non suspectos modo aut invisos, sed unde nihil aliud quam praedam sperare posset. praecipue ita patrum numero inminuto statuit nullos in patres legere, quo contemptior paucitate ipsa ordo esset minusque per se nihil agi indignarentur. hic enim regum primus traditum a prioribus morem de omnibus senatum consulendi solvit, domesticis consiliis rem publicam administravit: bellum pacem foedera societates per se ipse cum quibus voluit iniussu populi ac senatus fecit diremitque Latinorum sibi maxime gentem conciliabat, ut peregrini

3. *agitanti.* — PM: agitandi.
4. *occepit:* P in marg. M. accepit: P.
5. *gener sepultura:* P. genere | sepultura: M.
7. *primoresque patrum:* M cod. Rhen.] primores patrum.
— *Serui:* M m. 1.] Servii.
10. *circumsaepsit:* PM] circumsepsit.
— *neque enim ad ius regni quicquam praeter uim habebat:* M. *neque enim* | *quicquam praeter uim habebat* P.
16. *multare:* M m. 1. P. mulctare: M m. 2.
18. *praecipue ita patrum numero inminuto:* PM cod. Rhen. ita patrum praecipue numero imminuto.
21. *primus traditum.* — primus ut traditur: PM Harl. 1. (cf. Livi l. XLIII. §. III.)
23. *foedera:* M m. 2. P. — M m. 1.: foedare *vel* foedaret.

quoque opibus tutior inter cives esset, neque hospitia modo cum primoribus eorum sed adfinitates quoque iungebat. Octavio Mamilio Tusculano — is longe princeps Latini nominis erat, si famae credimus, ab Ulixe deaque Circa oriundus — ei Mamilio filiam nuptum dat, perque eas nuptias 5 multos sibi cognatos amicosque eius conciliat.

L. Iam magna Tarquini auctoritas inter Latinorum proceres erat, cum in diem certam ut ad lucum Ferentinae conveniant indicit esse quae agere de rebus communibus velit. conveniunt frequentes prima luce. ipse Tarquinius 10 diem quidem servavit sed paulo ante quam sol occideret venit. multa ibi toto die in concilio variis iactata sermonibus erant. Turnus Herdonius ab Aricia ferociter in absentem Tarquinium erat invectus. haud mirum esse Superbo ei inditum Romae cognomen: — iam enim ita clam qui- 15 dem mussitantes, volgo tamen eum appellabant: — an quicquam superbius esse quam ludificari sic omne nomen Latinum? principibus longe a domo excitis ipsum qui concilium indixerit non adesse. temptari profecto patientiam, ut si iugum acceperint, obnoxios premat. cui enim non appa- 20 rere adfectare eum imperium in Latinos? quod si sui bene crediderint cives aut si creditum illud et non raptum parri-

4. *ab Ulixe deaque Circa:* PM.
5. *nuptum dat:* M. nuptam dat: P. — *perque eas nuptias:* M m. 2. per quem eas nuptias: M m. 1. per quem et nuptias: P.
7. *Tarquini:* PM] Tarquinii.
9. *conueniant:* M m. 2. conueniat: M m. 1. P.
12. *toto die:* P Harl. 1.] tota die.
14. *Superbo ei inditum Romae cogn.:* cod. Rhen.] Superbo inditum *cet.* — In M erat aut „superbo inditum rom*enei cog*nomen uel iā | enim“: aut „superbo inditum rom*anis cog*nomen uel iā | enim:“ — utrumque enim in loco raso videri poterat m. 1. scriptum fuisse. etiam *uel* erasum est.
15. *clam quidem mussitantes:* M m. 2. P. clam quidem musitantes: M m. 1.
16. *uolgo:* P] vulgo.
18. *a domo:* M] ab domo. — In M exciderat *principibus*, sed m. 2. in marg. additum est.
20. *cui enim non apparere:* M m. 1. P. cui enim non appareret: M m. 2.
22. *et non:* P m. 2. M. aut non: P m. 1.

cidio sit, credere et Latinos — quamquam ne sic quidem alienigenae — debere. sin suos eius paeniteat, quippe qui alii super alios trucidentur, exulatum eant, amittant bona — quid spei melioris Latinis portendi? si se audiant, domum suam quemque inde abituros neque magis observaturos diem concilii quam ipse qui indixerit observet. haec atque alia eodem pertinentia seditiosus facinerosusque homo isque artibus opes domi nactus cum maxime dissereret, intervenit Tarquinius. is finis orationi fuit. aversi omnes ad Tarquinium salutandum: qui silentio facto monitus a proximis ut purgaret se quod id temporis venisset, disceptatorem ait se sumptum inter patrem et filium cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse: et quia ea res exemisset illum diem, postero die acturum quae constituisset. ne id quidem ab Turno tulisse tacitum ferunt. dixisse enim nullam breviorem esse cognitionem quam inter patrem et filium paucisque transigi verbis posse: ni pareat patri, habiturum infortunium esse.

LI. Haec Aricinus in regem Romanum increpans ex concilio abiit. quam rem Tarquinius aliquanto quam videbatur aegrius ferens confestim Turno necem machinatur, ut eundem terrorem quo civium animos domi oppresserat Latinis iniceret. et quia pro imperio palam interfici non poterat, oblato falso crimine insontem oppressit. per adversae

1. *ne sic quidem:* P. ne sic quidā: M.
2. *debere:* M. *deberet:* P.
— *sin suos.* — PM: *si in suos.* cf. v. 6.
3. *amittant bona:* M] bona amittant.
5. *abituros.* — PM m. 1.: *h*abituros.
6. *qui indixerit:* P m. 2. quindixerit: P m. 1. qui dixerit: M.
7. *facinerosusque:* P] facinorosusque.
7. *isque artibus:* P] hisque artibus. — M: *h*iisque artibus.
8. *dissereret:* P. *disereret:* M.
10. *monitus:* P. munitus: M.
11. *uenisset:* P. — M m. 1.: funisset. m. 2.: fuisset.
14. *ab Turno tulisse tacitum ferunt:* P (nisi quod *tullisse*). ab turno tulisset acitum ferunt: M.
17. *posse ni:* M. postseni: P.
19. *Aricinus:* M. aricinius: P m. 1.
20. *abiit:* PM m. 2. *h*abiit: M m. 1.

actionis quosdam Aricinos servum Turni auro corrupit, in deversorium eius vim magnam gladiorum inferri clam sineret. ea cum una nocte perfecta essent, Tarquinius paulo ante lucem accitis ad se principibus Latinorum quasi re nova perturbatus moram suam hesternam velut deorum quadam providentia inlatam ait saluti sibi atque illis fuisse. ab Turno dici sibi et primoribus populorum parari necem, ut Latinorum solus imperium teneat: adgressurum fuisse hesterno die in concilio: dilatam rem esse, quod auctor concilii afuerit quem maxime peteret. inde illam absentis insectationem esse natam, quod morando spem destituerit. non dubitare, si vera deferantur, quin prima luce, ubi ventum in concilium sit, instructus cum coniuratorum manu armatusque venturus sit. dici gladiorum ingentem esse numerum ad eum convectum. id vanum necne sit, extemplo sciri posse. rogare eos ut inde secum ad Turnum veniant. suspectam fecit rem et ingenium Turni ferox et oratio hesterna et mora Tarquinii, quod videbatur ob eam differri caedis potuisse. eunt inclinatis quidem ad credendum animis, tamen nisi gladiis deprehensis cetera vana existimaturi. ubi est eo ventum, Turnum ex somno excitatum circumsistunt custodes: comprehensisque servis qui caritate domini eum parabant, cum gladii abditi ex omnibus locis deverticuli protraherentur, enim vero manifesta res visa iniectae-

1. *seruum:* PM m. 1. *seruos:* M m. 2.
— *corrupit in deuersorium:* PM] corrupit ut in deversorium. — *ut* abest etiam in Harl. 1. et in cod. Rhen. — P: *diuers.*
2. *sineret:* PM m. 1. sinerēt: M m. 2.
4. *accitis ad se:* PM.
9. *concilii afuerit:* PM m. 1. *concili abfuerit:* M m. 2.
0. *quem maxime:* PM.
1. *spem destituerit:* PM.
14. *ingentem esse numerum:* PM Harl. 1.] ingentum numerum esse.
15. *uanum:* PM.
16. *secum:* PM m. 2. *secundum:* M m. 1.
19. *caedis:* P] caedes.
20. *existimaturi:* P. — M m. 1: existimatur. m. 2: existimantur.
22. *conpraehensisque:* P.
23. *deuerticuli:* PM.
24. *enim uero:* PM.

que Turno catenae. et confestim Latinorum concilium
gno cum tumultu advocatur. ibi tam atrox invidia orta
gladiis in medio positis, ut indicta causa novo genere
deiectus ad caput aquae Ferentinae crate superne imi
5 saxisque congestis mergeretur.

LII. Revocatis deinde ad concilium Latinis Tarqui
conlaudatisque qui Turnum novantem res pro manif
parricidio merita poena adfecissent, ita verba fecit: p
quidem se vetusto iure agere, quod cum omnes Latini
10 Alba oriundi sint, in eo foedere teneantur quo ab Tullo
omnis Albana cum colonis suis in Romanum cesserit in
rium. ceterum se utilitatis id magis omnium causa cen
ut renovetur id foedus, secundaque potius fortuna po
Romani ut participes Latini fruantur, quam urbium exc
15 vastationesque agrorum, quas Anco prius patre deinde
regnante perpessi sint, semper aut expectent aut patian
haut difficulter persuasum Latinis, quamquam in eo foe
superior Romana res erat. ceterum et capita nominis La
stare ac sentire cum rege videbant, et Turnus sui cui
20 periculi si adversatus esset recens erat documentum. ita
novatum foedus indictumque iunioribus Latinorum ut
foedere die certa ad lucum Ferentinae armati frequentes
essent. qui ubi ad edictum Romani regis ex omnibus
pulis convenere, ne ducem suum neve secretum imper
25 propriave signa haberent, miscuit manipulos ex Latinis
manisque, ut ex is binis singulos faceret binosque ex
gulis. ita geminatis manipulis centuriones inposuit.

2. *tumultu:* P m. 2. M. *tumulto:* P m. 1.
4. *deiectus.* — P m. 1. M: *delectus.*
— *crate.* — P m. 1. M: *grate.*
7. *conlaudatisq.:* M. conlaudantisq.: P m. 1.
10. *in eo foedere:* PM.
— *quo ab Tullo.* — PM: quod ab t.
13. *potius:* P in marg. M m. 2. *postius:* PM m. 1.
16. *perpessi sint:* PM m *ppessint:* M m. 1.
19. *uidebant:* PM.
— *et Turnus:* P. — *turn* in M demum m. 2. addit
20. *documentum:* M. docoi P m. 1.
23. *ad edictum:* PM m. 2. *dictum:* M m. 1.
26. *ex is* (h.e. iis) *bĩnis:* P] ex b

LIII. Nec ut iniustus in pace rex ita dux belli pravus fuit: quin ea arte aequasset superiores reges, ni degeneratum in aliis huic quoque decori offecisset. is primus Volscis bellum in ducentos amplius post suam aetatem annos movit Suessamque Pometiam ex his vi cepit. ubi cum divendita praeda quadraginta talenta argenti refecisset, concepit animo eam amplitudinem Iovis templi, quae digna deum hominumque rege, quae Romano imperio, quae ipsius etiam loci maiestate esset. captivam pecuniam in aedificationem eius templi seposuit. Excepit deinde eum lentius spe bellum, quo Gabios propinquam urbem nequiquam vi adortus, cum obsidendi quoque urbem spes pulso a moenibus adempta esset, postremo minime arte Romana — fraude ac dolo adgressus est. nam cum velut posito bello fundamentis templi faciendis aliisque urbanis operibus intentum se esse simularet, Sextus filius eius — qui minimus ex tribus erat — transfugit ex composito Gabios patris in se saevitiam intolerabilem conquerens. iam ab alienis in suos vertisse superbiam, et liberorum quoque eum frequen-

1. *prauus:* P. paruus: M.
2. *quin ea arte:* PM.
3. *is primus Volscis:* P. iis primis uolscis: M.
6. *diuendita praeda:* lib. Mogunt.] divendenda praeda. — P Harl. I.: *diuidenda praeda.* — M m. 2.: *diuidenda.* m. 3.: *deuedenda.* sed m. 1.: *diuidenta:* quod litterarum metathesi pro *diuendita* scriptum est. cf. T. Livi l. XXX. LXVII. §. III. (Tac. Ann. 6, 17: „bonisque eorum divenditis".)
— *quadraginta talenta:* P. — XL. *talenta:* M. — Harleiani I. librarius et hoc loco et 1, 55. Dionysium 4, 50. secutus *quadringenta talenta* scripsit.
6. *argenti refecisset:* M] argenti aurique refecisset. — *aurique* etiam in P et Harl. I. omissum est. — M: *argenti re | fecisset coepisset concepit.* P: *argenti | requecepisset concepit:* et in margine *recepisset:* unde *refecisset* et *recepisset* varias eiusdem vocis lectiones esse apparet. cf. 35, 1.: „refectum".
10. *deinde eum:* PM m. 2. *deinde:* M m. 1.
11. *nequiquam:* P] nequicq.
15. *faciendis:* PM Harl. I.] iaciendis.
19. *frequentiae taedere.* — P: *frequentia et aedere:* atque idem videtur m. 1. in M scriptum fuisse, sed tribus litte-

tiae taedere, ut quam in curia solitudinem fecerit domi quoque faciat, ne quam stirpem ne quem heredem regni relinquat. se quidem inter tela et gladios patris elapsum nihil usquam sibi tutum nisi apud hostes L. Tarquini credidisse. nam ne errarent, manere iis bellum quod positum simuletur, et per occasionem eum incautos invasurum. quodsi apud eos supplicibus locus non sit, pererraturum se omne Latium Vulscosque se inde et Aequos et Hernicos petiturum, donec ad eos perveniat qui a patrum crudelibus atque inpiis suppliciis tegere liberos sciant. forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaque se adversus superbissimum regem ac ferocissimum populum inventurum. cum si nihil morarentur, infensus ira porro inde abiturus videretur, benigne ab Gabinis excipitur. vetant mirari, si qualis in cives, qualis in socios, talis ad ultimum in liberos esset. in se ipsum postremo saeviturum, si alia desint. sibi vero gratum adventum eius esse, futurumque credere brevi ut illo adiuvante a portis Gabinis sub Romana moenia bellum transferatur.

LIV. Inde in consilia publica adhiberi. ubi cum de aliis rebus adsentire se veteribus Gabinis diceret quibus eae notiores essent, ipse identidem belli auctor esse et in eo sibi praecipuam prudentiam adsumere, quod utriusque po-

ris mediis expunctis nil apparet tibi nisi *frequentia..edere.*

2. *nequem heredem relinquat:* M. *neque heredem regni relinquat:* P.

4. *apud hostē:* P.

— *L. Tarquini:* M] L. Tarquinii.

5. *manere iis bellum:* P] manere his bellum (M). — Harl. 1. *manere enim his bellum.*

6. *occassionem:* P.

8. *Vulscosque se inde:* PM Harl. 1.] Volscosque inde. (cf. 2, 48: Aequi se in oppida recepere murisq. se tenebant.)

12. *cum si nihil morarentur:* P. eū si nihil morarentur: M.

18. *a portis:* M m. 2. P Harl. 1.] ab portis. — M m. 1.: ad portis.

20. *in consilia:* P Leid. 1.] in concilia.

21. *quibus eae notiores:* PM] quibus hae notiores.

22. *auctor esse et in eo:* ex con. m.] auctor esse, in eo. — PM: *auctor esset in eo:* cf. T. Livi l. XXX. p. XXII. §. 2.

puli vires nosset sciretque invisam profecto superbiam regiam civibus esse, quam ferre ne liberi quidem potuissent. ita cum sensim ad rebellandum primores Gabinorum incitaret, ipse cum promptissimis iuvenum praedatum atque in expeditiones iret, et dictis factisque omnibus ad fallendum 5 instructis vana adcresceret fides, dux ad ultimum belli legitur. ibi cum inscia multitudine quid ageretur proelia parva inter Romam Gabinosque fierent, quibus plerumque Gabina res superior esset, tum certatim summi infimique Gabinorum Sex. Tarquinium dono deum sibi missum ducem cre- 10 dere. apud milites vero obeundo pericula ac labores pariter praedam munifice largiendo tanta caritate esse, ut non pater Tarquinius potentior Romae quam filius Gabiis esset. itaque postquam satis virium collectum ad omnes conatus videbat, tum ex suis unum sciscitatum Romam ad patrem 15 mittit, quidnam se facere vellet, quandoquidem ut omnia

4. *ipse:* M P m. 2. — P m. 1.: *ipsi.*
— *in expeditiones:* M P m. 2. — P m. 1.: in expeditores.
5. *et dictis:* P. — *ut dictis:* M. sed *u* in ras. — M: *ad fellendum.*
6. *adcresceret:* PM.
7. *ibi cum inscia mult.:* P m. 2. — P m. 1.: ibi cum inspicia mult. M: ibi cum scia mult.
— *proelia parua:* M P m. 2. proelia praua: P m. 1.
8. *inter Romam Gabinosque:* M] inter Romam Gabiosque.
10. *ducem credere:* P. — M: *ducem cre:* sequentibus litteris quattuor expunctis: altera m. dein additum est *auere.*
15. *ex suis unum sciscitatum:* PM Harl. L] e suis *cet.*
16. *ut omnia unus prae Gabinis posset*] ut omnia unus Gabiis posset. — P: ut omnia unus. p. gabinis posse. M et rell. codd.: ut omnia unus p̄ gabiis posset. — (*Prae Gabinis* omnia se unum posse dixit S. Tarquinius, quod sibi iam videbatur plus quam principes Gabinorum ipsi Gabiis valere: sic enim dici solebat *prae ceteris florere, valere, posse.* fortasse etiam *prae* hoc loco idem quod 1, 6 „prae ea urbe“ significat: „dafs er im Vergleich mit den Gabinern in Allem die Oberhand hätte“. cf. etiam Tac. hist. 5, 8: *postquam Macedones praepotuere.* — Antequam id quod in P est videram, scribendum esse opinabar *prae ceteris:* quod CABIS videbatur levi mendo scriptum esse pro CAET'IS.)

unus prae Gabinis posset ei dii dedissent. huic nuntio, quia credo dubiae fidei videbatur, nihil voce responsum est. rex velut deliberabundus in hortum aedium transit sequenti nuntio filii. ibi inambulans tacitus summa papaverum capita di-
5 citur baculo decussisse. interrogando expectandoque responsum nuntius fessus ut re inperfecta redit Gabios: quae dixerit ipse quaeque viderit refert: seu ira seu odio seu superbia insita ingenio nullam eum vocem emisisse. Sexto ubi quid vellet parens quidve praeciperet tacitis ambagibus
10 patuit, primores civitatis criminando alios apud populum alios sua ipsos invidia oportunos interemit. multi palam, quidam, in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. patuit quibusdam volentibus fuga aut in exilium acti sunt, absentiumque bona iuxta atque interempto-
15 rum divisui fuere: largitiones inde praedaeque: et dulcedine privati commodi sensus malorum publicorum adimi, donec orba consilio auxilioque Gabina res regi Romano sine ulla dimicatione in manum traditur.

LV. Gabis receptis Tarquinius pacem cum Aequorum
20 gente fecit, foedus cum Tuscis renovavit. inde ad negotia urbana animum convertit. quorum erat primum ut Iovis templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisque relinqueret: Tarquinios reges ambos — patrem vovisse filium perfecisse. et ut libera a ceteris religionibus area
25 esset tota Iovis templique eius quod inaedificaretur, exau-

3. *sequenti:* PM m. 1.] sequente (M m. 2).
6. *nuntius:* P m. 2. M. nuntiis: P m. 1.
— *ut re inperfecta:* M m. 1. P. — M m. 2: et re inperf.
11. *oportunos:* M] opport. — *in* inter *quidam* et *quibus* m. 2. additum est in M.
15. *diuisui fuere:* P in marg. — Pm. 1.: *diuisi.* m. 2.: *diuisa.* M m. 1.: *diuisa*, non *diuisui.*
15. *largitiones inde praedaeque:* PM.
— *et dulcedine priuati commodi:* P m. 2. M. — P m. 1.: et dulcedineque priuati commodissensus.
19. *Gabis:* PM] Gabiis.
23. *patrem uouisse:* M m. 2. (cf. 1, 38.) — PM m. 1: patrem uoluisse.
24. *area esset:* PM.
25. *quod inaedificaretur:* PM.

gurare fana sacellaque statuit, quae aliquot ibi a T. Tatio rege primum in ipso discrimine adversus Romulum pugnae vota, consecrata inauguratagque postea fuerant. inter principia condendi huius operis movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur deos, nam cum omnium sa- 5 cellorum exaugurationes admitterent aves, in Termini fano non addixere. idque omen auguriumque ita acceptum est, non motam Termini sedem unumque eum deorum non evocatum sacratis sibi finibus firma stabiliaque cuncta portendere. hoc perpetuitatis auspicio accepto secutum aliud ma- 10 gnitudinem imperii portendens prodigium est. caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse: quae visa species haut per ambages arcem eam imperii caputque rerum fore portendebat: idque ita cecinere vates quique in urbe erant quosque ad eam rem consul- 15 tandam ex Etruria acciverant. augebatur ad inpensas regis animus. itaque Pometinae manubiae, quae perducendo ad culmen operi destinatae erant, vix in fundamenta suppeditavere. eo magis Fabio — praeterquam quod antiquior est — crediderim quadraginta ea sola talenta fuisse, quam Pi- 20 soni qui quadraginta milia pondo argenti seposita in eam rem scribit — summam pecuniae neque ex unius tum ur-

1. *quae aliquot ibi:* PM.
— *a T. Tatio:* P m. 1.] a Tatio.
3. *consecrata:* P. *consecreta:* M.
5. *nam* | *cum omnium:* M m. 2. nam *cū* est in ras. — P: nam cum ex omnium.
6. *Termini:* cf. 5, 54: „Juventas Terminusque . . moveri se non passi". sed hoc loco *Terminus* potior videbatur.
7. *idque:* PM Harl. I.] id.
8. *unumque eum deorum:* PM.
9. *sacratis sibi finibus:* M. sacratis ibi finibus: P.
11. *portendens:* M m. 2. P. — M m. 1.: protendens.
15. *in urbe:* P m. 2. M. in urbem: P m. 1.
17. *Pometinae:* Sabellicus. — P: promptine. M: pomptine. (p et e facillime confundi poterant.) cf. 1, 53.
18. *suppeditauere:* P m. 2. M. — P m. 1.: suppetitauere. sed 8, 13. PM: *subpeditat.*
20. *xl ea sola:* PM. cf. 1, 53: quadraginta talenta.
21. *xl milia:* PM] quadr. millia.
22. *summam:* I. Fr. Gron. — P Harl. I. cod. Rhen.: *quia summā.* — (*quia* facile adscribi poterat a librario mi-

bis praeda sperandam et nullius ne horum quidem m
ficentiae operum fundamenta non exsuperaturam.

LVI. Intentus perficiendo templo fabris undiqu
Etruria accitis non pecunia solum ad id publica est
5 sed operis etiam ex plebe. qui cum haut parvus et
militiae adderetur labor, minus tamen plebs gravabatu
templa deum exaedificare manibus suis, quam postqua
ad alia ut specie minora sic laboris aliquanto maioris
ducebantur opera, foros in circo faciendos cloacamque
10 ximam, receptaculum omnium purgamentorum urbis,
terram agendam: quibus duobus operibus vix nova
magnificentia quicquam adaequare potuit. his laboribus
cita plebe, quia et urbi multitudinem ubi usus non
oneri rebatur esse, et colonis mittendis occupari latiu
15 perii fines volebat, Signiam Circeiosque colonos misit
sidia urbi futura terra marique. Haec agenti portentum
ribile visum: anguis ex columna ligneа elapsus cum t
rem fugamque in regiam fecisset, ipsius regis non tan
bito pavore perculit pectus quam anxiis inplevit curis.

nus diligente, si in praecedente versu *qui* m. 1. omissum et altera m. non supra sed infra lineam additum erat: id quod interdum in antiquis libris factum vidi. nihilo minus dubitandum est an rectius se habeat: *quia ea summa* vel *quae summa . . speranda et . . exsuperatura:* cum *quia*, *qui*, *qua*, *quae* saepe inter se confusa sint, et in M reperiatur *quia summa . . sperandā et . . exuperaturā*, nec prima sed altera demum manu lineola, qua litteram *m* significabant, addita videatur. cf. etiam T. Livi l. XXX. p. LIV. 2.)

5. *haut paruus:* M m. 2. P in marg. — P m. 1. M n haut patruus. P m. 2.: patrius.

6. *grauabatur:* P. *grauatu* cf. Livi l. XXX. p. XXIV

7. *quam postquam.* — P *postquam.* M: *quae po* (contra 1, 26. in P scri erat *quam desponsa quae:* et 1, 25. in om codd. *causam belli hu* pro *causae:* al.)

8. *aliquanto:* M. aliquand — *traducebantur:* PM Ha traducebatur.

10. *sub terrā:* M. sub terr Paulo post P m. 1.: *quae turbi.* m. 2.: *quia et urbi.*

19. *anxiis inplevit curis:*

que cum ad publica prodigia Etrusci tantum vates adhiberentur, hoc velut domestico exterritus visu Delphos ad maxime inclytum in terris oraculum mittere statuit. neque responsa sortium ulli alii committere ausus duos filios per ignotas ea tempestate terras ignotiora maria in Graeciam 5 misit. Titus et Arruns profecti. comes iis additus L. Iunius Brutus Tarquinia sorore regis natus, iuvenis longe alius ingenio quam cuius simulationem induerat. is cum primores civitatis in quibus fratrem suum ab avunculo interfectum audisset, neque in animo suo quicquam regi timendum ne- 10 que in fortuna concupiscendum relinquere statuit contemptuque tutus esse, ubi in iure parum praesidii esset. ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae cum se suaque praedae esse regi sineret, Bruti quoque haut abnuit cognomen, ut sub eius obtentu cognominis liberator ille populi 15 Romani animus latens operiretur tempora sua. is tum ab Tarquinis ductus Delphos — ludibrium verius quam comes — aureum baculum inclusum corneo cavato ad id baculo tulisse donum Apollini dicitur, per ambages effigiem ingenii sui. quo postquam ventum est, perfectis patris mandatis 20 cupido incessit animos iuvenum sciscitandi ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. ex infimo specu vocem redditam ferunt „imperium summum Romae habebit qui vestrum primus, o iuvenes, osculum matri tulerit.“ Tarquinius Sextus, qui Romae relictus fuerat, ut ignarus re- 25

3. *inclytum:* PM] inclitum.
6. *Arruns:* PM] Aruns. cf. 1, 34.
— *comes iis additus:* PM] comes his additus.
11. *contemptuque:* P m. 2. M. *contemtuque:* P m. 1.
12. *ubi in iure:* P. ubi iniuria: sed *i* in *ria* m. 2. in ras.
14. *praedae:* P m. 2. M. *praeda:* P m. 1.
15. *ille.* *pr.* *animus:* PM.
16. *operiretur tempora sua:* M Harl. 1. cod. Rhen.] opperiretur tempora sua. (P).
— *is tum ab Tarquinis*] is tum ab Tarquiniis. — PM: *is cum ab tarquinis.*
19. *per ambages effigiem:* PM.
20. *quo:* M P m. 2. *qui:* P m. 1.
— *postquam uentum est:* P. *postquam uentum:* M.
21. *sciscitandi:* P. *siscitandi:* M.
23. *qui uestrum:* M. *qui urm:* P.
24. *Tarquinius Sextus qui Romae relictus fuerat ut ignarus* cet: PM Harl. 1.] Tarqui-

sponsi expersque imperii esset, rem summa ope tac
bent: ipsi inter se, uter prior cum Romam redissent
osculum daret, sorti permittunt. Brutus alio ratus sp
Pythicam vocem velut si prolapsus cecidisset, terram
5 contigit, scilicet quod ea communis mater omnium
lium esset. reditum inde Romam, ubi adversus Rutul
lum summa vi parabatur.

LVII. Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea r
atque in ea aetate divitiis praepollens. eaque ipsa
10 belli fuit, quod rex Romanus cum ipse ditari exhaust
gnificentia publicorum operum, tum praeda delenire
larium animos studebat, praeter aliam superbiam reg
festos etiam quod se in fabrorum ministerio ac servil
diu habitos opere ab rege indignabantur. temptata r
15 si primo impetu capi Ardea posset. ubi id parum pro
obsidione munitionibusque coepti premi hostes. in hi
tivis — ut fit longo magis quam acri bello — satis
commeatus erant, primoribus tamen magis quam mil
regii quidem iuvenes interdum otium conviviis comis
20 busque inter se terebant. forte potantibus his apud
Tarquinium, ubi et Conlatinus cenabat Tarquinius
filius, incidit de uxoribus mentio. suam quisque lauda

nii, ut Sextus, qui Romae relictus fuerat, ignarus responsi expersq. imperii esset.

2. *redissent:* M m. 2. *redisset:* m. 1. — P m. 1.: reddisset.

4. *uelut si:* PM. *uelut:* Harl. 1.

10. *cum ipse ditari:* PM.

11. *delenire:* PM. — P m. 1.: *pupularium.*

12. *infestos:* PM m. 2. infestus: M m. 1.

13. *ministerio:* M cod. Rhen.] ministeriis.

14. *temptata res est si primo imp.:* PM. — M m. 1.: *tempta.* m. 2.: *temptata.*

16. *in his:* PM] in iis.

18. *commeatus.* — P: cu tus. M: comeat'.

— *tamen:* PM.

19. *interdum otium:* PM. kero magis probabatur., *dum etiam otium*": s loco *libero commeat* licentia modo ex castr cedendi, sed etiam lib victus significatur.

— *comisationibusque:* PM missationibusque.

21. *Conlatinus:* PM] Coll

— *Egerii.* — PM: *aeger*

ris modis. inde certamine accenso Conlatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri quantum ceteris praestet Lucretia sua. „quin, si vigor iuventae inest, conscendimus equos invisimusque praesentes nostrarum ingenia? id cuique spectatissimum sit, quod nec opinato viri 5 adventu occurrerit oculis.“ incaluerant vino. „age sane“ omnes. citatis equis avolant Romam. quo cum primis se intendentibus tenebris pervenissent, pergunt inde Collatiam, ubi Lucretiam hautquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum aequalibus viderant tempus terentes, sed 10 nocte sera deditam lanae inter lucubrantes ancillas in medio aedium sedentem inveniunt. muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. adveniens vir Tarquiniique excepti benigne. victor maritus comiter invitat regios iuvenes. ibi Sex. Tarquinium mala libido Lucretiae per vim stuprandae 15 cepit: cum forma tum spectata castitas incitat. et tum quidem ab nocturno iuvenali ludo in castra redeunt.

LVIII. Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Conlatino cum comite uno Collatiam venit. ubi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cu- 20 biculum deductus esset, amore ardens — postquam satis tuta circa sopitique omnes videbantur — stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, sinistraque manu mulieris pectore oppresso „tace Lucretia“ inquit, „Sex. Tarquinius

1. *Conlatinus:* PM] Collatinus. [atque ita semper in PM hoc nomen scriptum est.]
4. *inuisimusque:* M. innisimusquae: P.
5. *nec opinato.* — PM: *necinopinato*: h. e. vel *necopinato* vel *inopinato.*
7. *auolant Romam:* PM.
— *se intendentibus:* PM.
9. *hautquamquam:* P m. 1. *haudquamquam:* M m. 1.
— *in convivio luxuque:* aut per ἓν δ. δ. dictum pro *lauto convivio* [I. Fr. Gron. enim malebat *lusuque*], aut *luxus* pertinet ad nimium vestitum ornatumque illarum mulierum.
12. *certaminis:* P. certanimis: M.
16. *cum forma:* PM.
17. *iuuenali:* PM.
20. *cenam:* PM] coenam.
21. *deductus esset:* M. *ductus esset:* P.
— *satis tuta circa:* PM: sed in M *circa* ita scriptum est, ut etiam pro *arca* haberi possit.

sum: ferrum in manu est: moriere si emiseris vocem.'
pavida ex somno mulier nullam opem, prope morte
minentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orar
scere precibus minas, versare in omnes partes muli
5 animum. ubi obstinatam videbat et ne mortis quidem
inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugu
servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio
dicatur, quo terrore cum vicisset obstinatam pudicitia
lut victrix libido profectusque inde Tarquinius ferox
10 gnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto
nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad
mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant: ita
maturatoque opus esse, rem atrocem incidisse. Spuri
cretius cum P. Valerio Volesi filio, Conlatinus L.
15 Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuntio
ris erat conventus. Lucretiam sedentem maestam in
culo inveniunt. adventu suorum lacrimae obortae: qu
tique viro „satin' salve?" „minime" inquit: „quid enim
est mulieri amissa pudicitia? vestigia viri alieni, Conlati
20 lecto sunt tuo. ceterum corpus est tantum violatum, a
insons. mors testis erit. sed date dexteras fidemque ha
pune adultero fore. Sex. est Tarquinius, qui hostis pro h

1. *moriere si emiseris:* P m. 2. M. morieres si emiseris: P m. 1.
2. *pauida ex somno mulier:* P m. 2. M. pauida ex omni mulier: P m. 1.
3. *orare:* P m. 2. M. arare: P m. 1. — Eadem m. 1. P: *muluebrem .. deducus .. iululatum.* m. 2.: muliebrem .. dedecus .. iugulatum.
5. *obstinatam:* PM.
11. *eundem:* M. — P m. 1.: eundam. m. 2.: eundum.
13. *Spurius Lucretius cum P. Valerio Volesi filio:* PM.
14. *Conlatinus L. Iunio* M] Collatinus cum L Bruto. (Nonnumquam Livius altero loco pr tionem non scripsit se pleri voluit. 30, 24: „ *ciliam, inde et A transiturus*": ex P Bamb.)
17. *lacrimae obortae:* P. mae abortae: M.
18. *satin' salue:* PM] sa vae.
21. *dexteras:* PM] dextr
22. *Sex. est Tarquinius*

priore nocte vi armatus mihi sibique, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium." dant ordine omnes fidem: consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare non corpus, et unde consilium afuerit, culpam abesse. „vos" inquit „videritis quid 5 illi debeatur: ego me et si peccato absolvo, supplicio non libero: nec ulla deinde inpudica Lucretiae exemplo vivet." cultrum quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in vulnus moribunda cecidit. conclamat vir paterque. 10

LIX. Brutus illis luctu occupatis cultrum ex volnere Lucretiae extractum manantem cruore prae se tenens „per hunc" inquit „castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, vosque dii testes facio, me L. Tarquinium Superbum cum scelerata coniuge et omni liberorum stirpe ferro igni 15 quacumque dehinc vi possim exsecuturum, nec illos nec alium quemquam regnare Romae passurum." cultrum deinde Conlatino tradit, inde Lucretio ac Valerio stupentibus miraculo re, unde novum in Bruti pectore ingenium. ut praeceptum erat iurant, totique ab luctu versi in iram Brutum iam inde ad expugnandum regnum vocantem secuntur 20

1. *si uos uiri estis:* M P m. 2. suos uiri estis: P m. 1.
2. *gaudium:* PM m. 2. caudium: M m. 1.
— *ordine:* P m. 2. M m. 2. ordinē: P m. 1. M m. 1.
3. *noxam:* M. noxiam: P.
4. *consilium afuerit:* PM.
9. *conclamat:* PM.
11. *illis:* P m. 2. M. illic: P m. 1.
— *ex uolnere:* PM] ex vulnere.
12. *manantem cruore:* Harl. II. *manante cruore:* PM Harl. I. cf. 40, 39: „manantia sanguine spolia Romam ad triumphum delaturos".
15. *coniuge:* P m. 2. M. *coniunge:* P m. 1.
16. *quacumque dehinc ui possim:* P m. 2. — P m. 1.: *uim.* in M *ui* omissum est.
— *exsecuturum:* PM Harl. I.] exacturum (ex coni. Rhen.). (1, 60. similibusque locis recte se habet *exacti*, sed hoc loco complectitur *exsecuturum* et *exacturum* et *persecuturum.*)
18. *Lucretio:* M. lucretios: P m. 1.
19. *miraculo re:* P m. 1. M m. 1.] miraculo rei. (cf. prooemii v. 24: tuaeq. republicae.)
21. *secuntur:* P m. 1. M] sequuntur (P m. 2.).

ducem. elatum domo Lucretiae corpus in forum del
concientque miraculo ut fit rei novae atque indignitat
mines. pro se quisque scelus regium ac vim queruntur
vet cum patris maestitia, tum Brutus castigator lacrim
5 atque inertium querellarum auctorque, quod viros quo
manos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos.
cissimos quisque iuvenum cum armis voluntarius ades
quitur et cetera iuventus. inde pari praesidio relicto
latiae ad portas custodibusque datis ne quis eum m
10 regibus nuntiaret, ceteri armati duce Bruto Romam
cti. ubi eo ventum est, quacumque incedit armata
tudo pavorem ac tumultum facit. rursus ubi anteire p
res civitatis vident, quidquid sit, haud temere esse r
nec minorem motum animorum Romae tam atrox res

1. *deferunt:* PM. *defertur:* Harl. I.
4. *cum patris.* — PM: cum patres: cf. 1, 43. 13: *classis.*
5. *querellarum:* PM] querelarum.
— *quod uiros quod Romanos:* P. quid uiros quid romanos: M. sed *i* m. 2. in ras.
6. *ferocissimos:* P] ferocissimus.
8. *inde pari praesidio relicto:* PM — nisi quod in P *paris* —] inde pars praesidio relicti. — *par praesidium* „eine hinlängliche Besatzung" significat praesidium quantum et tempus et locus postulabant. cum enim totum scelus ibi exortum esset, atque inde Bruto ceterisque Romam Ardéamque in castra eundum esset, ille locus minime videbatur neglegendus. In Harl. I. quidem scriptum esse dicitur, *inde pars* (cod. Rott. *p praesidio relicto*, at mili quoque ratione Gron. voluerat emenda *pars praesidio relict latiae, ad portas cu bus datis:* sed abl. abs sequitur *custodibusque* priori loco idem dicer nus postulare videtur. si cui *pari praesidio* probetur, rectius fortas debitur *inde parti* (3(*praesidio relicta* (cf. vi l. XXX. p. XXI. 2. forte vel *pari* vel *pa* sequente syllaba *prae* et scribendum est: *praesidio relicto*".
11. *quacumque incedit:* P additum est m. 2. *i*
13. *quidquid:* PM] quicq
— *esse rentur:* M. ēē ser P m. 1.

quam Collatiae fecerat. ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. quo simul ventum est, praeco ad tribunum Celerum — in quo tum magistratu forte Brutus erat — populum advocavit. ibi oratio habita nequaquam eius pectoris ingeniique quod simulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sex. Tarquinii, de stupro infando Lucretiae et miserabili caede, de orbitate Tricipitini, cui morte filiae causa mortis indignior ac miserabilior esset. addita superbia ipsius regis miseriaeque et labores plebis in fossas clocasque exhauriendas demersae: Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. indigna Servi Tulli regis memorata caedis et invecta corpore patris nefandoque vehiculo filia invocatique ultores parentum dii. his atrocioribusque credo aliis, quae praesens rerum indignitas haudquaquam relatu scribtoribus facilia subicit, memoratis incensam multitudinem perpulit ut imperium regi abrogaret exulesque esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis. ipse iunioribus qui ultro nomina dabant lectis armatisque, ad concitandum inde adversus regem exercitum Ardeam in castra est profectus: imperium in urbe Lucretio praefecto urbis iam ante ab rege instituto relinquit. inter hunc tumultum Tullia domo profugit execrantibus quacumque incedebat invocantibusque parentum furias viris mulieribusque.

LX. Harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re

3. *Celerum:* M. celebrum: P.
10. *demersae:* P. dimersę: M.
12. *Serui Tulli:* PM] Servii Tullii.
— *caedis:* M m. 1.] caedes.
13. *corpore:* PM cod. Rhen. Harl. 1.] corpori.
— *nefandoque:* P] nefando.
15. *haudquaquam:* P m. 2. M m. 2. haudquamquam: P m. 1. M m. 1.
— *scribtoribus:* P m. 2. M m. 1.] scriptoribus. — P m. 1.: scribitoribus. cf. T. Livi l. XXX. p. XCIX. 17.
16. *subicit:* PM.
17. *exulesque esse iuberet L. Tarquinium cum coniuge ac liberis:* PM.
22. *relinquit:* PM.
23. *quacumque incedebat:* PM.
25. *perlatis:* P. — M: *praelatis* (h. e. prius quam Brutus in castra venit): haud scio [illegible] rectius.

nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam Brutus — senserat enim adventum — ne obvius fieret, eodemque fere tempore diversis itineribus Brutus Ardeam Tarquinius Romam venerunt. Tarquinio clausae portae exiliumque indictum: liberatorem urbis laeta castra accepere exactique inde liberi regis. duo patrem secuti sunt, qui exulatum Caere in Etruscos ierunt. Sextus Tarquinius Gabios tamquam in suum regnum profectus ab ultoribus veterum simultatium, quas sibi ipse caedibus rapinisque concierat, est interfectus. L. Tarquinius Superbus regnavit annos quinque et viginti. regnatum Romae ab condita urbe ad liberatam annos ducentos quadraginta quattuor. duo consules inde comitiis centuriatis a praefecto urbis ex conmentariis Servi Tulli creati sunt, L. Iunius Brutus et L. Tarquinius Conlatinus.

9. *simultatium:* PM.
10. *concierat:* M. *concitauerat:* P.
11. *annos quinque et XX:* M. annos quinque et *xl:* P.
14. *ex conmentariis Serui Tulli:* P] ex commentariis Ser. Tullii. — M: *seruii tulli.*
15. *Conlatinus:* PM] Collatinus.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER II.

I. Liberi iam hinc populi Romani res pace belloque gestas, annuos magistratus imperiaque legum potentiora quam hominum peragam. quae libertas ut laetior esset, proxumi regis superbia fecerat. nam priores ita regnarunt ut haut immerito omnes deinceps conditores partium certe urbis, quas novas ipsi sedes ab se auctae multitudinis addiderunt, numerentur. neque ambigitur quin Brutus idem qui tantum gloriae Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis inmaturae cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs — transfuga ex suis populis — sub tutela inviolati templi aut libertatem aut certe inpunitatem adepta soluta regio metu agitari coepta esset tribuniciis procellis et in alicna urbe cum patribus serere certamina, priusquam pignera coniugum ac libe-

1. *liberi iam hinc populi:* PM. *liberi* in Harl. I. omissum est: sed deesse non potest, cum sequatur „*quae libertas*".
3. *laetior:* PM. *laeticior:* Harl I. cf. 5, 34. — P m. 1.: laetiores sed. m. 2.: laetior esset.
— *proxumi:* PM] proximi.
5. *partium certe urbis:* PM.
6. *multitudinis:* M m. 1. cod. Rhen. m. 1. Harl. I. Leid. I.] multitudini: (*urbi* enim supplendum est ad *addiderunt*). — M m. 1.: sedes abs auctae multitudinis. m. 2.: sedes ab auctae multitudini. cf. 1, 47. v. 16. *patris.*
10. *regnum extorsisset:* P. in M est *regnum* additum in marg.
11. *conuenarumq.:* P m. 2. M. conuenerumq.: P m. 1.
12. *inuiolati* (non *inuiolandi*) recte se habet propter *adepta.*
15. *pignera:* PM.

rorum caritasque ipsius soli, cui longo tempore adsuescitur, animos eorum consociasset? dissipatae res nondum adultae discordia forent, quas fovit tranquilla moderatio imperii eoque nutriendo perduxit ut bonam frugem libertatis maturis iam viribus ferre posset. libertatis autem originem inde magis quia annuum imperium consulare factum est, quam quod diminutum quicquam sit ex regia potestate, numeres. omnia iura omnia insignia primi consules tenuere, id modo cautum est, ne si ambo fasces haberent, duplicatus terror videretur. Brutus prior concedente collega fasces habuit, qui non acrior vindex libertatis fuerat quam deinde custos fuit. omnium primum avidum novae libertatis populum, ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset, iureiurando adegit neminem Romae passuros regnare. deinde quo plus virium in senatu frequentia etiam ordinis faceret, caedibus regis diminutum patrum numerum primoribus equestris gradus electis ad trecentorum summam explevit. traditumque inde fertur ut in senatum vocarentur qui patres quique conscripti essent: conscriptos videlicet in novum senatum appellabant lectos. id mirum quantum profuit ad concordiam civitatis iungendosque patribus plebis animos.

II. Rerum deinde divinarum habita cura: et quia quae-

1. *adsuescitur:* P m. 2. adues-citur: P m. 1. M.
5. *ferre posset* (scil. *plebs*): PM Harl. 1.] ferre possent.
— *libertatis autem originem:* PM. *libertatis originem autem:* Harl. 1.
7. 16. *diminutum:* M] deminutum. cf. 1, 46.
14. *quo plus uirium:* P m. 2. M. quo plus uirum: P m. 1.
17. *electis:* P] lectis (M.). — Sic erat 1, 52. in M m. 1.: ad dictum. m. 2.: ad edictum.
19. *in nouum senatum appellabant lectos:* Voss. 1. (*in*, quod etiam in PM omissum est, aeque facile inter *uidelicet* et *nouum* atque inter *nouum* et *senatum* et excidere poterat et iustum habere locum. nihilo minus improbandum non videtur, quod alterius Harl. librarius deleta voce *lectos* scribere voluit: *conscriptos videlicet nouum senatum appellabant.* sed cf. 23, 23: „*recitato uetere senatu* .. in demortuorum locum legit qui .. curulem magistratum cepissent necdum in senatum lecti essent“.

dam publica sacra per ipsos reges factitata erant nec ubi-
ubi regum desiderium esset, regem sacrificolum creant. id
sacerdotium pontifici subiecere, ne additus nomini honos
aliquid libertati cuius tunc prima erat cura officeret. ac ne-
scio an nimis undique eam minimisque rebus muniendo mo- 5
dum excesserint. consulis enim alterius cum nihil aliud of-
fenderit, nomen invisum civitati fuit. nimium Tarquinios re-
gno adsuesse. initium a Prisco factum. regnasse dein Ser.
Tullium. ne intervallo quidem facto oblitum tamquam alieni
regni Superbum Tarquinium velut hereditatem gentis sce- 10
lere ac vi repetisse. pulso Superbo penes Conlatinum im-
perium esse. nescire Tarquinios privatos vivere. non pla-
cere nomen, periculosum libertati esse. hinc primo sensim
temptantium animos sermo per totam civitatem est datus
sollicitamque suspicione plebem Brutus ad contionem vocat. 15
ibi omnium primum iusiurandum populi recitat, neminem
regnare passuros nec esse Romae unde periculum libertati
foret. id summa ope tuendum esse, neque ullam rem quae
eo pertineat contemnendam. invitum se dicere hominis causa,
nec dicturum fuisse ni caritas rei publicae vinceret. non 20
credere populum Romanum solidam libertatem reciperatam

1. *nec ubiubi:* M m. 1. cod. Rhen. m. 1.] ne ubiubi: (cf. 1, 2. v. 12: *nec.*) — P: *nec ubi ibi.* M m. 2.: *nec ubi.*
2. *regem sacrificolum:* P m. 2. M] regem sacrificulum. — P m. 1. Harl. I. littera *l* ut saepe fiebat mutata cum *r: sacrificorum.* cf. 6, 41: *sacrificuli reges.* 35, 48: *sacrificuli uatis modo.* cf. etiam Festus s. h. v. — Contra 9, 34. recte se habet: „*quem tu regem* (M: *l*egem) *sacrificiorum crees.*"
3. *subiecere:* P. subiacere: M.
5. *an nimis:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: animis. M m. 1.: ā nimis. Harl. I.: an nimii.
5. *minimisque rebus:* M et P in marg.] minimis quoque rebus. — P: minimis rebus. (Modum illi excessisse videbantur nimis libertatem et undique et minimis rebus muniendo: „dadurch dafs sie dieselbe zu sehr nach allen Seiten hin und in den unbedeutendsten Dingen zu sichern suchten".)
8. *adsuesse:* PM.
— *dein:* PM. — P m. 1.: *seruio.*
11. *Conlatinum:* PM] Collatinum.
13. *hinc:* PM] hic.
21. *reciperatam esse:* PM.

esse. regium genus regium nomen non solum in civitate sed etiam in imperio esse. id officere id obstare libertati. „hunc tu“ inquit „tua voluntate, L. Tarquini, remove metum. meminimus, fatemur, eiecisti reges. absolve beneficium tuum, aufer hinc regium nomen. res tuas tibi non solum reddent cives tui auctore me, sed si quid deest munifice augebunt. amicus abi. exonera civitatem vano forsitan metu. ita persuasum est animis, cum gente Tarquinia regnum hinc abiturum.“ consuli primo tam novae rei ac subitae admiratio incluserat vocem. dicere deinde incipientem primores civitatis circumsistunt, eadem multis precibus orant. et ceteri quidem movebant minus: postquam Spurius Lucretius maior aetate ac dignitate, socer praeter ea ipsius, agere varie rogando alternis suadendoque coepit, ut vinci se consensu civitatis pateretur, timens consul ne postmodum privato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaque alia insuper ignominia acciderent, abdicavit se consulatu rebusque suis omnibus Lavinium translatis civitate cessit. Brutus ex senatus consulto ad populum tulit ut omnes Tarquiniae gentis exules essent: collegam sibi comitiis centuriatis creavit P. Valerium, quo adiutore reges eiecerat.

III. Cum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. ceterum id quod non timebant, per dolum ac proditionem prope libertas amissa est. erant in Romana iuventute adulescentes

3. *meminimus.* — PM: meminimeis.
7. *exonera:* M m. 2. P. — M m. 1.: *ex* | *honera.* sic paulo post P m. 1. M m. 1.: *h*abiturum.
10. *ciuitatis:* M m. 2. P. ciuitates: M m. 1.
12. *mouebant minus:* PM m. 1. mouebant minas: M m. 2.
— *Spurius:* P m. 2. M m. 2. superius: P m. 1. M m. 1.
13. *agere uarie:* P m. 2. M. age uarie: P m. 1.
15. *postmodum:* P m. 2. M. *postmodo:* P m. 1.
18. *ex sc:* PM. in M est m. 3. supra scriptum *senatus consultu.* cf. 3, 62: *consulto.*
19. *tulit:* M m. 2. P. tullit: M m. 1.
20. *comitiis:* P m. 2. cōmitiis: M. comitens: P m. 1.
23. *spe omnium:* M m. 2. P. spem: M m. 1.
25. *adulescentes . . . adulescentium:* PM] adol.

aliquot nec hi tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat, aequales sodalesque adulescentium Tarquiniorum, adsueti more regio vivere. eam tum aequato iure omnium licentiam quaerentes libertatem aliorum in suam vertisse servitutem inter se conquerebantur. regem hominem 5 esse, a quo inpetres, ubi ius ubi iniuria opus sit: esse gratiae locum, esse beneficio: et irasci et ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse. leges rem surdam inexorabilem esse, salubriorem melioremque inopi quam potenti, nihil laxamenti nec veniae habere si modum exces- 10 seris. periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere. ita iam sponte aegris animis legati ab regibus superveniunt sine mentione reditus bona tantum repetentes. eorum verba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit, ne non reddita belli causa, red- 15 dita belli materia et adiumentum esset. interim legati alii alia moliri, aperte bona repetentes clam recuperandi regni consilia struere: et tamquam ad id quod agi videbatur ambientes nobilium adulescentium animos pertemptant. a quibus placide oratio accepta est, iis litteras ab Tarquiniis red- 20 dunt et de accipiendis clam nocte in urbem regibus conloquuntur.

IV. Vitelliis Aquiliisque fratribus primo commissa res

1. *nec hi tenui loco:* PM] nec ii tenui loco.
5. *regem* in margine M additum est m. 2.
6. *gratiae:* P m. 2. M. gratiam: P m. 1.
11. *errorisbus:* P m. 1.
12. *ita iam sponte aegris animis:* M] ita iam sua sponte aegris animis (P).
16. *adiumentum esset:* M Harl.1.] adiumentum essent (P).
— *legati alii alia:* P m. 2. M. legati alia alia: P m. 1. — Dukerus: *alibi alia.*
17. *recuperandi:* PM] reciperandi.
18. *uidebatur:* P. uidebantur: M.
19. *adulescentium:* PM] adol.
20. *placide:* P m. 2. M. placede: P m. 1.
— *iis:* PM] his.
21. *conloquuntur:* P. conloquntur: M.
23. *Aquiliisque:* PM] Aquilliisque. cf. 2, 40. 6, 4. ubi item *Aquilius* scriptum est in PM. 27, 3: in Put. Colb. Bamb. 41, 14: in Laurishamensi.

est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat, iamque ex eo matrimonio adulescentes erant liberi Titus Tiberiusque. eos quoque in societatem consilii avunculi adsumunt. praeter ea aliquot et nobiles adulescentes conscii adsumpti, quorum vetustate memoria abiit. interim cum in senatu vicisset sententia quae censebat reddenda bona eamque ipsam causam morae in urbe haberent legati, quod spatium ad vehicula conparanda a consulibus sumpsissent quibus regum asportarent res, omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt evincuntque instando ut litterae sibi ad Tarquinios darentur: nam aliter qui credituros eos non vana ab legatis super rebus tantis adferri? datae litterae, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. nam cum pridie quam legati ad Tarquinios proficiscerentur, et cenatum forte apud Vitellios esset coniuratique ibi remotis arbitris multa inter se de novo ut fit consilio egissent, sermonem eorum ex servis unus excepit, qui iam antea id senserat agi, sed eam occasionem, ut litterae legatis darentur quae deprehensae rem coarguere possent, expectabat. postquam datas sensit, rem ad consules detulit. consules ad deprehendendos legatos coniuratosque profecti domo sine tumultu rem omnem oppressere litterarum in primis habita cura ne interciderent. proditoribus extemplo in vincla coniectis de legatis paululum addubitatum est: et quamquam visi sunt commisisse ut hostium loco essent, ius tamen gentium valuit.

V. De bonis regis quae reddi ante censuerant, res in-

2. 4. *adulescentes:* PM] adol.
3. *in societatem:* P m. 2. M. in societate: P m. 1.
4. *aliquot et nobiles:* P] aliquot nobiles (M). — Harl. 1.: nobiles aliquot.
5. *memoria abiit:* PM.
6. *bona eamque:* P m. 2. M. bone eamque: P m. 1.
10. *absumunt:* P. adsumunt: M.
11. *nam aliter qui credituros eos:* PM.
12. *super rebus tantis:* PM.
18. *occansionem:* P m. 1.
— *ut litterae legatis darentur quae deprehensae:* PM.
20. *ad deprehendendos:* PM.
22. *ne intercaderent:* M m. 1.
23. *in uincla:* PM] in vincula.
24. *paululum:* PM] paullulum.
26. *de bonis regis* (h. e. regiis) *quae reddi ante censuerant:* PM Harl. 1.] de bonis regiis quae *cet.*

tegra refertur ad patres. ibi victi ira vetuere reddi, vetuere in publicum redigi. diripienda plebi sunt data, ut contacta regia praeda spem in perpetuum cum iis pacis amitteret. ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti Martius deinde campus fuit. forte ibi tum 5 seges farris dicitur fuisse matura messi. quem campi fructum quia religiosum erat consumere, desectam cum stramento segetem magna vis hominum simul inmissa coruibus fudere in Tiberim tenui fluentem aqua ut mediis caloribus solet. ita in vadis haesitantis frumenti acervos sedisse inli- 10 tos limo. insulam inde paulatim et aliis quae fert temere flumen eodem invectis factam. post ea credo additas moles manuque adiutum, ut tam eminens area firmaque templis quoque ac porticibus sustinendis esset. direptis bonis regum damnati proditores sumptumque supplicium, conspectius eo 15 quod poenae capiendae ministerium patri de liberis consulatus inposuit, et qui spectator erat amovendus, eum ipsum

1. *ibi uicti ira:* PM Harl. I.] illi victi ira. — Sed quamquam *ibi* ita dici poterat, ut 2, 2: „*plebem Brutus ad contionem vocat: ibi*" cet. 3, 69: „*in senatum ubi ventum est, ibi vero*": al.: facere tamen non possum, quin hoc loco *ibi* ex repetita syllaba sequente *ui* ortum arbitrer et scribendum esse *hi uicti ira.* cf. T. Livi l. XXX. p. XLIII. §. III.
— *uetuere in publ. redigi:* PM.
2. *plebi sunt data:* P m. 2 M. plebis sunt data: P m. 1.
— *contacta:* P m. 2. M. contecta: P m. 1.
3. *regia praeda:* PM m. 2. regiam praedam: M m. 1.
— *cum iis:* PM] cum his.
— *amitteret:* PM.
4. *fuit hd forte ibi:* P. et in margine eiusdem libri: *hd consecratus* et rell. quae exciderant.
6. *seges:* P m. 2. M. *segis:* m. 1.
— *matura messi:* PM.
8. *uis hominum simul inmissa:* PM.
— *coruibus* (deriv. a curuando): M m. 1. P] corbibus.
9. *aquam:* P m. 1. eadem P m. 1. *in uasis hesitantis:* nec non *paulatim et alius.*
13. *manuq. adiutum:* P m. 2. M. — P m. 1. adiutem. [I. Fr. Gron. malebat *adiutam:* sed *adiutum* rectissime se habet.]
— *ut tam eminens:* PM.
15. *damnati:* P. *dampnati:* M.
17. *et qui spectator:* P m. 2. M m. 2. et quis spectator: P m. 1. M m. 1.
— *amouendus:* P. *admouendus* (h. e. *abmouendus*): M.

fortuna exactorem supplicii dedit. stabant deligati ad
nobilissimi iuvenes. sed a ceteris velut ab ignotis ca
consulis liberi omnium in se averterant oculos, misc
que non poenae magis homines quam sceleris quo p
5 meriti essent: illos eo potissimum, anno patriam libe
patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iuni
tres plebem quidquid deorum hominumque Romanor
set — induxisse in animum ut superbo quondam re
infesto exuli proderent. consules in sedem processere
10 missique lictores ad sumendum supplicium. nudatos
caedunt securique feriunt, cum inter omne tempus p
vultusque et os eius — spectaculo esset eminente
patrio inter publicae poenae ministerium. secundum p
nocentium ut in utramque partem arcendis sceleribus
15 plum nobile esset, praemium indici pecunia ex aerari
tas et civitas data. ille primum dicitur vindicta lib
quidam vindictae quoque nomen tractum ab illo
Vindicio ipsi nomen fuisse. post illum observatum
ita liberati essent, in civitatem accepti viderentur.

20 VI. His sicut acta erant nuntiatis incensus Tar
non dolore solum tantae ad inritum cadentis spei sec
odio iraque postquam dolo viam obseptam vidit,
aperte moliendum ratus circumire supplex Etruriae

3. *miserebatque:* P. miserabatque: M. num *miserabātque?*
4. *quo poena meriti:* P. et paulo post P m. 1.: *ex domo ianua.* m. 2.: *ex domo iunia.*
7. *quidquid deorum hominumq. romanorum esset:* PM. (P m. 1.: quiquid. m. 2. quicquid.)
12. *eminente animo patrio:* PM. (*eminentem esse* h. e. insignem esse inter ceteros. cf. 2, 10: „indem die Aufmerksamkeit Aller darauf gerichtet war, wie sich bei dieser Handlung das Gefühl ters werde zu erken ben.“)
15. *pecunia ex:* P m. 2 *cunie ex:* P m. 1.
17. *quidam uindictae.* Harl. 1.: quidam uind
18. *obseruatum ut qui:*
19. *accepti:* P m. 2. M. P m. 1.
20. *incensus:* P m. 2. M tus: P m. 1.
21. *ad inritum:* P. ad ir m. 1. ad irritum: M
22. *dolo uiam obseptam*

orare maxume Veientes Tarquiniensesque, ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem egentem ex tanto modo regno cum liberis adulescentibus ante oculos suos perire sinerent. alios peregre in regnum Romam accitos: se regem augentem bello Romanum imperium a proximis scelerata coniuratione pulsum. eos inter se, quia nemo unus satis dignus regno visus sit, partes regni rapuisse, bona sua diripienda populo dedisse, ne quis expers sceleris esset. patriam se regnumque suum repetere et persequi ingratos cives velle. ferrent opem, adiuvarent: suas quoque veteres iniurias ultum irent, totiens caesas legiones agrum ademptum. haec moverunt Veientes, ac pro se quisque Romano saltem duce ignominias demendas belloque amissa repetenda minaciter fremunt. Tarquinienses nomen ac cognatio movet: pulchrum videbatur suos Romae regnare. ita duo duarum civitatium exercitus ad repetendum regnum belloque persequendos Romanos secuti Tarquinium. postquam in agrum Romanum ventum est, obviam hosti consules eunt. Valerius quadrato agmine peditem ducit, Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. eodem modo primus eques hostium agminis fuit, praeerat Arruns Tarquinius filius regis; rex ipse cum legionibus sequebatur. Arruns ubi ex lictoribus procul consulem esse, deinde iam propius ac certius facie quoque Brutum cognovit, inflammatus ira „ille est vir“ inquit „qui nos extorres expulit patria. ipse en ille nostris decoratus insigni-

2. M. dolore uiam obseptem: P m. 1.
1. *maxume:* M m. 1. P] maxime.
— *ne se ortum eiusdem sang.:* PM. cf. 1. 34: „Ancum Sabina matre ortum“.
3. *adulescentibus:* PM] adol.
— *sinerent:* P m. 2. senerent: P m. 1. *sinirent:* M.
10. *suas* q̄q̄ *ueteres:* P.
11. *totiens:* PM] toties.
12. *Romano saltem duce:* P. *romano saltem duci:* M.
15. *duarum ciuitatium:* PM.
20. *agminis:* P. agmini: M.
21. 22. *Arruns:* PM Harl. 1.] Aruns. cf. 1, 34.
25. *ipse en ille:* PM. — P in marg.: ipse enim ille. — P: nris.

bus magnifice incedit. di regum ultores adeste.“ concitat calcaribus equum atque in ipsum infestus consulem diregit. sensit in se iri Brutus. decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus, avide itaque se certamini offert. adeoque
5 infestis animis concurrerunt, neuter dum hostem volneraret sui protegendi corporis memor, ut contrario ictu per parmam uterque transfixus, duabus haerentes hastis moribundi ex equis lapsi sint. simul et cetera equestris pugna coepit, neque ita multo post et pedites superveniunt. ibi varia vi-
10 ctoria et velut aequo Marte pugnatum est: dextera utrimque cornua vicere, laeva superata: Veientes vinci ab Romano milite adsueti fusi fugatique, Tarquiniensis novus hostis non stetit solum sed etiam ab sua parte Romanum pepulit.

15 VII. Ita cum pugnatum esset, tantus terror Tarquinium atque Etruscos incessit, ut omissa inrita re nocte ambo exercitus Veiens Tarquiniensisque suas quisque abirent domos. adiciunt miracula huic pugnae: silentio proximae noctis ex silva Arsia ingentem editam vocem, Silvani,
20 vocem eam creditam: haec dicta, uno plus Tuscorum cecidisse in acie, vincere bello Romanum. ita certe inde abiere Romani ut victores, Etrusci pro victis. nam postquam

1. *incedit:* P. incedet: M m. 2.
— *di regum:* P] dii regum.
2. *equum:* P. *equm:* M.
— *diregit:* P m. 1.] dirigit (P m. 2.). — M: *consulem ru .. it* mediis litteris erasis. — Harl. I.: *regit.*
3. *erat tum:* P m. 2. M. *erat dum:* P m. 1.
5. *concurrerunt neuter dum host.:* PM.
— *uolneraret:* PM] vulneraret.
8. *cetera equestris:* P m 2. — P m. 1.: cetera questris. M m. 1.: ceterae e | quaestris. m. 2.: cetera | quaestris.
8. *coepit neque ita:* M. cepit aeque ita: P.
10. *dextera:* PM] dextra.
— *utrimque:* P m. 2. M. utrumque: P m. 1.
11. *Veientes:* M m. 2. P. ueiente: M m. 1.
12. *fusi fugatique:* PM.
15. *Tarquinium atque Etruscos:* PM. Tarquinium Etruscos atque: Harl. I.
16. *inrita re:* PM] irrita re.
17. *tarquien · sisque:* M.
21. *abiere:* M m. 2. P. *abre:* M m. 1.

ıec quisquam hostium in conspectu erat, P. Vale-
sul spolia legit triumphansque inde Romam rediit.
funus quanto tum potuit apparatu fecit. sed multo
ıorti decus publica fuit maestitia eo ante omnia in-
quia matronae annum ut parentem eum luxerunt, 5
m acer ultor violatae pudicitiae fuisset. Consuli
ui superfuerat — ut sunt mutabiles volgi animi —
e non invidia modo sed suspicio etiam cum atroci
orta. regnum eum adfectare fama ferebat, quia nec
ı subrogaverat in locum Bruti, et aedificabat in 10
Velia, ubi alto atque munito loco arcem inexpu-
ı fieri. haec dicta vulgo creditaque cum indignitate
consulis animum, vocato ad concilium populo sum-
ıscibus in contionem escendit. gratum id multitudini
lum fuit, submissa sibi esse imperii insignia confes- 15
ue factam populi quam consulis maiestatem vimque
ı esse. ubi audire iussi sunt, consul laudare fortu-

uisquam hostium: PM.
o tum potuit: PM.
unt: M. luxeer̄: P: al-
e expunctum.
unt multabiles uolgi
: M.
cio: P m. 2. M. suspi-
P m. 1.
mma Velia: M m. 2.
a est m. 2. scriptum. —
summa uella.
P. haec vox excidit in M.
atque munito loco: P
to ac munito loco.
ı *inexpugnabilem fieri:*
[arl. 1.] arcem inexpu-
em fore. — Cum hoc
fieri non ab omnibus in-
retur, iam antiqui libra-
o eo scribi voluerunt
quo factum est ut in
[arl. 1. Leid. 1. utrumque
reperiatur „*arcem inexpugnabilem fieri fore*". verum tamen, sicubi ita duae diversae lectiones iunctae reperiuntur, diligentissime videndum est, num posterior prioris, an prior posterioris interpretatio habenda sit.

12. *indignitatem:* P m. 1. — *animo:* M m. 1.
13. *uocato ad consilium:* PM.
14. *in contionem escendit:* M m. 1. P. *ascendit:* M m. 2.
— *gratum id multitudini:* M. *tum id gratum* multitudinis spect.: P.
17. *ubi audire iussi sunt:* ex coni. m.] ubi audire iussi. — Harl. 1.: *ubi audire iussis:* h. e. *iussi ī.* — PM: *ibi audire iussis,* sed in M extremum *s* erasum est.

nam collegae, quod liberata patria in summo honoı
re publica dimicans matura gloria necdum se verte:
invidiam mortem occubuisset. se superstitem gloria
ad crimen atque invidiam superesse, ex liberatore
5 ad Aquilios se Vitelliosque recidisse. „numquamne
inquit „ulla adeo a vobis spectata virtus erit, ut susp
violari nequeat? ego me illum acerrimum regum h
ipsum cupiditatis regni crimen subiturum timerem?
in ipsa arce Capitolioque habitarem, metui me cre
10 posse a civibus meis? tam levi momento mea apu
fama pendet? adeone est fundata leviter fides, ut u
quam qui sim magis refferat? non obstabunt Publi
aedes libertati vestrae, Quirites: tuta erit vobis Veli
feram non in planum modo aedes sed colli etiam sub
15 ut vos supra suspectum me civem habitetis: in Veli
ficent quibus melius quam P. Valerio creditur libertas
lata confestim materia omnis infra Veliam, et ubi nu
caepotae est, domus in infimo clivo aedificata.

1. *quod liberatam patriā:* M m. 1. P. — M: *in sumo honore.*
2. *necdum se uertente inuidia mortem occubuisset:* P. *in* m. 2. additum est. — M m. 1.: *necdum se euertente* (m. 2.: *uertente*) *in inuidia mortē oecubisse* (m. 2.: *occubisset*).
5. *Aquilios:* PM] Aquillios. cf. 2, 4.
— *recidisse:* PM] reccidisse.
6. *a uobis:* PM Harl. I.] vobis.
8. *si in ipsa arce:* P. *si ipsa arce:* M.
9. *metui me crederem posse:* PM cod. Rhen. *metui me posse crederem:* Harl. I.
10. *a ciuibus meis:* P m. 2. M. *ac ciuibus meis:* P m. 1.
— *tam leui momento mea apud uos fama:* M. *tam l numento mea* cet.: P
11. *adeone:* M. adeo non
11. *refferat:* M] referat.
— *obstabunt:* P m. 2. *stupabant:* P m. 1.
— *Publi Valeri:* PM] P. V
13. *libertati:* P m. 2. M libertatis: P m. 1. M — PM: quir.
— 15. *Velia:* M m. 2. *ue*
15. *ut uos supra suspect ciuem habitetis:* M n *uos supra.. habebitis:*
17. *infra Veliam:* PM.
— *Vicaepotae:* Voss. I. *uicepocae.* M: uic*us* *eus:* sed *us* et *ublicu* in ras. cf. Plut. Popl. : ρὸν οὐΐκας πόσας.
18. *aedeficata:* P m. 1.

VIII. Latae deinde leges non solum quae regni suspicione consulem absolverent, sed quae adeo in contrarium verterent ut popularem etiam facerent. inde cognomen factum Publicolae est. ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum sacrandoque cum bonis capite 5 eius qui regni occupandi consilia inisset, gratae in vulgus leges fuere. quas cum solus pertulisset, ut sua unius in his gratia esset, tum deinde comitia collegae subrogando habuit. creatus Sp. Lucretius consul, qui magno natu non sufficientibus iam viribus ad consularia munera obeunda intra pau- 10 cos dies moritur. suffectus in Lucreti locum M. Horatius Pulvillus. apud quosdam veteres auctores non invenio Lucretium consulem: Bruto statim Horatium suggerunt: credo, quia nulla gesta res insignem fecerit consulatum, memoria intercidisse. Nondum dedicata erat in Capitolio Iovis aedes. 15 Valerius Horatiusque consules sortiti uter dedicaret. Horatio sorte evenit. Publicola ad Veientium bellum profectus. aegrius quam dignum erat tulere Valerii necessarii dedicationem tam inclyti templi Horatio dari. id omnibus modis inpedire conati, postquam alia frustra temptata erant, postem 20 iam tenenti consuli foedum inter precationem deum nuntium incutiunt, mortuum eius filium esse funestaque familia dedicare eum templum non posse. non crediderit factum an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum nec interpretatio est facilis. nihil aliud ad eum nuntium a proposito 25 aversus quam ut cadaver ecferri iuberet, tenens postem pre-

4. *Publicolae:* PM.
7. *pertulisset ut:* P. pertul. et: M.
8. *tum deinde:* PM. sed cum *deinde* in antiquis libris haud raro *deiñ* scriptum reperiatur, dubito an Livius *tum demũ* scripserit. — P m. 1.: *commitia* et paulo post *suffectos*.
11. *Lucreti:* PM] Lucretii.
13. *Horatium:* P. oratiũ: M.
14. *memoria intercidisse:* PM. num *memoriã?*
17. *sorte euenit:* P. sorte uenit: M.
— *aegrius:* M. egregius: P m. 1.
19. *inclyti:* PM] incliti.
— *Horatio:* M m. 2. P. horati: M m. 1.
21. *praecationem:* M.
23. *non crediderint:* M m. 1.
26. *auersus:* P m. 2. — P m. 1. M: *aduersus* h. e. *ab*uersus.
— *cadauer ecferri:* M] cadaver

cationem peragit et dedicat templum. haec post exactos reges domi militiaeque gesta primo anno. inde P. Valerius iterum T. Lucretius consules facti.

IX. Iam Tarquinii ad Lartem Porsennam Clusinum
5 regem perfugerant. ibi miscendo consilium precesque nunc orabant, ne se oriundos ex Etruscis eiusdem sanguinis nominisque egentes exulare pateretur, nunc monebant etiam ne orientem morem pellendi reges inultum sineret. satis libertatem ipsam habere dulcedinis: nisi quanta vi civitates
10 eam expetant, tanta regna reges defendant, aequari summa infimis: nihil excelsum, nihil quod supra cetera emineat, in civitatibus fore: adesse finem regnis rei inter deos hominesque pulcherrimae. Porsenna cum regem esse Romae tum Etruscae gentis regem amplum Tuscis ratus Romam infe-
15 sto exercitu venit. non umquam alias ante tantus terror senatum invasit, adeo valida res tum Clusina erat magnumque Porsennae nomen. nec hostes modo timebant sed suosmet ipsi cives, ne Romana plebs metu perculsa receptis in urbem regibus vel cum servitute pacem acciperet. multa
20 igitur blandimenta plebi per id tempus ab senatu data. annonae in primis habita cura et ad frumentum conparandum missi alii in Vulscos alii Cumas. salis quoque vendendi arbitrium, quia inpenso pretio venibat, in publicum omni sum-

efferri (P). est quidem in M *cadauer haec ferri:* sed eodem pravo emendandi studio et alias verum inductum est. sic 1, 9. in Leid. I. *hec quod* reperitur pro *ecquod:* al. — P: *exhactos* pro *exactos*.

3. *T. Lucretius* cos: PM.

4. *Porsennam:* PM. sed cf. 2, 11.

7. *exulare:* M. exulares: P m. 1. — *monebant etiam ne:* PM.

10. *expetant:* P m. 2. expectant: P m. 1. exspectant: M.

11. *nihil excelsum nihil quod:* M. nihil excelsū quod: P.

12. *finem regnis:* P. finēs regnis: M m. 1. h. e. et *finem* et *fines*.

13. *cum regem esse Romae tum Etr.:* PM.

17. *suosmet ipsi:* M m. 1. P Harl. I. cod Rhen. *suosmet ipsos:* M m. 2.

22. *Vulscos:* PM Harl. I.] Volscos. — P m. 1.: *alii cumas alis quoque*, m. 2.: aliis.

23. *quia inpenso pretio ueniebat:* P. *quia inpenso praetio ueniebant:* M. — *venibat* scil. *sal.* — *omni sumpto:* ex coni. Divaei] omne sumptum (I. Fr.

pto ademptum privatis. portoriisque et tributo plebes liberata, ut divites conferrent qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pendere, si liberos educent. itaque haec indulgentia patrum asperis postmodum rebus in obsidione ac fame adeo concordem civitatem tenuit, ut regium nomen 5 non summi magis quam infimi horrerent, nec quisquam unus malis artibus postea tam popularis esset quam tum bene imperando universus senatus fuit.

X. Cum hostes adessent, pro se quisque in urbem ex agris demigrant, urbem ipsam saepiunt praesidiis. alia mu- 10 ris alia Tiberi obiecto videbantur tuta. pons sublicius iter paene hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles: id munimentum illo die fortuna urbis Romanae habuit: qui positus forte in statione pontis cum captum repentino impetu Ianiculum atque inde citatos decurrere hostes vidisset 15 trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans singulos obsistens obtestansque deum et hominum fidem testabatur, nequiquam deserto praesidio eos

Gron.). — PM: *omni sumptu.* (Non est cogitandum de salinis Ostiensibus sed de sale iam siccato atque facto qui Romae erat. omnis igitur eius salis copia in publicum sumpta h. e. pecunia ex aerario data empta est, ut minore pretio pauperibus venderetur: „Auch wurde die willkührliche Bestimmung der Salzpreise den Privatpersonen entzogen, nachdem der ganze Vorrath des Salzes vom Senate aufgekauft worden.")

1. *portoriisque:* M Harl. 1. — P m. 2.: *portoriis queque.* m. 1. enim *fortoriis* fuerat.
— *plebes.* — PM: *plebe.*

3. *educent:* PM Harl. 1.] educarent.

7. *quam tum:* PM.

10. *demigrant:* M m. 2. P. dimigrant: M m. 1.
— *saepiunt:* PM] sepiunt.

11. *sublicius:* P. in M scriptum erat primo *suplicius*, dein *sublicius*, postremo et *p* et *b* expunctum est.

12. *paene.* — M: pene. P m. 1.: poene. — P m. 1.: *cocledis id.* et deinceps m. 1.: *captam..uidesset..hominem.. testebatur.*

18. *nequiquam deserto praesidio eos fugere:* M m. 2. *desertos:* m. 1. — Palat. 1. Lips.: *deserto eos praesidio fugere.*

fugere: si transitum pontem a tergo reliquissent, iam plus hostium in Palatio Capitolioque quam in Ianiculo fore. itaque monere praedicere, ut pontem ferro igni quacumque vi possint interrumpant: se impetum hostium quantum corpore
5 uno posset obsisti excepturum. vadit inde in primum aditum pontis, insignisque inter conspecta cedentium pugnae terga obversis conminus ad ineundum proelium armis ipso miraculo audaciae obstupefecit hostis. duos tamen cum eo pudor tenuit Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros
10 genere factisque. cum his primam periculi procellam et quod tumultuosissimum pugnae erat parumper sustinuit. deinde eos quoque ipsos exigua parte pontis relicta revocantibus qui rescindebant cedere in tutum coegit. circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum nunc sin-
15 gulos provocare nunc increpare omnes, servitia regum superborum suae libertatis inmemores alienam oppugnatum venire. cunctati aliquamdiu sunt, dum alius alium ut proelium incipiant circumspectant. pudor deinde commovit aciem et clamore sublato undique in unum hostem tela coniciunt.
20 quae cum in obiecto cuncta scuto haesissent neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu, iam impetu

1. *relinquissent:* PM m. 1. Eandem praeteriti formam et alias in antiquis libris repperi: ex. c. 27, 33. ubi in Put. et Colb. *relinquerant.*
2. *itaque monere praedicere:* PM.
3. *quacumque ui possint:* PM] quacunque vi possent. (sed m. 1. in PM *uim* fuerat.)
6. *pugne:* PM. in eisdem *conminus.*
8. *hostis:* M m. 1.] hostes.
9. *Sp. Lartium:* cod. Rhen. — PM: *sp. larcium ac terminium.* — 2, 11. prius nomen in PM *largium* ut apud Graecos scriptum est; alterum et *hermenius* et *herminius*; quod utrumque etiam in graecis manuscr. reperitur.
12. *exigua parte pontis relicta:* P m. 2. M. exiguam: P m. 1. — P: ad proceres & truscorum.
15. *seruitia regum:* P. seruitiae regum: M m. 1. seuitiae: m. 2.
16. *alienam:* M m. 1. P. aliena: M m. 2.
18. *incipiant:* PM Harl. 1.
20. *neque ille minus obstinatus ingenti pontem* (P m. 1. ponte) *obtineret gradu:* PM.

conabantur detrudere virum, cum simul fragor rupti pontis simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis sublatus pavore subito impetum sustinuit. tum Cocles „Tiberine pater“ inquit, „te sancte precor, haec arma et hunc militem propitio flumine accipias.“ ita sic armatus in Tiberim desiluit multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus famae habituram ad posteros quam fidei. grata erga tantam virtutem civitas fuit: statua in comitio posita, agri quantum uno die circumaravit datum. privata quoque inter publicos honores studia eminebant: nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisque ei aliquid fraudans se ipse victu suo contulit.

XI. Porsinna primo conatu repulsus consiliis ab oppugnanda urbe ab obsidendam versis praesidio in Ianiculo

1. *detrudere:* PM.
4. *te sancte pcor:* M. sce precor: P.
5. *propitio flumine:* PM.
6. *desiluit .. tranauit:* PM.
12. *se ipse uictu suo:* P. — M: se ips*um* uict*u* suo: sed *um* et *u* m. 2. in ras.
13. *Porsinna:* P m. 1. M m. 1.] Porsenna (P m. 2. M m. 2.). — Cum ab hoc inde loco in PM nomen Porsennae m. 1. semper fere littera *i* scriptum reperiatur, non dubitemus hanc alteram formam vere Livianam habere, atque etiam 2, 2. aliquot locos emendare, quamvis ibi in PM *Porsenna* scriptum sit. animadvertisse enim nobis videmur, in primis codicis M librarium, sicubi quid ei obversaretur quod ab vulgari usu abhorrebat, nonnumquam id primo quidem minus diligenter considerasse atque etiam mutare ausum esse: sed cum deinde idem saepius obveniret, tamquam religione quadam ductum ne veram ipsam scriptoris manum depravasse videretur, corrigere non perrexisse. nihilo minus tamen quoniam iure quodam contendi potuit, eam quae apud nos in his rebus observari soleret constantiam antiquis scriptoribus non ubique probatam fuisse et fieri potuisse ut utraque huius nominis scribendi ratio aeque iusta Livio videretur, optimorum librorum auctoritatem secuti suum cuique loco ius tribuendum esse arbitrati sumus. cf. C. L. Schneideri gramm. lat. I. p. 424. T. Livi l. XXX. p. LXXVII. §. X.
13. *repulsus:* P m. 2. M. repulsis: P m. 1. — M: *opugnanda.* — P m. 1.: *ad obsistendam.*

locato ipse in plano ripisque Tiberis castra posuit, navibus undique accitis et ad custodiam ne quid Romam frumenti subvehi sineret, et ut praedatum milites trans flumen per occasiones aliis atque aliis locis traicerent: brevique adeo
5 infestum omnem Romanum agrum reddidit, ut non cetera solum ex agris sed pecus quoque omne in urbem compelleretur neque quisquam extra portas propellere auderet. hoc tantum licentiae Etruscis non metu magis quam consilio concessum. namque Valerius consul intentus in occasionem
10 multos simul et effusos inproviso adoriundi in parvis rebus neglegens ultor gravem se ad maiora vindicem servabat. itaque ut eliceret praedatores, edicit suis postero die frequentes porta Esquilina, quae aversissima ab hoste erat, expellerent pecus, scituros id hostes ratus quod in obsidione
15 et fame servitia infida transfugerent. et sciere perfugae indicio, multoque plures ut in spem universae praedae flumen traiciunt. P. Valerius inde T. Hermenium cum modicis copiis ad secundum lapidem Gabina via occultum considere iubet, Sp. Lartium cum expedita iuventute ad por-
20 tam Collinam stare donec hostis praetereat, inde se obicere ne sit ad flumen reditus. consulum alter T. Lucretius porta Naevia cum aliquot manipulis militum egressus, ipse Vale-

2. *undique:* P m. 2. M. undeque: P m. 1.
3. *per occasiones:* M. (haec enim vox in antiquis libris et *occassio* et *occansio* scripta reperitur.)
4. *traicerent:* PM Harl. 1.] traiiceret. (*milites* est nominativus.)
6. *pecus:* M m. 1. P. pecoris: M m. 2.
10. *inprouiso adoriundi:* PM.
11. *neglegens:* PM] negligens. P m. 1.: *grauem sedamaiora.* — M: *itaque ut eligeret.*
13. *Esquilina.* — PM: *aesquilina.*
17. *P. Valerius inde T. Hermenium*] P. Valerius inde T. Herminium. — PM: *p̄. ualerius. m̄. t. hermenium* (sed in M excidit *t*). *m̄* = im̄ = inde.
18. *Gabina uia.* — P cod. Rhen.: *gabinia uia.* M: *gabinam uiam.* cf. 3, 6.
19. *Sp. Lartium.* — PM: sp. largium.
20. *inde se obicere:* PM cod. Rhen.] deinde.—M: *p̄.* lucretius.

rius Caelio monte cohortes delectas educit: hique primi apparuere hosti. Herminius ubi tumultum sensit, concurrit ex insidiis versisque in Lucretium Etruscis terga caedit. dextra laevaque hinc a porta Collina illinc ab Naevia redditus clamor. ita caesi in medio praedatores neque ad pugnam viribus pares et ad fugam saeptis omnibus viis. finisque ille tam effuse evagandi Etruscis fuit. 5

XII. Obsidio erat nihilo minus et frumenti cum summa caritate inopia sedendoque expugnaturum se urbem spem Porsinna habebat, cum C. Mucius adulescens nobilis, cui 10 indignum videbatur populum Romanum servientem cum sub

1. *Caelio:* PM] Coelio.
— *hique:* PM] iique.
2. *Herminius:* M m. 1. P. *hermenius:* M m. 2.
3. *uersisque in LucretiumEtruscis:* PM et rell. codd.] versisque in Valerium Etruscis (ex coni. Glareani). Etrusci enim, cum Porsenna inter Ianiculum et Tiberim castra haberet, flumine traiecto praeterierant portam Collinam eos campos qui portae Esquilinae proximi essent petentes. dein praeda potiti vident P. Valerium de Caelio monte cum cohortibus quibusdam descendentem. fit pugna et Valerius repellitur. quo facto praedam prae se agentes cum altera parte iam redire ad suos vellent, animadvertunt Lucretium cons. porta Naevia egressum: in eum igitur se vertunt. inter ea T. Herminius tumultu audito iam accesserat et Etruscis in Lucretium versis necdum pugnantibus terga caedit. cum deinde etiam Lucretius et Lartius adessent, praedatores ut his omnibus non pares in medio caeduntur. In errorem et Glareanum et posteriores induxerit vel id, quod *ab Naevia porta clamor redditus* diceretur, quasi Lucretius eodem quo Collina Lartius tempore porta Naevia egressus esset: sed cum Livius portam Naeviam diceret, nihil aliud quam regionem ipsam significare voluit: Lucretium enim iam multo ante porta egressum ipse scripserat: — vel id quod non diceretur *Valerius cessisse:* quamquam hoc aeque per se ex toto loco coniiciendum erat atque illud, Etruscos praeda potitos fuisse.
6. *saeptis:* PM] septis. — P m. 1.: *ouagandi.* P m. 2. M: *euagandi.*
10. *Porsinna:* P m. 1. M m. 1.] Porsenna (P m. 2. M m. 2.).
— *C. Mucius:* P. *c̄.* mutius: M.
— *adulescens:* PM] adol.

regibus esset nullo bello nec ab hostibus ullis ob:
esse, liberum eundem populum ab isdem Etruscis o
quorum saepe exercitus fuderit, itaque magno aud
aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus
5 sua sponte penetrare in hostium castra constituit;
metuens ne, si consulum iniussu et ignaris omnibu
forte deprehensus a custodibus Romanis retrahere
transfuga fortuna tum urbis crimen adfirmante, senatu
„transire Tiberim“ inquit, „patres, et intrare si poss
10 stra hostium volo non praedo nec populationum in
ultor: maius si di iuvant in animo est facinus.“ adp
patres. abdito intra vestem ferro proficiscitur. ubi eo
in confertissima turba prope regium tribunal consti
cum stipendium militibus forte daretur, et scriba cu
15 sedens pari fere ornatu multa ageret, eum milites
adirent, timens sciscitari uter Porsinna esset, ne ign
regem semet ipse aperiret quis esset, quo temere tra
tuna facinus, scribam pro rege obtruncat. vadente
qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ips
20 rat viam, cum concursu ad clamorem facto conpreh
regi satellites retraxissent, ante tribunal regis destitu
tum quoque inter tantas fortunae minas metuendus
quam metuens — „Romanus sum“ inquit „civis, (

2. *ab isdem*] ab iisdem. — P m. 2. M: *ab hisdem:* P m. 1.: ab histem.
3. *itaque* h. e. et ita .. ratus.
4. *eam indignitatem:* PM. eam indignationem: Harl. 1.
5. *deinde:* P m. 1.] dein (P m. 2. M). — P: *tranfuga.*
8. *senatum adit:* PM. — P m. 1.: *in castra* .. nec populationem.
11. *si di iuuant:* PM] si dii iuvant.
14. *militibus forte daretur:* PM.
15. *eum milites uolgo adirent:* M.
16. *Porsinna:* P m. 1. M Porsenna.
17. *aperiret:* M m. 2. P. M m. 1.
20. *cum concursu ad cla facto conprehensur sat.:* P. in M excid — Voss. 1. Lips. L concursu ad clamore *cum* conpreh.
22. *metuendus:* P m. 2. tuendas: P m. 1.
23. *Romanus sum inqu* c. *mucium uocant:* Harl. 1.: *ciues.*

cium vocant: hostis hostem occidere volui, nec ad mortem minus animi est quam fuit ad caedem: et facere et pati fortia Romanum est. nec unus in te ego hos animos gessi: longus post me ordo est idem petentium decus. proinde in hoc discrimen si iuvat accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo, ferrom hostemque in vestibulo habeas regiae: hoc tibi iuventus Romana indicimus bellum. nullam aciem nullum proelium timueris: uni tibi et cum singulis res erit." cum rex simul ira infensus periculoque conterritus circumdari ignis minutabundus iuberet, nisi expromeret propere quas insidiarum sibi minas per ambages iaceret: „en tibi" inquit, „ut sentias quam vile corpus sit his qui magnam gloriam vident:" dextramque accenso ad sacrificium foculo inicit. quam cum velut alienato ab sensu torreret animo, prope attonitus miraculo rex cum ab sede sua prosiluisset amoverique ab altaribus iuvenem iussisset, „tu vero abi" inquit, „in te magis quam in me hostilia ausus. iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. nunc iure belli liberum te intactum inviolatumque hinc dimitto." tunc Mucius quasi remunerans meritum „quan-

1. *occidere uolui:* PM. occidere uoluit: Harl. 1.
6. *ferrom:* M m. 1.] ferrum (M m. 2. R). sic in antiquissimo cod. Medic. Tac. hist. 1, 2.: *opus adgredior . . seuom* (m. 1.) *seuum* (m. 2.).
10. *circumdari ignis minutabundus:* P m. 1.] circumdari ignes minitabundus (P m. 2. M). — P: properes. — M m. 1.: *exrom. eret* media littera erasa. m. 2.: *expromeret.*
12. *his qui:* P m. 1. M m. 2.] iis qui (P m. 2.). — M m. 1.: *is qui.* — *qui magnam gloriam uident:* PM cod. Rhen. — In margine M et codicis Rhen. adscriptum est *petunt.*
13. *dextramque:* M m. 1. P. dextram: M m. 2.
14. *alienato ab sensu torreret animo:* P. alienato absens ut torreret animo: M. — P m. 1.: prosiluisses. — Harl. 1.: *ad*mouerique h. e. *ab*moueriq.
16. *tu uero:* M. tum uero: P.
18. *iuberem macte uirtute esse:* PM.
19. *liberum te intactum:* PM. in Harl. 1. excidit *te.*
20. *tunc Mucius:* PM Harl. 1.] tum Mucius.

do quidem" inquit „est apud te virtuti honos, ut beneficio tuleris a me quod minis nequisti: trecenti coniuravimus principes iuventutis Romanae ut in te hac via grassaremur. mea prima sors fuit: ceteri, utcumque ceciderit primi, quoad te opportunum fortuna dederit suo quisque tempore aderunt."

XIII. Mucium dimissum, cui postea Scaevolae a clade dextrae manus cognomen inditum, legati a Porsenna Romam secuti sunt. adeo moverat eum et primi periculi casus quo nihil se praeter errorem insidiatoris texisset, et subeunda dimicatio totiens quot coniurati superessent, ut pacis condiciones ultro ferret Romanis. iactatum in condicionibus nequiquam de Tarquinis in regnum restituendis, magis quia id negare ipse nequiverat Tarquiniis quam quod negatum iri sibi ab Romanis ignoraret. de agro Veientibus restituendo impetratum, expressaque necessitas obsides dandi Romanis si Ianiculo praesidium deduci vellent. his condicionibus conposita pace exercitum ab Ianiculo deduxit Porsinna et agro Romano excessit. patres C. Mucio virtutis causa trans Tiberim agrum dono dedere, quae postea sunt

1. *ut beneficio tuleris:* PM. tu beneficio tuleris: Harl. I.
3. *hac uia:* M m. 2. P. hac uiam: M m. 1.
4. *prima:* P m. 2. M. priua: P m. 1.
— *utcumque ceciderit primi:* PM Harl. I. cod. Rhen. (scil. sors: „welch ein Schicksal auch immer der Erste gehabt haben möge")] ut cuique ceciderit primo (recentiores quidam codd.).
— *quoad te:* P Harl. I. quot te: M.
7. *Scaeuolae a clade.* P: scaeuolea cladæ. M m. 1.: scaeuolae clade. m. 2.: scaeuola e clade.
11. *totiens:* PM. — *quod:* P m. 1. M m. 1.
12. *condiciones:* P. conditiones .. conditionibus: M.
— *ultro ferret:* P m. 2. M. ultro ferrent: P m. 1.
13. *nequiquam de Tarquinis:* M m. 1.] nequicquam de Tarquiniis. — P: *nequiquam.*
14. *nequiuerat:* PM. — P m. 1.: *ad* romanis.
15. *ignoraret:* PM.
18. *Porsinna:* M m. 1. P] Porsenna (M m. 2.).

Mucia prata appellata. ergo ita honorata virtute feminae quoque ad publica decora excitatae. et Cloelia virgo una ex obsidibus, cum castra Etruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, frustrata custodes dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim transnavit sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. quod ubi regi nuntiatum est, primo incensus ira oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam, alias haud magni facere: deinde in admirationem versus supra Coclites Muciosque dicere id facinus esse, et prae se ferre, quem ad modum si non dedatur obses pro rupto foedus se habiturum, sic deditam inviolatamque ad suos remissurum. utrimque constitit fides: et Romani pignus pacis ex foedere restituerunt, et apud regem Etruscum non tuta solum sed honorata etiam virtus fuit laudatamque virginem parte obsidium se donare dixit, ipsa quos vellet legeret. productis omnibus elegisse inpubes dicitur, quod virginitati decorum et con-

1. *ergo ita honorata uirtute:* PM. sed in M videtur m. 1. fuisse *honerata.* — P m. 1.: obsidiis. m. 2.: obsidibus.
4. *frustrata custodes:* M m. 1. P. frustrata custode: M m. 2. — P m. 1.: hostilium. m 2: hostium.
5. *transnauit:* Portug. *trasnauit* h. e. *trāsnauit:* M. *tranauit:* P. — P m. 1.: ira iratores. m. 2.: ira oratores.
8. *deinde in admirationem:* P m. 2. M m. 2. deinde admirationem: P m. 1. deindin admirationem: M m. 1.
9. *supra:* PM.
11. *sic deditam inuiolatamque:* PM Harl. 1.] sic deditam inviolatam. (*Que* rectissime se habet: „die wieder ausgelieferte werde er und zwar unverletzt zurückschicken". interdum quidem haec particula idem fere quod vel *etiam* vel *quoque* significat, nec tamen semper tali interpretatione opus erit. cf. 2, 2.: *minimisque rebus.* 30, 18: *Magoque* [Bekk.: Mago quoque]. 5, 10: *indignioraque:* al.) Ed. Froben.: *sic deditam intactam inviolatamque:* quem ad modum 2, 12: *belli liberum te intactum inuiolatumque* scriptum erat.
15. *laudatamque uirginem parte:* PM.
— *obsidium:* M m. 1.] obsidum (M m. 2. P). idem paulo post.
17. *inpubes:* PM.
— *quod uirginitate decorum:* M] quod et virginitate dec.

sensu obsidium ipsorum probabile erat, eam aetatem simum liberari ab hoste quae maxime oportuna in esset. pace redintegrata Romani novam in femina vir novo inde genere honoris statua equestri donaver
5 summa Sacra via fuit posita virgo insidens equo.

XIV. Huic tam pacatae profectioni ab urbe Etrusci abhorrens mos traditus ab antiquis usque a stram aetatem inter cetera sollemnia manet bona Pors regis vendendi. cuius originem moris necesse est aut
10 bellum natam esse neque omissam in pace, aut a n crevisse principio quam hic prae se ferat titulus bon stiliter vendendi. proximum vero est ex is quae trad Porsinnam discedentem ab Ianiculo castra opulenta (cto ex propinquis ac fertilibus Etruriae arvis com
15 Romanis dono dedisse inopi tum urbe ab longinqua dione, ea deinde ne populo inmisso diriperentur hos

2. *quae maxime oportuna iniuriae esset:* PM.
4. *nouo inde genere:* ex coni. m.] novo genere. — PM Leid. 1: *nouo in genere:* saepe enim in antiquis libris *in* pro *in̄* h. e. *inde* scriptum est. — P m. 1.: *equestro.*
7. *mos:* P m. 2. M. mons: P m. 1.
8. *inter cetera sollemnia manet bona Porsennae regis uendendi:* PM Harl. 1. cod. Rhen.] inter cetera sollennia manet bonis vendendis bona Porsennae regis vendendi. — Verba *bonis vendendis* manu interpolatrice ab aliquo homine docto, cui integra oratio paulo obscurior videbatur, addita sunt, cum non reperiantur nisi in recentioribus codd. cf. Plut. Popl. c. 19: ὁ δὲ Πορσήνας . . τὸν χάρακα τε πολλοῦ καὶ χρημάτ μονα παντοδαπῶν πα τοῖς Ῥωμαίοις· διὸ κα ἡμᾶς ἔτι κωλοῦντες : μόσια πρῶτα κηρύττο Πορσήνα χρήματα τιμ ἀνδρὶ τῆς χάριτος ἀτέ τῇ μνήμῃ διαφυλάττοι
12. *ex is quae:* M m. 1. iis quae. — M m. 2.: quae.
13. *Porsinnam:* P m. 1. 1.] Porsennam.
— *discedentem:* PM. *d dentem:* Harl. 1.
— *castra opulenta:* P. *ino*pulenta: M. sed *ino* m. 2. in ras. sunt.
15. *tum urbe:* M m. 2. t bem: M m. 1. P.
16. *ne populo inmisso:* I

venisse bonaque Porsinnae appellata, gratiam muneris magis significante titulo quam auctionem fortunae regiae, quae ne in potestatem quidem populi Romani esset. Omisso Romano bello Porsinna, ne frustra in ea loca exercitus adductus videretur, cum parte copiarum filium Arruntem Ariciam oppugnatum mittit. primo Aricinos res nec opinata perculerat. arcessita deinde auxilia et a Latinis populis et a Cumis tantum spei fecere, ut acie decernere audèrent. proelio inito adeo concitato impetu se intulerant Etrusci, ut funderent ipso incursu Aricinos. Cumanae cohortes arte adversus vim usae declinavere paululum effuseque praelatos hostes conversis signis ab tergo adortae sunt. ita in medio prope iam victores caesi Etrusci. pars perexigua duce amisso, quia nullum propius perfugium erat, Romam inermes et fortuna et specie supplicum delati sunt. ibi benigne excepti divisique in hospitia. curatis volneribus alii profecti domos nuntii hospitalium beneficiorum: multos Romae hospitium urbisque caritas tenuit. his locus ad habitandum datus, quem deinde Tuscum vicum appellarunt.

XV. P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola consules

1. *Porsinnae:* M m. 1.] Porsennae.
— *gratiam muneris:* P m. 2. gratia muneris: P m. 1. M. — M m. 1.: significant | et titulo.
3. *in potestatem:* M. in potestate: P. cf. 24, 1: *portus in potestatem Locrensium esset:* ex opt. codd.
4. *Porsinna:* P m. 1. M m. 1.] Porsenna.
5. *Arruntem:* PM] Aruntem. — P m. 1.: oppugnatam. et paulo post: *nec oppinata.*
11. *usae:* P. — M m. 1.: *sae.* M m. 2. et cod. Rhen.: *se:* qua re B. Rhenanus *nisae* scribere voluit.
11. *paululum:* PM] paullulum. — Dein in PM *adhorte*, et in M *inhermes.*
15. *supplicum:* PM. *supplicium:* Leid. 1.
16. *uolneribus:* M] vulneribus.
17. *domos:* M et P in marg. — *domus:* P.
18. *hospitium:* M m. 1.] hospitum. cf. 4, 35.
20. *P. Lucretius inde et P. Valerius Publicola cōs facti:* P. atque idem in M scriptum est nisi quod ibi *spurius publius lucretius.* verum tamen Drakenborchius, cum in quibusdam Livianis libris et alio-

facti. eo anno postremum legati a Porsinna de redu
in regnum Tarquinio venerunt: quibus cum responsu
set missurum ad regem senatum legatos, missi con
honoratissimus quisque e patribus: non quin breviter
5 responsum potuerit, non recipi reges, ideo potius de
patrum ad eum missos quam legatis eius Romae d
responsum, sed ut in perpetuum mentio eius rei fi
neu in tantis mutuis beneficiis in vicem animi sollic
tur, cum ille peteret quod contra libertatem populi R
10 esset, Romani nisi in perniciem suam faciles esse v
negarent cui nihil negatum vellent. non in regno po
Romanum sed in libertate esse. ita induxisse in an
hostibus potius portas quam regibus patefacere. ea ess
eam esse voluntatem omnium, ut qui libertati erit

rum consulum nomina reperirentur, et ut Livius cum Dionysio consentiret, I. Fr. Gronovium secutus scribendum censet: *M. Horatius et P. Valerius Publicola, inde Sp. Lartius et T. Herminius consules facti.* sed praenomina in antiquis libris haud raro multis modis scribebantur et quae praeter ea leguntur nomina aut ex male intellecto *inde et* videntur orta aut a librariis litterarum graecarum peritis addita. totus enim locus ostendit, Livium de duobus tantum consulibus atque uno anno cogitasse, nec hoc uno loco Livius ab Dionysio aliisque dissentit.

1. *Porsinna:* P m. 1. M m. 1.] Porsenna. — P. m. 1.: misurum ad regnum senatum.

4. *e patribus:* P m. 2. M m. 2. et patribus; P m. 1. M m. 1.

8. *neu in tantis:* M cod et P in marg. — P *tandis.* Harl. 1.: *ne i tis;* sed in hoc libro „*sed ut in perp. m finiretur*" omissa sun

13. *hostibus potius porta regibus patefacere:* stibus potius quam portas patefacere. — ptum quidem erat in que atque in M et cod. *hostibus potius quan tas regibus patefacer* in P iam m. 1. sign adscripta sunt quae ean supra proposuimus ver verborum structuram dc

— *ea esse uota eam es luntatem omnium:* e B. Rhenani] eam esse tatem omnium (P). — Rhen.: *eam ea esse esse uoluntatem on* cf. T. Livi l. XXX. p. LXI

urbe finis, idem urbi sit. proinde si salvam esse vellet Romam, ut patiatur liberam esse orare. rex verecundia victus „quando id certum atque obstinatum est“ inquit, „neque ego obtundam saepius eadem necquiquam agendo, nec Tarquinios spe auxilii quod nullum in me est frustrabor. alium hinc, seu bello opus est seu quieto exilio, quaerant locum, ne quid meam vobiscum pacem distineat“. dictis facta amiciora adiecit. obsidium quod reliquum erat reddidit, agrum Veientem foedere ad Ianiculum icto ademptum restituit. Tarquinius spe omni reditus incisa exulatum ad generum Mamilium Octavium Tusculum abiit: Romanis pax fida ita cum Porsinna fuit.

XVI. Consules M. Valerius P. Postumius. eo anno bene pugnatum cum Sabinis: consules triumpharunt. maiore inde mole Sabini bellum parabant. adversus eos et ne quid simul ab Tusculo, unde et si non apertum suspectum tamen bellum erat, repentini periculi oriretur, P. Valerius quartum T. Lucretius iterum consules facti. seditio inter

1. *saluam esse uellet:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: *esse esse uellet.* M m. 1.: *esset uellet.*
4. *nesquiquam:* M] nequicqu. — *Necquiquam* idem est quod *et nequiquam:* „*so will ich mich nicht damit abmühen, noch öfter dieselbe Forderung und doch immer ohne Erfolg an euch zurichten*“. idem *nequiquam* etiam docet, ad *obtundam* suppleri non posse *vos*, quasi L. dicere voluerit: „*ich will euch nicht damit beschwerlich fallen*“: sed fortasse *animi mei vigorem* ut 5, 18: vel simile quid.
5. *spe auxilii:* P. spē auxilii: M.
6. *seu quieto exilio:* P m. 2.] seu quiete, exsillo. — P m. 1. Harl. L.: *seu quieto exillo.* M: seu quiete exillo. m. 2.: seu quiete exilio. m. 3.: seu quiete auxilio. — P: querat locum.
8. *obsidium:* P] obsidum. — M: *reliqum.*
10. *spe omni:* P. spem: M m. 1. — M: *octauū.* — P m. 1.: *tusculus.* — M: *h*abiit.
12. *cum Porsinna:* P m. 1. M m. 1.] cum Porsenna.
13. *cōss. m. ualerius:* M. *cōs. m̄. ualerius.* P.
17. *oriretur:* P m. 1.] oreretur (P m. 2). — M: *oretur*, sed iam m. 1. *ri* supra scriptum est. dein M: *l' ualerius quartum* (m. 2.: *quarto*). P: *quartum.*

belli pacisque auctores orta in Sabinis aliquantum in
rium transtulit ad Romanos. namque Attius Clausus
postea Appio Claudio fuit Romae nomen, cum paci
auctor a turbatoribus belli premeretur nec par factio
5 set, ab vico Rigillo magna clientium comitatus man
mam transfugit. his civitas data agerque trans Anienen
tus Claudia tribus — additis post ea novis tribulibu
ex eo venirent agro — appellata. Appius inter pati
ctus haud ita multo post in principium dignationem
10 nit. consules infesto exercitu in agrum Sabinum p
cum ita vastatione dein proelio adflixissent opes ho
ut diu nihil inde rebellionis timere possent, triumpl
Romam redierunt. P. Valerius omnium consensu pr
belli pacisque artibus anno post Agrippa Menenio l

2. *ad Romanos:* P m. 2. M. *ad romanis:* P m. 1.
— *namque Attius Clausus:* PM (nisi quod P: nam. q̄.). Tac. Ann. 4, 9. 12, 25: *Attus Clausus.* cf. etiam Suet. Tib. 1. — P: *Appio Claudio.* M m. 1.: *opio.* m. 2: *apio claudio.* sic paulo post M: *apius.*
5. *ab uico Rigillo*] ab Regillo. — M m. 1.: *ab cin. rigillo.* M m. 2. P: ab cn̄ rigillo: h. e. *ab cneo rigillo.* alii Drakenb. codd.: *ab con regillo.* in his omnibus latere vocem *uico* recte videtur Iac. Gronovius vidisse. cf. 2, 62: incendiis deinde non villarum modo sed etiam *vicorum, quibus frequenter habitabatur, Sabini* excitati cet. cf. etiam T. Livi l. XXX. p. LXVII. §. 8.
6. *uetus Claudia tribus:* PM Harl. 1. et rell. codd. — B. G. Niebuhrius (hist. rom. 1. p. 622. ed. III.) scril censet *trans Anienen rem,* cum nusquam ne nec nova Claudia tril cerentur. W. Wac (p. 258.) nihil mutatu Sed Livius videtur dic luisse, *veterem* Claudi bum appellatos *esse* una cum Attio Clauso l commigrassent, „*die Claudier*", cum nom vae Claudiae tribus ad zentur *novi tribules* eodem agro Sabino accessissent. cf. Sueton.
7. *nouis tribulib.:* M m. uis tribubus: m. 2.
9. *principium:* M m. 1. cipum.
11. *dein proelio adflix* PM. — P m. 1.: opus. opes.
14. *Menenio:* P. manenio: P m. 1.: miritur. m. 2.

stumio consulibus moritur gloria ingenti copiis familiaribus adeo exiguis ut funeri sumptus deesset: de publico est datus. luxere matronae ut Brutum. Eodem anno duae coloniae Latinae Pometia et Cora ad Auruncos deficiunt. cum Auruncis bellum initum: fusoque ingenti exercitu, qui se 5 ingredientibus fines consulibus ferociter obtulerat, omne Auruncum bellum Pometiam conpulsum est. nec magis post proelium quam in proelio caedibus temperatum est: et caesi aliquanto plures erant quam capti et captos passim trucidaverunt. ne ab obsidibus quidem, qui trecenti accepti nu- 10 mero erant, ira belli abstinuit. et hoc anno Romae triumphatum.

XVII. Secuti consules Opiter Verginius Sp. Cassius Pometiam primo vi deinde vineis aliisque operibus oppugnarunt. in quos Aurunci magis iam inexpiabili odio quam 15 spe aliqua aut occasione coorti cum plures igni quam ferro armati excucurrissent, caede incendioque cuncta conplent: vineis incensis multis hostium vulneratis et occisis consulum quoque alterum — verum nomen auctores non adiciunt — gravi volnere ex equo deiectum prope interfece- 20

2. *de publico est datus:* (scil. sumptus): PM et rell. codd.] de publico est elatus.
4. *Auruncos . . Auruncis:* PM.
9. *aliquanto plures:* PM. aliquanto plus: Harl. 1. — P m. 1.: tredenti. m. 2: trecenti.
10. *ne ab obsidibus quidem:* PM.
11. *ira belli abstinuit:* PM. *ira belli obstinuit:* Harl. 1. Leid. 1.
13. *Opiter Verginius:* PM Harl. 1.] Opiter Virginius. — M: sp. casius. — M m. 1. P: primo ut deinde.
15. *inexpiabili odio:* M m. 2. P. inexpugnabili odio: M m. 1. — PM: cohorti.
17. *excucurrissent:* P. *excucurissent:* M.
19. *uerum nomen auctores non adiciunt:* ex coni. m.] sed utrum, nomen auctores non adiiciunt (ex coni. Lipsii). PM et rell. codd.: *sed uerum nomen* cet. cum enim ab initio *uerum* scriptum esset, aliquis adscripsit *sed*, ne *uerum* pro adiectivo haberetur: quo factum est ut paulo post utrumque *sed uerum* in orationem reciperetur, ut 2, 7: *fieri fore:* multaque alia eius generis. nam quod Lipsius scripsit, propter *nomen* vix ferendum videtur.
20. *graui uolnere:* M] gravi vulnere. — P: uolnerae ex aequo.

runt. Romam inde male gesta, re reditum. inter multo
cios consul spe incerta vitae relatus. interiecto deinde
magno spatio, quod vulneribus curandis supplendoque
citui satis esset, cum ira maiore belli tum viribus etia
5 ctis Pometiae arma inlata. et cum vineis refectis a
mole belli iam in eo esset ut in muros evaderet mil
ditio est facta. ceterum nihilo minus foede dedita
quam si capta foret Aurunci passim principes secur
cussi, sub corona venierunt coloni alii: oppidum di
10 ager veniit: consules magis ob iras graviter ultas qu
magnitudinem perfecti belli triumpharunt.

XVIII. Insequens annus Postumum Cominium
Lartium consules habuit. eo anno Romae cum per
ab Sabinorum iuventute per lasciviam scorta rape
15 concursu hominum rixa ac prope proelium fuit, pa
ex re ad rebellionem spectare res videbantur. supr

1. *male gesta re reditum:* P. male gestam rem deditum: M.
2. *relatus:* ex coni. Dukeri. P M et rell. codd.: *relictus.* (Idem mendum factum est 2, 20. in quibusdam Drak. codd. 2, 6: in Harl. I. scriptum est *ducibus* pro *duabus.* 2, 10: in eodem *dictum* pro *datum:* al.)
3. *supplendoq. exercitui:* PM. supplendoq. exercitum: Harl. I. cf. 30, 13: „*victoriam suam augendo*". 21, 54: „*equites quoque tegendo*".
4. *cum ira maiore bellum:* PM Harl. I. *belli:* Harl. II. Haverc. — M: arma in | inlata. — P: diditio. m. 2.: deditio.
8. *passim:* P. *pasim:* M.
9. *coloni alii:* PM.
— *oppidum dirutum:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: dirui-tum. M m. 1.: diritum
10. *ager ueniit:* M m. 2.] *uenit:* M m. 1.
12. *Postumum Cominiu* gon. — P m. 2. M: mium cominium. P posttumium comunium M: *T. Largium:* cf. 11. — M: romae quam
16. *spectare res uideban* spectare res videbatu cf. 29, 6: *spes autem ctandae eius rei ex* re adfulsit.
— *belli Sabini:* Harl. verc.] belli Latini (rell. codd.). — Cum de *Sabinis* modo dixe *tinorum* populorum d mentionem faciat, nec *Sabinum* sed *metun imminentis* scripserit, quam videtur dubium e

Sabini metum id quoque accesserat, quod triginta iam coniurasse populos concitante Octavio Mamilio satis constabat. in hac tantarum expectatione rerum sollicita civitate dictatoris primum creandi mentio orta. sed nec quo anno nec quibus consulibus — quia ex factione Tarquiniana essent, 5 id quoque enim traditur — parum creditum sit, nec quis primum dictator creatus sit, satis constat. apud veterrimos tamen auctores T. Lartium dictatorem primum Sp. Cassium magistrum equitum creatos invenio. consulares legere: ita lex iubebat de dictatore creando lata. eo magis adducor ut 10 credam Lartium, qui consularis erat, potius quam M'. Va-

se, quin in Harl. II. et Hav., qui libri in nominibus ipsis haud raro unice verum proferunt, recte scriptum sit *belli Sabini*.

1. *quod triginta:* P m. 2. M. quodringinta: P m. 1. quadraginta: Harl. I.
2. *Octauo Mamilio:* PM. cf. 1,49.
5. *quibus consulibus:* Leid. II. — PM Leid. I. cod. Rhen.: *quibus facti consulibus.* Harl. I.: *quibus factum consulibus.* — Si *facti* a Livio scriptum non est, non erit difficile nobis persuadere, id ex voce paulo post sequente *factione* quoquo mendo iam in priorem locum irrepsisse. sed cum illa vox in optimis quibusque codd. reperiatur, et in verbis *nec quo anno nec quibus consulibus* alterum sane supervacaneum sit, cum annus ex ipsis consulum nominibus cognoscendus fuerit, facere non possum quin hoc loco maius aliquod mendum latere putem. quod si Livius ab initio scripsit *sed nec quo anno nec cuius facti causa consulibus parum creditum sit nec quis* cet: omnia iam aperta sunt. L. l. XXX. p. LVIII.
5. *Tarquiniana:* P Harl I. Leid. I.] Tarquinia (M). sic legimus apud Livium 4, 29. *imperia Postumiana:* apud A. Gellium 1, 13. *Postumia imperia.*
6. *quis primum dictator:* PM. Quamquam Livium adverbio *primum* haud raro pro adiectivo usum esse optimi codd. multis locis docent, tamen hoc potissimum loco *primum* librariis deberi arbitrer. nam paulo ante *primum* pro *tum primum* haberi potest, nec loco paulo post sequente *creato dictatore primum Romae* perinde offendor.
8. *T. Lartium.* — PM: *t. largium.* sic etiam paulo post. — P m. 1.: creatus inuenio . . latam eo magis.
11. *M' Valerium:* Harl. I. — M: *m. ualerium marci fuftum uolesi nepotem.* P: *m̄. ua-*

lerium M. filium Volesi nepotem, qui nondum consul fuerat, moderatorem et magistrum consulibus appositum. qui si maxime ex ea familia legi dictatorem vellent, patrem multo potius M. Valerium spectatae virtutis et consularem
5 virum legissent. Creato dictatore primum Romae postquam praeferri secures viderunt, magnus plebem metus incessit ut intentiores essent ad dicto parendum. neque enim ut in consulibus qui pari potestate essent, alterius auxilium neque provocatio erat, neque ullum usquam nisi in cura pa-
10 rendi auxilium. Sabinis etiam creatus Romae dictator eo magis quod propter se creatum crediderant, metum incussit. itaque legatos de pace mittunt. quibus orantibus dictatorem senatumque ut veniam erroris hominibus adulescentibus darent, responsum ignosci adulescentibus posse, seni-
15 bus non posse qui bella ex bellis sererent. actum tamen est de pace impetrataque foret, si quod inpensae factum in bellum erat, praestare Sabini — id enim postulatum erat — in animum induxissent. bellum indictum. tacitae indutiae quietum annum tenuere.

20 XIX. Consules Ser. Sulpicius M'. Tullius. nihil dignum memoria actum. T. Aebutius deinde et C. Vetusius. his consulibus Fidenae obsessae, Crustumeria capta. Prae-

lerium. m̄. f. ufium uolesi nepotem.

2. *qui si maxime:* M. quisinmaxime: P m. 1. — P m. 1: m̄. ualelrium spectare. — M m. 1.: legessent.

5. *creato dictatore:* PM. num *dictatori?*

10. *Romae:* P. *roma:* M. cf. 1, 36.

13. *adulescentibus:* PM] adol.

16. *inpensae:* M et P in marg. — inpensa: P.

17. *Sabini:* P in marg. — M m. 1. cod. Rhen.: *sabinium* h. e. *sabini* et *sabinum* (M m. 2. P).

20. *consules Servius Sulpicius Manius Tullius:* Sigon. — PM: *cons. seruilius sulpicius. m̄. mālius* (M: *manlius*) *tullus.*

21. *memoria:* M m. 2. P. — m. 1. videtur in M fuisse *memoriam.* cf. 4, 37.

— *T. Aebutius.* — P: *t. ebutius deinde et c̄. uetusius his cons. fidaenae:* sed postremum *e* erasum est. M: *t. ebucius deinde. c̄. uetusius ueturius uetusius hiis cons. ne obsesse:* et *fide* supra *ne.*

neste ab Latinis ad Romanos descivit. nec ultra bellum Latinum gliscens iam per aliquot annos dilatum. A. Postumius dictator T. Aebutius magister equitum magnis copiis peditum equitumque profecti ad lacum Regillum in agro Tusculano agmini hostium occurrerunt, et quia Tarquinios esse in exercitu Latinorum auditum est, sustineri ira non potuit quin extemplo confligerent: ergo etiam proelium aliquanto quam cetera gravius atque atrocius fuit. non enim duces ad regendam modo consilio rem adfuere sed suismet ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina. nec quisquam procerum ferme hac aut illa ex acie sine vulnere praeter dictatorem Romanum excessit. in Postumium prima in acie suos adhortantem instruentemque Tarquinius Superbus — quamquam iam aetate et viribus erat gravior — equum infestus admisit, ictusque ab latere concursu suorum receptus in tutum est. et ad alterum cornu Aebutius magister equitum in Octavium Mamilium impetum dederat, nec fefellit veniens Tusculanum ducem, contra quem et ille concitat equum: tantaque vis infestis venientium hastis fuit, ut brachium Aebutio traiectum sit, Mamilio pectus percussum. hunc quidem in secundam aciem Latini recepere, Aebutius cum saucio brachio tenere telum non posset, pugna excessit. Latinus dux nihil deterritus volnere proelium ciet, et quia suos perculsos videbat, arcessit cohortem exulum Ro-

2. *gliscens:* M m. 2, P. *cliscens:* M m. 1.
— *Aulus Postumius:* cf. 2, 21. — PM: *aurelius postumius dictator titus aebutius.*
8. *grauius atque atrocius:* PM.
9. *suismet ipsis corporibus:* PM et rell. codd.] suismet ipsi corporibus (I. Fr. Gron.).
11. *hac aut illa ex acie:* PM. *aut hac aut illa ex acie:* Leid. 1. Harl. 1. — P m. 1.: in acies suos.
13. *adhortantem instruentemq.:* PM.
17. *Octauium Mamilium:* P. *octauium manilium:* M. — P: *ebutius.* M: *ebucius.* sed paulo post PM: *ebutio.. ebutius.*
19. *uis infestis uenientium hastis:* PM.
22. *brachio:* P. brachio: M.
23. *uolnere:* PM] vulnere.

manorum, cui Luci Tarquini filius praeerat. ea quo maiore pugnabat ira ob erepta bona patriamque ademptam, pugnam parumper restituit.

XX. Referentibus iam pedem ab ea parte Romanis
5 M. Valerius Publicolae frater conspicatus ferocem iuvenem Tarquinium ostentantem se in prima exulum acie domestica etiam gloria accensus, ut cuius familiae decus eiecti reges erant eiusdem interfecti forent, subdit calcaria equo et Tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retrō in agmen
10 suorum infenso cessit hosti. Valerium temere invectum in exulum aciem ex transverso quidam adortus transfigit, nec quicquam equitis volnere equo retardato moribundus Romanus labentibus super corpus armis ad terram defluxit. dictator Postumius postquam cecidisse talem virum, exules
15 ferociter citato agmine invehi, suos perculsos cedere animadvertit, cohorti suae, quam delectam manum praesidii causa circa se habebat, dat signum ut quem suorum fugientem viderint, pro hoste habeant. ita metu ancipiti versi a fuga Romani in hostem et restituta acies. cohors dictatoris tum
20 primum proelium iniit: integris corporibus animisque fessos

1. *cui luci tarquini. f. pērat:* M m. 1. P. cui lucius tarquinius. f.: M m. 2.

— *ea quo maiore pugnabat ira:* P m. 1. M m. 1.] ea quod mai. — Cf. 1, 25.: „Romani Horatium accipiunt *eo maiore* cum gaudio *quo prope* metum res fuerat". Tac. hist. 2, 11.: „sed *quo plus* virium ac roboris, e fiducia tarditas inerat". — P m. 2.: *eo quo maiore.* M m. 3.: *eo que maiore:* — unde apparet, illos *ea* habuisse pro *ob eam rem.* sed *ea* nihil aliud est quam *ea cohors.*

6. *in prima exulum acie:* P. *in primam exulum aciem:* M.

6. *decus eiecti reges:* M m. 2. decus *electi* reges: m. 1. — P: decus *lecti* reges.

9. *petit:* PM.

11. *ex transuerso quidam adhortus transfigit ne | quicquam:* M.

12. *uolnere:* PM] vulnere. — P. m. 2.: *labentibus.* m. 1.: *labentis.*

16. *quam delectam manu:* P *quam detectam manum electa manu:* M. — Rhen.: *quam de electa manu.* — *Manu* non minus recte se habere potest. cf. 24, 46.: „centurionum robora ex toto exercitu delegit". Caes. b. Gall. 1, 48.

dorti exules caedunt. ibi alia inter proceres coorta pugna. mperator Latinus ubi cohortem exulum a dictatore Romano prope circumventam vidit, ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit. hos agmine venientes T. Herminius legatus conspicatus interque eos insignem veste armisque Mamilium noscitans tanto vi maiore quam paulo ante magister equitum cum hostium duce proelium iniit, ut et uno ictu transfixum per latus occiderit Mamilium, et ipse inter spoliandum corpus hostis verruto percussus, cum victor in castra esset relatus, inter primam curationem exspiraverit. tum ad equites dictator advolat obtestans ut fesso iam pedite descendant ex equis et pugnam capessant. dicto paruere. desiliunt ex equis, provolant in primum et pro antesignanis parmas obiciunt. recipit extemplo animum pedestris acies, postquam iuventutis proceres aequato genere pugnae secum partem periculi sustinentes vidit. tum demum inpulsi Latini perculsaque inclinavit acies. equiti admoti equi it persequi hostem posset. secuta et pedestris acies. ibi nihil nec divinae nec humanae opis dictator praetermittens edem Castori vovisse fertur ac pronuntiasse militi praemia, qui primus qui secundus castra hostium intrasset: tantusque rdor fuit, ut eodem impetu quo fuderant hostem Romani

1. *adorti exules:* P. ad*h*orti exules: M. idem M: *cohorta pugna.* Contra P paulo post m. 1.: *coortem exulum.* m. 2.: *cohortem.* — P: *ibi ali inter proceres.* sed eadem m. 1. emend.: *alia.*
5. *ueste:* M. *uestem:* P.
6. *paulo:* PM] paullo. — P m. 1.: per latos. m. 2.: per latus. — M m. 1.: inter spoliamdum.
7. *proelium iniit:* PM. *init:* Harl. I.
9. *uerruto:* M m. 1. P] veruto.
10. *exspirauerit:* P] exspirarit. — M: *expirauerit.*
12. *capessant:* P m. 2. M. capescant: P m. 1.
13. *et pro antesignanis:* M et P in marg. *et pro antesignis:* P.
17. *equiti admoti equi:* P m. 2. Harl. I. cod. Rhen. — P m. 1.: *equiti admoti equia ut psequia hostē posset.* M m. 1.: *equiti admoti ut psequi hostem posset.* m. 2.: *equitum admoti equi ut* cet.
19. *humanae opis:* M. *humanae opus:* P.
22. *ut eodem impetu:* M m. 2.

castra caperent. hoc modo ad lacum Regillum pugnatum est dictator et magister equitum triumphantes in urbem rediere.

XXI. Triennio deinde nec certa pax nec bellum fuit. consules Q. Cloelius et T. Lartius, inde A. Sempronius et
5 M. Minucius. his consulibus aedis Saturno dedicata, Saturnalia institutus festus dies. Aulus deinde Postumius et T. Verginius consules facti. hoc demum anno ad Regillum lacum pugnatum apud quosdam invenio: A. Postumium, quia collega dubiae fidei fuerit, se consulatu abdicasse: dictato-
10 rem inde factum. tanti errores inplicant temporum aliter apud alios ordinatis magistratibus, ut nec qui consules secundum quosdam nec quid quoque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modo sed etiam auctorum digerere possis. Ap. Claudius deinde et P. Servilius consules facti. in-
15 signis hic annus est nuntio Tarquinii mortis. mortuus Cumis, quo se post fractas opes Latinorum ad Aristodemum tyrannum contulerat. eo nuntio erecti patres erecta plebes. sed patribus nimis luxuriosa ea fuit laetitia: plebi, cui ad eam diem summa ope inservitum erat, iniuriae a primoribus fieri coe-
20 pere. eodem anno Signia colonia, quam rex Tarquinius deduxerat, suppleto numero colonorum iterum deducta est. Romae tribus una et viginti factae. aedes Mercuri dedicata est idibus Mais.

P. eodem impetum: M m. 1.
4. *cōs. quintus cloelius et t. larcius:* PM. nisi quod in M *doelius.*
— *et M. Minucius:* PM.
5. *Saturnalia institutus festus dies:* PM.
6. *Aulus deinde Postumius:* PM.
— *et T. Verginius cōs.:* PM.
9. *collega:* P m. 2. M. collegam: P m. 1. — P m. 1.: *fuit.* m. 2.: *fuerit.*
11. *nec qui consules secundum quosdam:* P. *nec qui consulibus secundum quosdam:* M. — M: auctorem.
15. *Tarquinii:* P m. 2. M. tarquinio: P m. 1.
— *mortuus Cumis quo:* M. *mortuus Cumis & quo:* P. num *mortuus Cumis est quo?*
17. *erecti patres, erecta plebes:* PM. — P m. 1.: luxoriosa.
22. *tribus una et uiginti factae.* Harl. II. — P: tribus una et XXX factae. M: trib. | et XXX facta.
— *Mercuri:* PM] Mercurii.
23. *idibus Mais:* P] idibus Maiis. — M: idibus *maii:* sed *ii* m. 2. in ras.

XXII. Cum Volscorum gente Latino bello neque pax neque bellum fuerat: nam et Volsci conparaverant auxilia quae mitterent Latinis, ni maturatum ab dictatore Romano esset, et maturavit Romanus, ne proelio uno cum Latino Vulscoque contenderet. hac ira consules in Vulscum agrum 5 legiones duxere. Vulscos consilii poenam non metuentes nec opinata res perculit. armorum inmemores obsides dant trecentos principum a Cora atque Pometia liberos. ita sine certamine inde abductae legiones. nec ita multo post Volscis levatis metu suum rediit ingenium, rursus occultum pa- 10 rant bellum Hernicis in societatem armorum adsumptis. legatos quoque ad sollicitandum Latium passim dimittunt. sed recens ad Regillum lacum accepta cladis Latinos ira odioque eius quicumque arma suaderet ne ab legatis quidem violandis abstinuit. conprehensos Volscos Romam duxere. 15 ibi traditi consulibus indicatumque est Vulscos Hernicosque parare bellum Romanis. relata re ad senatum adeo fuit gratum patribus, ut et captivorum sex milia Latinis remitterent et de foedere, quod prope in perpetuum negatum fuerat, rem ad novos magistratus traicerent. enim vero tum 20

3. *quae mitterent Latinis:* supplendum est *et misissent ni* cet.
5. *Vulscoque:* PM] Volscoque. — Sic paulo post *uulscum agrum..uulscos.* — P: *nec oppinata.*
9. *inde abductae:* P. *in abducte:* M.
11. *in societatem armorum* (P m. 1.: armoris) *adsumptis:* PM.
13. *accēpta cladis:* PM] accepta clades.
15. *conpraehensos:* M.
16. *indicatum est uulscos:* M. sed iam m. 1. supra *est* additum *quae.*
17. *relata re ad senatum adeo fuit gratum patribus:* P m. 2. M. *relata res:* P m. 1. Harl. I. — Alii codd. Drak.: *relata res . . grata.*
18. *sex milia:* PM] sex millia.
20. *traicerent:* PM et rell. codd.] reiicerent (ed. Frob.). Cum Livius in simili re saepissime verbo *reiciendi* usus sit, vix dubium videatur quin hoc etiam loco pro eo quod in omnibus codd. inest, cum edit. Froben. scribendum sit *reicerent.* nihilo minus tamen aliqua dubitatio me tenet, num Livius id quod per se voce *reiciendi* significatur, hoc lo-

Latini gaudere facto, pacis auctores in ingenti gloria esse. coronam auream Iovi donum in Capitolium mittunt. cum legatis donoque qui captivorum remissi ad suos fuerant magna circumfusa multitudo venit. pergunt domus eorum apud quem quisque servierant, gratias agunt liberaliter habiti cultique in calamitate sua. inde hospitia iungunt. numquam alias ante publice privatimque Latinum nomen Romano imperio coniunctius fuit.

XXIII. Sed et bellum Vulscum imminebat et civitas secum ipsa discors intestino inter patres plebemque flagrabat odio maxime propter nexos ob aes alienum. fremebant se foris pro libertate et imperio dimicantes domi a civibus captos et oppressos esse, tutioremque in bello quam in pace et inter hostis quam inter cives libertatem plebis esse: invidiamque eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitas accendit. magno natu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum proiecit: obsita erat squalore vestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti: ad hoc promissa barba et capilli efferaverant speciem oris. noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse

co maiore aliqua vi dicere voluerit, ut consules non tam *reicere* Latinorum rem ad novos magistratus voluisse viderentur, quasi ipsi ei vacare noluissent, quam eam illis commendare atque probandam proponere, ut cum ipsi aliarum et gravium rerum curis occupati rem peragere non potuissent, ita quidem ostenderent, se rei Latinorum favere et consultum velle.

3. *qui captiuorum:* P m. 2. M. cui captiuorum: P m. 1.
4. *pergunt domus:* P m. 1. Leid. 1.] pergunt domos.
5. *seruierant:* PM.
9. *bellum uulscum:* PM] bellum Volscum.
10. *flagrabat:* M m. 2. fraglabat: M m. 1. P. — M: *premebant* pro *frem.* — P m. 1.: a ciuib*is*.
14. *et inter hostis:* PM] inter hostes.
15. *gliscentem:* P. cliscentem: M.
16. *cum omnium maiorum suorum insignibus:* PM. Lipsius restituit *malorum.* — M m. 1.: qualore. m. 2.: *squalore.* M m. 1.: *pempti.* m. 2.: *pempt'.*
19. *promissa:* M m. 1. P. prolixa: M m. 2.
20. *et ordines duxisse agebant:* M. *et ordine duxisse aieb.:* P.

iebant aliaque militiae decora vulgo miserantes eum iactabant: ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices adverso pectore ostentabat. sciscitantibus unde ille habitus unde deformitas, cum circumfusa turba est prope in contionis modum, Sabino bello ait se militantem, quia propter populationes agri non fructu modo caruerit sed villa incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tempore inperatum aes alienum fecisse: id cumulatum usuris primo se agro paterno avitoque exuisse deinde fortunis aliis, postremo velut tabem pervenisse ad corpus: ductum se ab creditore non in servitium sed in ergastulum et carnificinam esse. inde ostentare tergum foedum recentibus vestigiis verberum. ad haec visa auditaque clamor ingens oritur. non iam foro se tumultus sustinet sed passim totam urbem pervadit. nexu vincti solutique se undique in publicum proripiunt, inplorant Quiritium fidem. nullo loco deest seditionis voluntarius comes. multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. magno cum periculo suo qui forte patrum in foro erant in eam turbam inciderunt. nec temperatum manibus foret, ni propere consules P. Servilius et Ap. Claudius ad conprimendam seditionem intervenissent. at in eos multitudo versa ostentare vincula sua deformitatemque aliam, haec se meritos dicere exprobrantes suam quisque alius alibi militiam, postulare multo minaciter magis quam suppliciter ut senatum voca-

4. *cum circumfusa turba est:* M] cum circumfusa turba esset. cf. 8, 8: *cum descensum in aciem est.* 45, 34. al. — M m. 1.: *non fructum.*

7. *iniquo suo tempore:* M m. 1. P. iniquū: M m. 2. — Paulo post M: *exuisse se deinde.*

14. *se tumultus sustinet:* PM] continet (Harl. I.).

15. *nexu uincti solutiq. se undique:* P. — M m. 1.: inexsui uinctis solutiq. secundiq. m. 2.: innexsui *cet.* — num *inde nexu?*

16. *inplorant Quiritium fidem:* M m. 1. P. inprobant: M m. 2.

21. *et App. Claudius.* — PM: *et a. p̄. claudius.*

22. *at in eos:* M m. 2. Harl. I.] in eos (P). M m. 1.: *ad in eos.*

25. *multo minaciter magis:* M. minaciter magis: P.

rent: curiamque ipsi futuri arbitri moderatoresque public consilii circumsistunt. pauci admodum patrum quos casu obtulerat contracti ab consulibus, ceteros metus non curi modo sed etiam foro arcebat: nec agi quicquam per infre
5 quentiam poterat senatus. tum vero eludi atque extrahi s multitudo putare, et patrum qui abessent, non casu no metu sed inpediendae rei causa abesse, et consules ipso tergiversari, nec dubie ludibrio esse miserias suas. iam prop erat ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras homi
10 num, cum incerti morando an veniendo plus periculi con traherent, tandem in senatum veniunt: frequentique tander curia non modo inter patres sed ne inter consules quider ipsos satis conveniebat. Appius, vehementis ingenii vir, in perio consulari rem agendam censebat: uno aut altero ac
15 repto quieturos alios: Servilius, lenibus remediis aptior, con citatos animos flecti quam frangi putabat cum tutius tu facilius esse.

XXIV. Inter haec maior alius terror Latini equit cum tumultuoso advolant nuntio, Vulscos infesto exercit
20 ad urbem oppugnandam venire. quae audita — adeo du ex una civitate discordia fecerat — longe aliter patres a plebem adfecere. exultare gaudio plebis, ultores superbia patrum adesse dicere deos. alius alium confirmare ne n mina darent, cum omnibus potius quam solos perituros: p
25 tres militarent, patres arma caperent, ut penes eosdem p ricula belli penes quos praemia essent. at vero curia ma sta ac trepida ancipiti metu et ab cive et ab hoste Serv lium consulem, cui ingenium magis populare erat, orare

3. *contracti ab consulibus:* PM.
5. *tum uero eludi atq. extrahi se multitudo putaret et patrum qui:* PM. — M: *nec dubiae.* et paulo post m. 1.: *iam properat.* m. 2.: *iam prope erat.*
11. *frequentiq. tandem curia:* PM.
15. *quieturos alios:* P. quiet ros | alius: M. — P m. 1 *concitatus.*
16. *cum tutius tum facilius e se:* PM.
19. *Vulscos:* PM] Volscos.
22. *plebis:* P m. 1. Leid. 1.] pleb
25. *penes eosdem:* P. poen eosdem: M.

ntis circumventam terroribus expediret rem publicam. tum onsul misso senatu in contionem prodit. ibi curae esse patribus ostendit ut consulatur plebi: ceterum deliberationi de maxima quidem illa sed tamen parte civitatis metum pro universa re publica intervenisse: nec posse, cum hostes 5 prope ad portas essent, bello praevertisse quicquam, nec si

2. *ibi curae esse patribus:* P. — M m. 1.: ibi cura esset patribus. m. 2.: esse.

5. *nec posse, cum hostes prope ad portas essent, bello praevertisse quicquam:* P. bello puertisse nec quicquam nec sit | laxamenti: M. — *Nec posse bello praevertisse quicquam* scil. *se:* „weder könnten sie irgend etwas für dringender gehalten haben als die Berathung über den Krieg, da die Feinde fast an den Thoren wären, noch, wenn eine Erleichterung möglich sei, gereiche es dem Volke zur Ehre, nur nach empfangenem Lohn die Waffen für's Vaterland ergriffen zu haben, so wie es sich auch nicht für die Väter gezieme, aus Furcht nicht aus freiem Antrieb auf das Wohl der Ihren bedacht gewesen zu sein". *praevertisse* recte scriptum est, cum in senatu de republica iam deliberatum esset: quamquam etiam *nec potuisse praevertere quicquam* dici poterat. sed Livius et alias hoc dicendi genere usus est. nec sine causa. cum enim praesenti tempore utamur, si de instantibus manentibusve nec immutandis rebus dicendum est, subtilius etiam scriptum est *posse praevertisse* quam alterum illud; ut ita id quod verbo *posse* significatur, pro recta iustaque rerum agendarum ratione manere atque etiam postea valere necesse videatur, cum *praevertisse* pertineat ad unum illud agendi consilium quo in senatu tunc usi erant: *nec posse quidquam eius momenti videri, ut id bello a se praevertendum fuerit*". hoc idem etiam melius cognosci potest ex verbis sequentibus et *honestum esse cepisse* et *decorum esse consuluisse.* quod si L. dixisset *honestum esse capere arma pro patria*, id pertinebat ad quamcumque similem rem occasionemve pro patria pugnandi, quem ad modum illud Horatianum *dulce et decorum est pro patria mori*, cum *cepisse* spectaret ad unum illud tempus de quo agebatur. cf. etiam 3, 41: „*erit melius vocem non misisse nisi de quo consulimus*". 3, 48: „*proinde quiesse erit melius*". locus 24, 18. qui huc in primis pertinere poterat videri „*remp.*

sit laxamenti aliquid, aut plebi honestum esse nisi m
prius accepta arma pro patria non cepisse, neque p
satis decorum per metum potius quam postmodo vol
adflictis civium suorum fortunis consuluisse. contioni
5 edicto addidit fidem, quo edixit ne quis civem Ron
vinctum aut clausum teneret, quo minus ei nominis
apud consules potestas fieret, neu quis militis donec
stris esset bona possideret aut venderet, liberos nep
4. *sub auctore:* P m. 2. M. sub *a*ctore: P m. 1.
6. *mouit:* M m. 1. P. mou*e*t: M m. 2.
— *ut urbem excederent uul-sci:* PM. — P: pr*e*cones. — M: dimittuntur | u*t* omnes: sed *t* m. 2.
8. *discurrentis:* PM m. 1.] discurrentes (P m. 2. M m. 2.). — P m. 1.: conscelerat*us*.
14. *Tullius:* PM] Tullus.
— *eueniret:* PM Harl. 1. Leid. 1.] veniret. — Non dubitavi hoc loco id quod in optimis quibusque codd. repertum est, pro vero habere: et quod Livius verbis cum particula *ex* compositis inprimis uti solebat, etiam si ea apud alios scriptores non ita l (1, 45.: *eccelebrata* et quod h. l. in ve *niendi* propria qua inest, ut L. dicere voluisse „ut quisque *egressus* ad eum u cum *venisset*". — M *rendo.*
18. *contionis:* PM] con
— *ueteres p. r. iniur desque gentis Vulsc ut omnia inquit:* PM ctissime ita se omnia ut mirum sane videa interpretes Livianae periti dubitare potuer potissimum loco Tul inciperent. persaepe ut hoc loco *ut*, coniu

mani iniurias cladesque gentis Volscorum — ut omnia" inquit „obliviscamini alia, hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo fertis qua per nostram ignominiam ludos commisere? an non sensistis triumphatum hodie de vobis esse? vos omnibus — civibus peregrinis tot finitimis populis — 5 spectaculo abeuntes fuisse, vestras coniuges vestros liberos traductos per ora hominum? quid eos qui audivere vocem praeconis, quid qui nos videre abeuntes, quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obvii, existimasse putatis nisi aliquid profecto nefas esse: quod, si intersimus spectaculo, 10 violaturi simus ludos piaculumque merituri, ideo nos ab sede piorum coetu concilioque abigi? quid deinde illud non succurrit vivere nos, quod maturarimus proficisci? — si hoc profectio et non fuga est. et hanc urbem vos non hostium ducitis, ubi si unum diem morati essetis, moriendum 15 omnibus fuit? bellum vobis indictum est magno eorum malo

ab orationis initio remotiores videmus, inprimis ubi ea orationis pars cui coniunctio addebatur, maiore quadam vi pronuntianda erat: qua re omnis elegantia evanesceret, si quem ad modum Drakenb. voluit, etiam ante *uetere*s poneretur *ut*. verum interpretes in errorem induxerit, quod neutrum *omnia* sequeretur: sed hoc ipso genere L. non modo *uetere*s *iniuria*s *clade*sque significare sed multa alia quae Volscorum animos offendissent, complecti voluit.

3. *qua per nostram ignom.:* PM. — P m. 1.: commissere. M: commiserea*m* non. — P m. 1.: sens*e*stis. — P m. 1.: ūros liberos. — P m. 1.: quia | audiuere.

8. *quid qui nos uidere abeuntes:* PM et rell. codd.] quid qui vos *cet.*

9. *aliquid profecto nefas esse:* M] aliquod *cet.*

10. *quod si intersimus:* PM Harl. 1, Leid. 1] quo si intersimus.

11. *ideo nos ab sede:* P m. 2. M. *ideoque nos ab sede:* Leid. 1. — P m. 1.: *ide nos piorum coetu consilioque.* — In M scriptum erat m. 1. *plorum*, m. 2.: *tēplorum* pro *piorum*, et *cūmetu* pro *coetu*, sed ita ut *ū* m. 2. esset. videtur igitur in antiquiore libro *cōetu* fuisse.

13. *quod maturarimus proficisci:* PM. *quod maturauimus proficisci:* Harl. 1. — *maturau'imus.*

— *si hoc profectio:* PM Harl. 1. cod. Rhen.

qui indixere, si viri estis". ita et sua sponte irar
et incitati domos inde digressi sunt, instigandoque su
que populos efficere ut omne Vulscum nomen defi

XXXIX. Imperatores ad id bellum de omnium
5 lorum sententia lecti Attius Tullius et C. Marcius
manos, in quo aliquanto plus spei repositum: qua
nequaquam fefellit, ut facile appareret ducibus va
quam exercitu rem Romanam esse. Cerceios profe
mum colonos inde Romanos expulit liberamque ear
10 Volscis tradidit: inde in Latinam viam transversis
bus transgressus Satricum Longulam Poluscam Cori

3. *efficere:* M] effecere.
— *Vulscum:* PM] Volscum. — M: *difficeret:* haud scio an recte.
5. *Attius tullius et . e. n. marcius:* PM.
— *exul Romanos:* P m. 1.] exsul Romanus.
6. *quam spem nequaquam fefellit:* PM.
8. *Cerceios:* M Harl. 1.] Circeios. — Apud Plinium quoque 3, 5. 56. in optimo cod. Chiffletiano scriptum est *Cerceios.*
10. *Volscis:* M. *uuolscis:* P.
11. *Longulam:* P longuiam: M.
— *Bouellas*] novella haec. — PM et rell. codd.: *nouellam.* Nomen urbis Latinorum cuiusdam in hac voce latere interpretes recte videntur vidisse: (cf. 1, 38.: „Corniculum .. Medullia Nomentum: *haec* de Priscis Latinis capta oppida":). Jac. Gronovius pro *nouellam* legendum esse *Mugillam* vel *Moegillam* censet, cum Dionysius 8, 36. Μοεγιλαινοί inter
Coriolano capta no
sed longe veri simi
tur quod J. Fr.
coniecerat, pro *noue*
bendum esse *Bovil*
quod ad externam h
rum nominum simi
attinet, litteras *n*,
saepe in vicem p
esse notissimum est
nus saepe *ā* pro *as*
tra est scriptum: si
in Put. et in Colb
ad aegatis insulā
aegatis insulas. v
men non *Bovillas*
uellas a Livio scri
bitror. idem *Bouell*
cod. Snakenburg. a
nium, 3, 5., et in tal
tingeriana *Bovillaru*
Bobellae h. e. *Bou*
hibetur. sed cur ho
mum oppidum hoc k
vio scriptum putem,
est causa. quamquam
nominibus captorum
lano oppidorum rec

vellas: haec Romanis oppida ademit: inde Lavinium recipit; tum deinceps Corbionem Vetelliam Trebium Labicos Pedum cepit: postremum ad urbem a Pedo ducit, et ad fossas Cluvilias quinque ab urbe milia passuum castris positis populatur inde agrum Romanum, custodibus inter po- 5 pulatores missis qui patriciorum agros intactos servarent, sive infensus plebi magis sive ut discordia inde inter patres plebemque oreretur. quae profecto orta esset, adeo tribuni

nec Dionysius et Plutarchus consentiunt, tamen id uterque tradit, ab *Coriolis* captis Coriolanum ad expugnandas *Bolas* (Dionys. 8, 20.) vel *Bollas* (Plut. Cor. 29.), inde *Lavinium* accessisse. Plutarchus etiam hoc Bollanorum oppidum haud amplius centum stadiis ab Roma abfuisse scribit. hoc vero oppidum nullum aliud fuisse potest quam *Bovillae:* et cum Dionysius 8, 18. et 8, 20. ancipitem *Bolanorum* mentionem fecerit, hoc altero loco sicut 5, 61. ubi *Boialanorum* populum nominat, cum Sig. Gelenio et Frid. Sylburgio Βοίλλαι vel Βοέλλαι scribendum est et Βοιλλανῶν. quod si apud Livium restituerimus *Bouellas*, easdem has tres urbes, quas apud Dionysium et Plutarchum, etiam apud Livium habebimus: quod in tam difficili re non parvi momenti est. prius apud Dionys. oppidum Aequorum erat, quod apud Livium 4, 49. in optimis libris non *Bola* sed *Vola* eiusque oppidani *Volani* nominantur.

1. *recipit:* P cod Rhen. Harl. I.] recepit (M). — Deinde scripsimus *tum* pro *tunc*, quod in codd. est. cf. T. Livi l. xxx. p. LXVI. 17.

2. *Vetelliam*] Vitelliam. — PM cod. Rhen. Harl. I.: *ueteliam.* idem videtur oppidum esse quod 5, 29. *Vitellia* nominatur. — *Trebium* ex omnibus codd. restituimus pro *Trebiam.* Plinius *Trebanorum* mentionem facit; Ptolemaeus habet oppidum Τρήβα. — *Labicos* scripsimus cum PM cod. Rhen. Harl. I. pro *Lavicos.* utrumque enim nomen et apud Graecos et apud Livium repperimus: 4, 49. in PM *lauicos;* 26, 9. in Put. *agrum in labicanum.* — M: coepit.

3. *postremum:* PM. *postremo:* cod. Rhen. — M: ad urbem *ad* pedo.

4. *Cluuilias:* P m. 1. cod. Rhen.] cluilias. — P m. 2. M Harl. I.: *cluuillas.* cf. 1. 23. ubi in v. 16. in M *cluiuilius* h. e. et *cluilius* et *cluuilius.* — PM: *milia.* — M m. 1.: interpulatores. m. 3.: inter populatores.

8. *oreretur:* PM.

iam ferocem per se plebem criminando in primores civitatis instigabant: sed externus timor — maximum concordiae vinculum — quamvis suspectos infensosque inter se iungebat animos. id modo non conveniebat quod senatus consu-
5 lesque nusquam alibi spem quam in armis ponebant, plebes omnia quam bellum malebat. Sp. Nautius iam et Sex. Furius consules erant. eos recensentes legiones, praesidia per muros aliaque, in quibus stationes vigiliasque esse placuerat, loca distribuentis multitudo ingens pacem poscen-
10 tium primum seditioso clamore conterruit, deinde vocare senatum referre de legatis ad C. Marcium mittendis coegit. acceperunt relationem patres, postquam apparuit labare plebis animos: missique de pace ad Marcium oratores atrox responsum retulerunt: si Vulscis ager redderetur, posse agi
15 de pace: si praeda belli per otium frui velint, memorem se et civium iniuriae et hospitum beneficii adnisurum ut appareat exilio sibi inritatos non fractos animos esse. iterum deinde idem missi non recipiuntur in castra. sacerdotes quoque suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium
20 traditum est: nihilo magis quam legatos flexisse animum.

XL. Tum matronae ad Veturiam matrem Coriolani Volumniamque uxorem frequentes coeunt. id publicum consilium an muliebris timor fuit, parum invenio: pervicere certe ut et Veturia magno natu mulier et Volumnia duos

3. *quamuis:* M et in marg. P. — P: uinculum *quam* suspectos. — M m. 1.: infessosque.
5. *plebes:* PM Harl. 1. — P: *s. p̄.* nautius.
9. *distribuentis*] distribuentes. — P m. 1.: distribuend*is.* P m. 2. M: distribuentes.
11. *ad cn̄. marcium:* M. *ad c. n̄. marciun:* P. — P m. 1.: lausare. m. 2.: labare.
14. *retulerunt si uulscis:* PM] rettulerunt si Volscis.
16. *adnisurum:* PM.
17. *exilio sibi inritatos non fractos animos esse:* P. exilio *animos* | *esse* sibi inritatos non fractos ani | mos esse: M: sed prius *animos esse* erasum est.
18. *idem missi:* PM Harl. 1. Leid. 1.] iidem missi.
20. *traditum est: nihilo magis quam legatos flexisse animum:* PM.
24. *ut et Veturia:* PM.

parvos ex Marcio ferens filios secum in castra hostium irent, et quoniam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrimisque defenderent. ubi ad castra ventum est nuntiatumque Coriolano est adesse ingens mulierum agmen, in primo — ut qui nec publica maiestate in legatis nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque relegione motus esset — multo obstinatior adversus lacrumas muliebres erat. dein familiarium quidam, qui insignem maestitia inter ceteras cognoverat Veturiam inter nurum nepotesque stantem, „nisi me frustrantur“ inquit „oculi, mater tibi coniunxque et liberi adsunt“. Coriolanus prope ut amens consternatus ab sede sua cum ferret matri obviae conplexum, mulier in iram ex precibus versa „sine prius quam conplexum accipio sciam“, inquit, „ad hostem an ad filium venerim, captiva materne in castris tuis sim. in hoc me longa vita et infelix senecta traxit, ut exulem te deinde hostem viderem? potuisti populari hanc terram quae te genuit atque aluit? non tibi, quamvis infesto animo et minaci perveneras, ingredienti fines ira cecidit? non, cum in conspectu Roma fuit, succurrit *intra illa moenia domos ac*

2. *et quoniam:* M cod. Rhen.] et quam. — idem *quoniam* in P Harl. I. Leid. I. est, sed scriptum *qm̄* ut semper fere. si *et quam* recte h. l. se haberet, desiderari etiam posset pro Liviana oratione „*eam* mulieres defenderent“. — M: p̄cibus.

4. *nuntiatumque Coriolano est:* PM] nuntiatumque Coriolano. — P m. 1.: mulierem. m. 2.: mulierum.

6. *offusa:* M m. 1. P. *effusa:* M m. 2.— P m. 1. *relegione.* — M m. 1.: *lacrumas.*

8. *dein familiariam quidam:* PM. — PM: *maestitiam.* — M: frustantur inquid.

10. *mater tibi coniunxque et liberi adsunt:* PM. sed in P additum est *tibi* m. 2.

11. *prope ut amens:* PM. — M m. 1.: conternatus. m. 3.: consternatus.

14. *accipio sciam:* PM.

15. *in castris tuis sim. in hoc:* P. *in castris tuis* | *in hoc:* M. — M m. 1.: non *ti* quamuis m. 3.: *non tibi.*

19. *perueneras:* P. — M: *peruenerant:* scil. *Volsci?* sed in antiquiore libro erat fortasse minus diligenter scriptum *peruenerās.*

20. *domos:* P m. 1.] domus. — PM: *coniunx.*

penates mei sunt, mater coniunx liberique? ergo e
peperissem, Roma non oppugnaretur, nisi filium ha
libera in libera patria mortua essem: sed ego nihil ia
nec tibi turpius quam mihi miserius possum: nec
5 miserrima, diu futura sum: de his videris, quos si
aut inmatura mors aut longa servitus manet". uxor
ac liberi amplexi, fletusque ab omni turba mulierum
et conploratio sui patriaeque fregere tandem virum
plexus inde suos dimittit et ipse retro ab urbe cast
10 vit. abductis deinde legionibus ex agro Romano inv

1. *ergo ego nisi peperissem:* M. et P in marg. — P: ergo ego *si non* pep. — PM: *libera in libera patria.*

4. *nec tibi turpius quam mihi miserius possum:* PM (nisi quod *t* in *tibi* erasum est in P)] nec tibi turpius nec mihi miserius possum. — Quod Bekkerus codicem Dr. Gaertn. secutus scripsit („mir kann nichts begegnen, was für dich entehrender wäre oder mich unglücklicher machen könnte":), per se quidem ferendum videtur, nec tamen id est, quod Livius Veturiam dicere voluit. si id quod in optimis codd. est „*nec tibi turpius quam mihi miserius .. nec .. diu futura sum*" ita connectendum esset, ut [illegible] *nihil* relatum si- [illegible] *noch*", uni- [illegible] servata esset [illegible] in quo scri- [illegible] *hil iam pati* [illegible] *ius quam tibi* [illegible] *nec .. diu* [illegible] verbo- rum structura osten hoc quidem L. dicere prius *nec* igitur cu coniungendum est, q modum *nihil non* s lebat „*sed ego ni pati possum quod turpius quam mihi fuerit*". ita enim filium deterrere vult consilio urbis oppu perstare velit: sed perstare velit, se non perstitem fore urbis „*mir aber kann ni gegnen, was nicht d zur Schande gereic mir zum Elend. do auch so, wiewohl i unglücklich bin, so ich es doch nicht mehr sein: an dei der aber denke*" ce

— *nec ut sum:* M] ne — M m. 1.: miserima miserrima. — M: qu gis. — M: aut long uitus.

9. *et ipse:* M] ipse. — perisset tradunt alia

ppressum perisse tradunt alii alio leto: apud Fabium longe ntiquissimum auctorem usque ad senectutem vixisse eunem invenio: refert certe hanc saepe eum exacta aetate ısurpasse vocem, multo miserius seni exilium esse. non inviderunt laude sua mulieribus viri Romani: adeo sine obtrectatione gloriae alienae vivebatur: monumento quoque quod esset, templum Fortunae muliebri aedificatum dedicatumque est. Rediere deinde Volsci adiunctis Aequis in agrum Romanum, sed Aequi Attium Tullium haut ultra tulere ducem. hinc ex certamine, Vulsci Aequine imperatorem coniuncto exercitui darent, seditio deinde atrox proelium ortum. ibi fortuna populi Romani duos hostium exercitus haut minus pernicioso quam pertinaci certamine confecit. Consules Titus Sicinius et C. Aquilius. Sicinio Vulsci, Aquilio Hernici

4. *miserius seni exilium esse:* M m. 1. P. miserius *se in* exilium esse: M m. 2.
— *non inuiderunt laude sua:* PM Harl. 1. Leid. 1.] non inviderunt laudes suas. — Cf. Quintil. 9, 3. 1. *(interdicere:)*. — P m. 1. M m. 1.: muliebribus. — M: uiri | romani r̄. adeo.
6. *uiuebatur:* M m. 2. P. uiuebantur: M m. 1.
— *monumento quoque quod esset:* M m. 1. P et rell. codd. — M m. 2.: monimentū quoque quod esset. — Ad *vivebatur* addi voluit Cuiacius ex suis manuscriptis: „*tunc enim primum sancitum fuit ut mulieribus de uia cederetur, ut inauribus aureis, ut purpura ueste, ut aureis segmentis, ut nouo uittae discrimine uterentur*". sed haec omnia ex Valerii Max. lib. 5. ab aliquo exscripta esse, recte viderunt interpretes. J. Fr. Gronovius vero scribendum censet „*monumentoque quod esset*"; sed recte se habet *quoque*. publice igitur senatus mulieres non modo laudavit, sed etiam monumento huius rei templum fortunae muliebri aedificari iussit.
9. *Attium Tullium:* PM] Attium Tullum.
10. *Vulsci Aequine:* P. *uulsi aequine:* M. — M: proelium *h*ortum. — M: *duos hostium exercitus.*
12. *haut minus:* P m. 1. *aut minus:* M m. 1.
13. *cons. titus sicinius:* P m. 2. M. cons. titus siccinius: P m. 1. — PM: *et c. aquillius.* cf. 2, 4. — P m. 2.: et c. *ae*quilius.
14. *Vulsci:* P] Volsci. — M: *uulsi.* — PM: *aquilio.* —

— nam ii quoque in armis erant — provincia evenit. Hernici devicti, cum Vulscis aequo Marte discessur

XLI. Sp. Cassius deinde et Proculus Vergin sules facti. cum Hernicis foedus ictum, agri part
5 ademptae. inde dimidium Latinis dimidium plebi c consul Cassius erat. adiciebat huic muneri agri aliq quem publicum possideri a privatis criminabatur. id quidem patrum ipsos possessores periculo rerum terrebat. sed et puplica patribus sollicitudo inerat, l
10 consulem periculosas libertati opes struere. tum prin agraria promulgata est numquam deinde ad hanc m sine maximis motibus rerum agitata. consul alter l resistebat auctoribus patribus nec omni plebe ad quae primo coeperat fastidire munus vulgatum a civ
15 in socios: saepe deinde et Verginium consulem in nibus, velut vaticinantem audiebat, pestilens collegae esse, agros illos servitutem iis qui acceperint laturo

PM: *hii* quoque. — M: *prouincine . uenit.* P: prouincie uenit. — M: *cum uulscis.*

3. *et Proculus Verginius cōs.:* PM] et Proculus Virginius consules. — P: *s. p. cassius.* — M: quaem publicum.

9. *puplica:* P] publica.

11. *numquam deinde ad hanc memoriam:* M] nunquam deinde usque ad hanc mem. — PM: *cōs. alter.* — M: ceperat fastidire.

14. *munus uulgatum a ciuibus isse in socios:* P. munus uulgatum a ciuibus *egisse* in socios: M. munus uulgatum a ciuibus *esse* in socios: cod. Rhen. Leid. 1. — Si *fastidire* cum *munus* cohaerere debet, recte iudicat J. Fr. Gron. *isse* expungendum esse. sed *fastidire* refere detur ad *cassium,* *tum munus isse* it est quem ad modu *tum ire* ac similia: gleichgültig gegen ih den, dafs er sein eben so gut den I nossen wie den Bürg zukommen lassen *uulgatum isse* ig idem est quod *uulg* *oppugnatum ire* (idem quod *oppugna*

15. *et Verginium cōs. tionibus:* PM] et V consulem in conc. — uatiginantem. m. 3.: — M m. 1.: seruit m. 3.: seruitutem.

17. *qui acceperint:* ed. I *acceperant:* PM et r

iam fieri. quid ita enim adsumi socios et nomen Latinum? uid attinuisse Hernicis paulo ante hostibus capti agri parem tertiam reddi, nisi ut hae gentes pro Coriolano ducem Cassium habeant? popularis iam esse dissuasor et intercessor legis agrariae coeperat. uterque deinde consul ut certatim plebi indulgere. Verginius dicere passurum se adsignari agros, dum ne cui nisi civi Romano adsignentur. Cassius, quia in agraria largitione ambitiosus in socios eoque civibus vilior erat, ut alio munere sibi reconciliaret civium animos, iubere pro Siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. id vero haud secus quam praesentem mercedem regni aspernata plebes: adeo propter suspicionem insitam regni, velut abundarent omnia, munera eius in animis hominum respuebantur. quem, ubi primum magistratu abiit, damnatum necatumque constat. sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant: eum cognita domi causa verberasse ac necasse peculiumque filii Cereri consecravisse: signum inde factum esse et inscriptum *ex Cassia familia datum.* invenio apud quosdam idque propius fidem est, a quaestoribus Caesone Fabio et L. Valerio diem dictam perduellionis

cf. 3, 2.: *dederit.* — PM: quid attinuisse*t.* — PM: pau*lo.*

3. *ut hae gentes.* — PM: ut *e*gentes. P m. 2.: ut *he* gentes. — *ducem:* P] duce.

4. *popularis iam esse:* P. popular*ib.* iam esse: M: sed *ib.* erasum est. — P: iam *eese*-dissuasor. — PM: *et intercessor.*

5. *ut certatim* („*gleichsam* um die Wette) M cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1.] certatim (P).

6. *Verginius:* PM] Virginius.

8. *eoque ciuibus uilior erat:* P. — M m. 1.: eo*s*que ciuibus uiolor erat. m. 3.: eoque ciuibus uio*lenti*or erat. — M m. 1: i*u*uere. — M: pec*c*uniam.

9. *reconciliaret:* PM.

12. *aspernata plebes:* PM. — PM: uelut *h*abundarent. cf. T. Livi l. xxx. p. cv. 4. — M: munera ei in animis. — P m. 1.: respueb*a*tur. — M m. 1.: *h*abiit.

16. *ferant:* PM. — P m. 1.: uerberasse agne casse. m. 2.: *ac necasse.* — M m. 1.: peculumq. m. 3.: pecul*i*umq.

19. *propius fidem est:* PM.

20. *Caesone Fabio:* PM] K. Fabio. — M: *a questorib.* P: *e questoribus.* — M: publice] *des* ea est area. m. 3.: pu-

damnatumque populi iudicio, dirutas publice aedes. ea est area ante Telluris aedem. ceterum sive illud domesticum sive publicum fuit iudicium, damnatur Servio Cornelio Q. Fabio consulibus.

5 XLII. Haud diuturna ira populi in Cassium fuit. dulcedo agrariae legis ipsa per se dempto auctore subibat animos, accensaque ea cupiditas est malignitate patrum, qui devictis eo anno Volscis Aequisque militem praeda fraudavere. quidquid captum ex hostibus est, vendidit Fabius con-
10 sul ac redegit in publicum. Invisum erat Fabium nomen plebi propter novissimum consulem: tenuere tamen patres ut cum L. Aemilio Caeso Fabius consul crearetur. eo infestior facta plebes seditione domestica bellum externum excivit. bello deinde civiles discordiae intermissae: uno animo
15 patres ac plebs rebellantes Volscos et Aequos duce Aemilio prospera pugna vicere. plus tamen hostium fuga quam proelium absumpsit, adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris aedes eodem anno idibus Quintilibus dedicata est: vota erat Latino bello Postumio dictatore: filius
20 eius duumvir ad id ipsum creatus dedicavit. Sollicitati et eo anno sunt dulcedine agrariae legis animi plebis. tribuni plebi popularem potestatem lege populari celebrabant: patres satis superque gratuiti favoris in multitudinem creden-

blice *edes*. P m. 1.: *publice edes est area:* sed eadem ut videtur manu scriptum est *ea* supra *est*. — Harl. 1. Leid. 1.: *eastarea:* h. e. *ea'st area*.

3. *Seruio Cornelio:* PM.

6. *subibat:* M. *subi . bat:* P: littera, quae inter *i* et *b* fuerat, erasa est. — P m. 1.: malignitate.

9. *quidquid:* PM] quicquid. — PM: fabius cōs.

11. *tenuere tamen:* M m. 1. P. *optinuere* tamen: M m. 2.

12. *Caeso Fabius:* P] K. Fabius. — M: *ceso fabius consul.*

13. *plebes seditione domestica:* PM.

15. *patres ac plebs:* PM. — PM: *proelium absumpsit.* — P: sunt *ae*quites.

18. *idibus Quintilibus:* PM.

20. *sollicitati:* P. *solliciti:* M: haud scio an recte.

21. *tribuni plebi:* PM] tribuni plebis. — P m. 1.: *pupularem* potestatem. M m. 1.: *lege pupulari.*

23. *gratuiti fauoris in multitu-*

's esse, largitiones temeritatisque invitamenta horrebant. cerrimi patribus duces ad resistendum consules fuere. ea gitur pars rei publicae vicit nec in praesens modo sed in ienientem etiam annum M. Fabium Caesonis fratrem et nagis invisum alterum plebi accusatione Sp. Cassii L. Va- 5 erium consules dedit. Certatum eo quoque anno cum tri- unis est. vana lex vanique legis auctores iactando inritum nunus facti. Fabium inde nomen ingens post tres continuos consulatus unoque velut tenore omnes expertos tribuniciis certaminibus habitum. itaque ut bene locatus mansit in ea 10 amilia aliquamdiu honos. bellum inde Veiens initum. et Volsci rebellarunt. sed ad bella externa prope supererant vires, abutebanturque is inter semet ipsos certando. accessere ad aegras iam omnium mentes prodigia caelestia prope cottidianas in urbe agrisque ostentantia minas: motique ita 15 numinis causam nullam aliam vates canebant publice privatimque nunc extis nunc per aves consulti, quam haud rite

dinem: M cod. Rhen.] grataiti furoris in multitudine (P). *fauoris in multitudine* etiam in Harl. 1. et Leid. 1. scriptum est. Cum enim patres viderent, tribunos pro potestate a plebe ipsis data quam maxime plebis rebus favere, largitiones quae excitarent singulorum universorumque temeritatem horrebant: „die Väter, in der Meinung dafs die Tribunen auch ohne solche Veranlassungen schon mehr als billig den Wünschen des grofsen Haufens entgegen kämen" cet.

1. *largitiones temeritatisque inuitamenta:* PM Harl. 1. largitionis: Leid. 1. — PM: *pars reip.*

4. *M. Fabium Cesonis fratrem:* M. — P: m. babinium (m. 2.: fabinium) caesonis frēm. — P m. 1.: accu*ssatione*. — PM: *l. ualerium cōs. dedit.*

8. *post tres continuos consulatus:* PM. — PM: *ut bene locatus.* — P: bellum inde uegens. — M: supererant uiros.

13. *is* (m. 3.: *his*) *inter semet ipsos certando:* M] iis (P) cet. — P: inter semet ipsos certando*s:* cf. 1, 19.: interponendo*s*.

15. *cottidianas:* M] quotidianas. — P: cotidian*a* in urbe. — P m. 1.: os*ten*tia minas. m. 2.: ostend*en*tia.

— *motique ita numinis:* P Leid. 1.] motique ira numinis. — P m. 1.: publice*m*.

sacra fieri. qui terrores tamen eo evasere ut Oppia virgo Vestalis damnata incesti poenas dederit.

XLIII. Q. Fabius inde et C. Iulius consules facti. eo anno non segnior discordia domi et bellum foris atrocius fuit. ab Aequis arma sumpta. Veientes agrum quoque Romanorum populantes inierunt. quorum bellorum crescente cura Caeso Fabius et Sp. Furius consules fiunt. Ortonam Latinam urbem Aequi oppugnabant, Veientes pleni iam populationum Romam ipsam se oppugnaturos minabantur. qui terrores cum conpescere deberent, auxere insuper animos plebis: redibatque non sua sponte plebi mos detractandi militiam sed Spurius Licinius tribunus plebis, venisse tempus ratus per ultimam necessitatem legis agrariae patribus iniungendae, susceperat rem militarem impediendam. ceterum tota invidia tribuniciae potestatis versa in auctorem est: nec in eum consules acrius quam ipsius eius collegae coorti sunt, auxilioque eorum dilectum consules habent. ad duo simul bella exercitus scribitur: ducendus Fabio in Veientes,

1. *Oppia:* M. *Opia:* P. — P: *damnata incaesti.* M: damnata incerti.
3. *Julius:* Sig. secundum Dionys. — PM: *et c. tullius. cōs.* — M: eo an*no* segnior dis | cordia. — 5. Roman*um?*
6. *populantes:* M m. 2. P. pupulantes: M m. 1.
7. *Caeso Fabius:* P] K. Fabius. — M m. 1.: *ce*so. m. 2.: ce*sso*.
— *Ortonam:* M cod. Rhen. — P: *a*rtonam. — M: aequi*i* oppugnabant. — P m. 1.: populatio*ne*. m. 2.: population*ū*.
9. *minabantur:* PM. — M m. 1.: o*p*ugnaturos. m. 3.: oppugnaturos. — PM: redi*e*batque.
11. *detractandi:* PM] detrectandi. — PM: *spurius licinius. tr. pl.*
16. *quam ipsius eius collegae* („als seine *eigenen* Coll."): P] quam ipsi eius collegae (ex coni. Mureti). — M: quam ipsius collegae. — PM: *nec in eum cōns.* (P: *cōs.*) *acrius.* — M: co*h*orti *s̄*.
17. *dilectum cōs.:* PM] delectum consules.
18. *ducendus Fabio in Veientes, in Aequos Furio* (P: *spurio*) *datur. et in Aequis* (M: *equis*) *quidem nihil dignum memoria gestum est:* PM] ducendus Fabio in Aequos, in Veientes Furio datur. et in Veientibus quidem nihil dignum memoria gestum

n Aequos Furio datur. et in Aequis quidem nihil dignum memoria gestum est. Fabio aliquanto plus negotii cum ci-

est (cod. Sig. et Harl. II.). — Facere non potui quin hoc loco id quod in omnibus antiquis libris reperitur, restituerem, quamquam 2, 44. et 46. quae his respondere non viderentur, sequi haud ignorabam. ibi enim Etrusci traduntur suorum animos ita inflammasse ut dicerent, non magis secum pugnaturos Romanos quam anno ante cum *Aequis* pugnassent, ubi consensu exercitus tradita ultro victoria victis *Aequis* esset. Verum his duobus locis *non res gestae* referuntur sed orationes ab hostibus habitae, quare facile eius generis errorem scriptoris animum invadere potuisse verisimile fit: si quidem ea interpretatione, quae adhiberi potest, uti noluerimus, ita de industria a Livio scriptum esse, ne Tusci suorum ipsi desidiam, cum Veientes occasione fortuna oblata Romanos devincendi frui noluissent, detegere cogerentur: non enim quod Veientes experti fuerant referendum erat, sed quod in totius Etruriae conciliis *principes sive vera sive falsa fremebant* (2, 45.). sed quae praeter ea me impulerint, ne Sigonianam emendationem probandam censerem, haec sunt: quod eadem quae hoc loco in melioribus libris Livianis leguntur, etiam apud Dionysium 9, 2. et eisdem fere verbis reperiuntur, et quod apud Livium non id modo scriptum est „ducendus exercitus *Fabio* in Veientes, in Aequos *Furio* datur", nam in hoc metathesis quaedam nominum a librariis minus diligentibus facta esse poterat: sed quod deinceps cum apud Livium tum apud Dion. legitur, *in Aequis nihil memoria dignum gestum esse:* quod scriptum esse non potest nisi consilio iudicioque vel scriptorum ipsorum vel doctorum librariorum, cum in eo ne structura quidem verborum vere Liviana, qua id quod de duobus nominibus posterius fuerat, in sequentibus priorem locum obtinere soleret, neglecta sit. ad hoc accedit, quod apud Livium 2, 48. Fabiorum gens Veiens bellum velut familiare sibi deposcit, quippe in quo gerendo tot clarissimi eiusdem unius gentis viri elaborarint; quod apud Dionysium 9, 9. M. Fabius consul liquidissimis verbis dicit, priore anno illam magnam labem inlatam esse ut Romani *hos eosdem Veientes Caesone fratre duce* ab equite iam fusos persequi recusassent: deinde, id quod non parvi momenti est, quod hoc altero anno iterum ad Veiens bel-

vibus quam cum hostibus fuit: unus ille vir ipse
rem publicam sustinuit, quam exercitus odio consul
tum in se fuit prodebat. nam cum consul praeter
imperatorias artes, quas parando gerendoque bell
5 plurimas, ita instruxisset aciem ut solo equitatu emis
citum hostium funderet, insequi fusos pedes noluit.
los et si non adhortatio invisi ducis, suum saltem f
et puplicum in praesentia dedecus, postmodo peric
animus hosti redisset, cogere potuit gradum adceler
10 si alid nihil, instare instructos. iniussu signa referu
stique — crederes victos — exsecrantes nunc impe
nunc navatam ab equite operam redeunt in castra. 1
tam pestilenti exemplo remedia ulla ab imperatore
sunt: adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars

lum proficiscendum erat utpote nondum finitum, cum in Aequos proficisci necesse fuisset, si apud eos non apud Velentes illa ignominia accepta esset. huc denique accedere videtur, quod Livio non hoc uno loco res iam memoratas e memoria excessisse constat, sed etiam alias eum et inprimis in orationibus quodam modo discrepantia cum antecedentibus retulisse, quod in tanta rerum copia vix mirum videatur. — In P m. 1. scriptum erat *nihil memoria dignum.* — PM: *unus ille uir ipse consul remp̄.*

4. *bello edidit plurimas:* PM. *edidit bello plurimos:* Harl. 1. Leid. 1. *plurimas edidit bello:* Lips. — M: *cum eōs. preter.* P: *cum cōs. p̄t̄.* — P: *aequitatu.*

6. *nec illos et si non adhortatio:* PM. Muretus gi voluit. — P: ad M: *inuisu* ducis. — *puplicum.* — PM: p

10. *si alid nihil, instar ctos:* M] si aliud ni instructos. — Cum *aliud* corripiendum, ducendum sit, recti habet *alid.* solitum esse nominibus corre *elum, periclum* al.) codd. multis locis doc saepe apud Lucretium *alid ex alio* repe Pro *instare*, quod P et rell. codd. est, voluit scribi *stare*, videtur *instare* signi *dem in loco, quo ratore acies instru manere.* — Pro *aut* est, et m. 2. *aliud* p — *iniussu signa refer* cod. Rhen. *iniussi:*

vem regant quam qua hostem superent. consul Romam rediit non tam belli gloria aucta quam inritato exacerbatoque in se militum odio. obtinuere tamen patres ut in Fabia gente consulatus maneret: M. Fabium consulem creant: Fabio collega Gneius Manlius datur. 5

XLIV. Et hic annus tribunum auctorem legis agrariae habuit. Tib. Pontificius fuit. is eandem viam, velud processisset Sp. Licinio, ingressus dilectum paulisper inpediit. perturbatis iterum patribus Appius Claudius victam tribuniciam potestatem dicere priore anno in praesentia re, exem- 10 plo in perpetuum, quando inventum sit suis ipsam viribus dissolvi. neque enim umquam defuturum qui et ex collega victoriam sibi et gratiam melioris partis bono publico velit quaesitam: et plures, si pluribus opus sit, tribunos ad auxilium consulum paratos fore, et unum vel adversus omnes 15 satis esse. darent modo et consules et primores patrum operam, ut si minus omnes, aliquos tamen ex tribunis rei publicae ac senatui conciliarent. praeceptis Appii moniti patres et universi comiter ac benigne tribunos appellare, et consulares, ut cuique eorum privatim aliquid iuris adversus 20 singulos erat, partim gratia partim auctoritate obtinuere ut tribuniciae potestatis vires salubres vellent rei publicae esse: quattuorque tribunorum adversus unum moratorem publici

1. *hostem:* P. — M m. 1.: hoste. m. 2.: hostē.
5. *Gneius Manlius.* — Harl. I.: *geneius Manlius.* M: *neus manilius.* P: fabi*nio* (m. 2.: fabio) collega. c. neus manilius.
7. *Tib. pontificius:* Harl. I. cod. Rhen. — M: *t. i. b. pontifiõius.* P: *t. b. pontificius.* — M: uelu*d* processisset. — PM: dilectum. — PM: pauñisper.
10. *exemplo in perpetuum:* P. *exemplo perpetuum:* M.
12. *qui et ex collega:* PM. — M: si plurib. op*ib.* sit. — P m. 1.: opera. m. 2: operā.
19. *et uniuersi:* PM. — *appellare* = appellauere.
20. *ut cuique eorum:* PM Harl. I.] ut cuique. — PM: aduersus singulos era*nt*.
23. *quattuorque tribunorum:* Harl. II. Haverc. — P: *nouemque* tribunorum. M: *noque* tribunorum: sed eadem m. 1. scriptum est *uē* supra *noque.* — *unum moratorem:* M m. 1. P Harl. I. *unum oratorem:* M m. 2. — PM: *dilectum.*

commodi auxilio dilectum consules habent. inde ad Veios bellum profecti, quo undique ex Etruria auxilia convenerant non tam Veientium gratia excitata quam quod in spem ventum erat discordia intestina dissolvi rem Romanam posse principesque in omnium Etruriae populorum conciliis fremebant aeternas opes esse Romanas, nisi inter semet ipsi seditionibus saeviant. id unum venenum eam labem civitatibus opulentis repertam, ut magna imperia mortalia, satis diu sustentatum id malum partim patrum consilis partim plebis iam ad extrema venisse. duas civitates ex una factas, suos cuique parti magistratus suas leges esse; primum in dilectibus saevire solitos, eosdem in bello tamen parumsse ducibus: qualicumque urbis statu manente disciplina militari sisti potuisse. iam non parendi magistratibus morem in castra quoque Romanum militem sequi: proximo bello in ipsa acie in ipso certamine consensu exercitus deditam ultro victoriam victis Aequis, signa deserta, imperatorem in acie relictum, iniussu in castra reditum. profecto si instetur, suo milite vinci Romam posse. nihil aliud spes esse quam indici ostendique bellum, cetera sua sponte fore et deos gesturos. haec spes Etruscos armaverant multis in vicem casibus victos victoresque.

XLV. Consules quoque Romani nihil praeter ea aliud quam suas vires sua arma horrebant. memoria pessimi pro-

6. *inter semet ipsi:* PM Harl. 1.

7. *ciuitatibus opulentis:* P. ciuitatibus opulenti: M m. 1. opulentiõ. m. 3.

9. *consilis:* P m. 1.] consiliis. — M: *iam ad ex | trã uenisse.*

11. *suos cuique parti magistratus:* M m. 2. P. partim: M m. 1.

12. *in dilectibus:* PM] in delectibus. — M: disciplina militaris sisti. — M m. 1: ma | gritatibus. m. 2.: ma | gistratibus.

18. *in castra reditum:* PM. — M: *ei in . . stetur:* mediis litteris erasis. — M: quem indicio. — P m. 1.: ostendique

21. *haec spes Etruscos armauerant:* P m. 1.] ea spes Etruscos armaverat. — P m. 2. M Harl. 1. cod. Rhen.: *ha spes etruscos armauerant* cf. 1, 43. 10.: *et haec.* 4, 36. *ostentatae spes.*

24. *memoria pessimi proxim*

no bello exempli terrebat, ne rem conmitterent eo ubi ae simul acies timendae essent. itaque castris se tenent tam ancipiti periculo aversi: diem tempusque forsitan sum leniturum iras sanitatemque animis adlaturum. Veiens ostis Etruscique eo magis praepropere agere, lacessere ad 5 ıgnam primo obequitando castris provocandoque, postremo : nihil movebant, qua consules ipsos qua exercitum increando: simulationem intestinae discordiae remedium timoris ıventum, et consules magis non confidere quam non crere suis militibus. novum seditionis genus silentium otium- 10 ue inter armatos. ad haec in novitatem generis originisque ua falsa qua vera iacere. haec cum sub ipso vallo portisue streperent, haud aegre consules pati. at inperitae mul-

bello exempli terrebat: P Harl. I. memoria pessimi proximi bello exemplo terrebat: M m. 1. exempli terrebat: m. 2.

3. *periculo auersi:* PM. — P m. 1.: ir*a* sanitatēque. m. 2.: iras.

5. *praepropere agere:* PM. — M: lacess*c*ere. — M: ob*s*equitando. P: obequitan*t*o.

7. *qua consules ipsos qua exercitum increpando:* M Harl. I. — P m. 1.: qua consules ipsos*que* exercitum increpando. m. 2.: qua consules ipsos exercitumq. increpando.

8. *simulationem:* PM. *simulatione:* Harl. I.

9. *magis non confidere quam non credere:* P. *magis confidere quam non credere:* M. *magis non con quam non credere:* Harl. I. — *Credunt* imperatores militibus suis, quod eos in fide sua perstaturos arbitrantur, *confidunt*, quod eos hostibus vel pares esse vel superiores fore putant: „den Consuln erscheine die Stärke und Kraft ihrer Truppen noch bedenklicher als die Treue der Gesinnung". Si quis contrarium in his duobus verbis sensum inesse opinatur, ut *confidere* pertinere videatur ad *fidem*, *credere* ad *vires*, is scribere debebit ex hostium sententia aut *non magis non confidere quam non credere* aut *magis non credere quam non confidere militibus suis:* particulae negativae enim pertinent ad *confidere* et *credere*, nec *magis non* idem est quod *non magis*. — P m. 1.: ad hec inuitatē. m. 2.: innouitatē. — M: haud aegr*ae*.

13. *at* (P m. 1.: *ad*) *inperitae multitudini:* PM. *multitudinis:* Harl. I. Leid. I.

titudini nunc indignatio nunc pudor pectora versa
intestinis avertere malis: nolle inultos hostes, noll
sum non patribus non consulibus: externa et d
odia certare in animis. tandem superant externa,
5 perbe insolenterque hostis eludebat: frequentes i
rium conveniunt, poscunt pugnam, postulant ut sig
tur. consules velud deliberabundi capita conferunt,
locuntur: pugnare cupiebant, sed retro revocanda et
cupiditas erat, ut adversando remorandoque incita
10 militi adderent impetum. redditur responsum inmatu
agi, nondum tempus pugnae esse, castris se tener
cunt inde ut abstineant pugna: si quis iniussu pu
ut in hostem animadversuros. ita dimissis, quo mi
sules velle credunt, crescit ardor pugnandi. accend
15 per hostes ferocius multo ut statuisse non pugnar
les cognitum est, quippe impune se insultaturos, n
militi arma, rem ad ultimum seditionis erupturam f
venisse Romano imperio. his freti occursant porti
runt probra, aegre abstinent quin castra oppugnen

5. *hostis eludebat:* PM. — P m. 1. M: *uelud.*

7. *conlocuntur:* PM] conloquuntur.

8. *retro reuocanda et abdenda cupiditas erat:* Palat. m. *addenda* etiam PM. — Harleiani 1. librarius scripsit *retro uocando et addenda cupiditas erat*, ut ita *addenda* ferri posset. — P m. 1.: incitatos semel. et paulo post m. 1.: rem agni nundum. m. 2.: *rem agi nondum.*

12. *iniussu:* M m. 1. P. iniussus: M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: animo aduersuros. m. 2.: *animaduersuros.*

14. *accendunt insuper:* PM] accedunt insuper. — *accendunt* (scil. hunc Roman dorem) propter *ins* ctissime se habet. *dunt* scribi voluerun *cius* aliter locum ha posse rati videntur. *ferocius multo* (no *ferocius*) *insultante* quid supplendum es post demum L. pe *freti occursant po* Harl. 1.: *accendit ins* M: multo | *et* statu M: non credi*ti* milit m. 1. P: finem quae

17. *ad ultimum seditioni* M m. 1.: *ad ultim se* m. 3.: ad ultimā sedit P: aegræ abstinent. M:

ero non ultra contumeliam pati Romanos posse. totis catis undique ad consules curritur. non iam sensim ut ante er centurionum principes postulant, sed passim omnes clamoribus agunt. matura res erat, tergiversantur tamen. Fa-
ius deinde — ad crescentem tumultum iam metu seditionis 5
ollega concedente — cum silentium classico fecisset: „ego tos, Cn. Manli, posse vincere scio, velle ne scirem ipsi cerunt: itaque certum est atque decretum non dare si-
num nisi victores se redituros ex hac pugna iurant. con-
ulem Romanum miles semel in acie fefellit, deos numquam 10
llet". centurio erat M. Flavoleius inter primores pugnae agitator: „victor" inquit, „M. Fabi, revertar ex acie". si llat, Iovem patrem Gradivumque Martem aliosque iratos vocat deos. idem deinceps omnis exercitus in se quisque rat. iuratis datur signum. arma capiunt, eunt in pugnam 15
arum speique pleni, nuncque iubent Etruscos probra ia-
ere, nunc armatis sibi quisque lingua promptum hostem

1. *Romanos:* M m. 2. Harl. I. — PM: pati romanus posse. Harl. I.: romanos pati posse. — P m. 2.: posse*t* *t*otis. — M: non *tam* sensim. — M m. 1.: clamór*e*bus. — M m. 1.: matur*as* erat. m. 3.: matur*a* *res* erat.
4. *tergiuersantur tamen. Fabius deinde:* PM.
5. *ad crescentem tumultum* („als sein Amtsgenosse bei dem immer stärker werdenden Getümmel aus Furcht vor einem Aufstande schon nachgab"): PM. *ad crescentem tumultu iam metum:* Palat. 1. 3. *accrescente tumultu iam metu:* Harl. I.
7. *Cn. Manli:* Harl. I. — PM: cn̄. manili.
— *uelle ne scirem:* Palat. 3. uelle *ne*scirem: P. uelle*m* *ne*scirem: M.
8. *itaque certum est atque decretum:* P] itaque certum atque decretum est (M). cf. Cic. pro Rosc. Amer. c. 11.: „*certum est deliberatumque*".
9. *se redituros:* P. — M m. 1.: *se*dituros. m. 2.: redituros. — PM: *ex hac pugna iurant.* — P m. 1.: consulem romana*m*.
11. *M. Flauoleius:* P. m. flauoeius: M. — P m. 1.: si fall*ut*. — M m. 1.: matrem. m. 2.: *martem.*
13. *aliosque iratos inuocat deos:* PM cod. Rhen. *aliosque ratos:* Harl. I. — PM: *idem deinceps.*
16. *nuncque iubent:* M] nunc iubent.
17. *nunc armatis.* — PM Harl. I.

offerri. omnium illo die qua plebis qua patrum eximi tus fuit. Fabium nomen Fabia gens maxime enituit: n civilibus certaminibus infensos plebis animos illa pugn reconciliare statuunt.

5 XLVI. Instruitur acies. nec Veiens hostis Etrusca legiones detrectant: prope certa spes erat non magis s pugnaturos quam pugnarint cum Aequis, maius quoqu quod in tam inritatis animis et occasione ancipiti hau sperandum esse facimus. res aliter longe evenit. nam 10 alio ante bello infestior Romanus — adeo hinc contu hostes hinc consules mora exacerbaverant — proelium vix explicandi ordinis spatium Etruscis fuit, cum pilis primam trepidationem abiectis temere magis quam er pugna iam in manus iam ad gladios, ubi Mars est at 15 simus, venerat. inter primores genus Fabium insigne ctaculo exemploque civibus erat. ex his Quintum Fa — tertio hic anno ante consul fuerat — principem in fertos Veientes euntem ferox viribus et armorum arte scus incautum inter multas versantem hostium manus 20 dio per pectus transfigit. telo extracto praeceps Fabi vulnus abiit. sensit utraque acies unius viri casum cec que inde Romanus, cum M. Fabius consul transiluit i tis corpus, obiectaque parma „hoc iurastis“ inquit, „m

cod. Rhen.: nunc armati sibi *quisque:* (non *quemque*, quod desiderari potest: sed *quisque* referri h. l. debet ad *iubent:* cf. 26, 29.: „*quisque*“:). — P. *promtum.*

1. *qua plebis qua patrum:* PM. — M: infessos plebis animos.
6. *detrectant:* P. detraectant: M.
7. *pugnarint:* M] pugnaverint. — P: aliquot. — P m. 1.: occassione accipiti.
11. *exaceruauerant:* PM. cf. 2, 35. fin.
12. *uix explicandi o* („kaum hatten die Et Zeit eine Schlachtlinie den“): PM et rell. vix explicandi ordines (Gron.). cf. 37, 29.: *cuere ordinem.* 2, 49.:
14. *iam in manus:* PM.
17. *fuerat:* P m. 2. M. fu P m. 1.
19. *uersantem.* — PM H Leid. 1.: *uersantes.* — 1.: *h*abiit.
22. *transiluit:* PM Harl. 1

ugientes vos in castra redituros? adeo ignavissimos hostis magis timetis quam Iovem Martemque per quos iurastis? at ego iniuratus aut victor revertar aut prope te hic, Quinte Fabi, dimicans cadam". consuli tum Caeso Fabius prioris anni consul „verbisne istis, frater, ut pugnent te impetraturum credis? dii impetrabunt per quos iuravere. et nos ut decet proceres ut Fabio nomine est dignum, pugnando potius quam adhortando accendamus militum animos". sic in primum infensis hastis provolant duo Fabi totamque moverunt secum aciem.

XLVII. Proelio ex parte una restituto nihilo segnius in cornu altero Gn. Manlius consul pugnam ciebat, ubi prope similis fortuna est versata. nam ut altero in cornu Q. Fabium, sic in hoc ipsum consulem Manlium iam velut fusos agentem hostis et inpigre milites secuti sunt, et ut ille gravi vulnere ictus ex acie cessit, interfectum rati gradum retulere, cessissentque loco ni consul alter cum aliquot turmis equitum in eam partem citato equo advectus vivere clamitans collegam, se victorem fuso altero cornu adesse, rem inclinatam sustinuisset. Manlius quoque ad restituendam aciem se ipse coram offert. duorum consulum

1. *hostis:* M m. 1. P] hostes.
2. *quam Iouem Martemque:* M m. 2. P. — M m. 1.: quam *iouis* martemq. — P m. 1.: dimican*us*.
4. *Caeso Fabius:* ed. Mog. — PM cod. Rhen.: *gaius fabius*. — M: consul*i*, sed *i* erasum est. — M: *te imperaturum*. — M: adortando accendamus.
9. *infensis hastis:* P Harl. 1. Leid. 1.] infestis hastis. — M m. 1.: *infensis hostis*. m. 2.: in infensos hostes. — Cf. Virg. Aen. 10, 521.
— *duo Fabi:* P] duo Fabii.
12. *in cornu altero:* P Harl. 1. Leid. 1.] in altero cornu. — M m. 1.: in cornu altera. m. 2.: in cornu alterā.
— *gn. manlius cōs.:* P] Cn. Manlius consul. — P: ut altero in cornumque fabium in hoc ipsum. m. 2. emendavit.
15. *hostis:* P] hostes. — P m. 1.: et utile graui. M: et ut illi graui.
17. *retulere:* PM] rettulere. — PM: cessissentque loco ni cōs. (P m. 1.: no cōs.) — P m. 1.: turmis | sequitum. — M.: aduectus *uidere* clamitans.

cognita ora accendunt militum animos. simul et va
erat hostium acies, dum abundante multitudine fret
cta subsidia mittunt ad castra oppugnanda. in qu
magno certamine impetu facto dum praedae magi
5 pugnae memores tererent tempus, triarii Romani
mam inruptionem sustinere non potuerunt, missis
sules nuntiis quo loco res essent, conglobati ad pra
redeunt et sua sponte ipsi proelium renovant. et
consul revectus in castra ad omnes portas milite
10 hostibus viam clauserat. ea desperatio Tuscis rabi
gis quam audaciam accendit: nam cum incursant
cumque exitum ostenderet spes, vano aliquotiens in
sent, globus iuvenum unus in ipsum consulem insig
mis invadit. prima excepta a circumstantibus tela,
15 deinde vis nequit. consul mortifero vulnere ictus
sique circa omnes. Tuscis crescit audacia, Romano
per tota castra trepidos agit: et ad extrema ventum
legati rapto consulis corpore patefecissent una port
bus viam. ea erumpunt, consternatoque agmine abe
20 victorem alterum incidunt consulem. ibi iterum ca

1. *simul et uanior iam erat:* P m. 2. — P m. 1.: simul*e*tur et uanior. — M m. 1.: simul et uanior *tam* erat. m. 3.: tum erat. — M: *h*abundante.
3. *in quae haut magno certamine impetu facto:* M. — P: *inde* haud magn*a* (m. 2.: magn*o*).
4. *dum praedae magis quam pugnae memores tererent tempus:* PM] dum . . terunt tempus. (cf. 1, 40.: *dum* . . se rex totus *auerteret.* 10, 18.: *dum* . . *gererentur.* al.)
6. *non potuerunt:* P] non potuerant. — Leid. 1.: non poterant.
7. *quo loco res essent* P: conglobati ad pr
8. *ipsi proelium renou*
9. *milite opposito:* I *a*pposito: M. — M m stibus uiā clausa | PM: aliquotie*ns.*
14. *sustineri deinde uis* P. — M m. 1.: deinde uiis nequid. m
15. *cōs. mortiferō uuln* — P m. 1.: fusique m. 2.: fusique *circa*
17. *ni legati rapto cons pore:* PM. — Harl. 1 gato consulis capto
19. *ea erumpunt:* P m *eam* erumpunt: P m.

que passim. Victoria egregia parta tristis tamen duobus
am claris funeribus. itaque consuli decernente senatu trium-
phum, si exercitus sine imperatore triumphare possit, pro
eximia eo bello opera facile passurum respondit: se fami-
lia funesta Quinti Fabi fratris morte, re publica ex parte 5
orba consule altero omisso, publico privatoque deformem
luctu lauream non accepturum. omni acto triumpho depo-
situs triumphus clarior fuit, adeo spreta in tempore gloria
interdum cumulatior redit. funera deinde duo deinceps col-
legae fratrisque ducit idem in utroque laudator, cum con- 10
cedendo illis suas laudes ipse maximam partem earum fer-
ret. neque inmemor eius quod initio consulatus inbiberat,
reconciliandi animos plebis, saucios milites curandos dividit
patribus. Fabiis plurimi dati nec alibi maiore cura habiti.
inde populares iam esse Fabii nec hoc ulla re nisi salubri 15
rei publicae arte.

XLVIII. Igitur non patrum magis quam plebis studiis
K. Fabius cum Tito Verginio consul factus neque bella ne-
que dilectus neque ullam aliam priorem curam agere quam
ut iam aliqua ex parte inchoata concordiae spe primo quo- 20
que tempore cum patribus coalescerent animi plebis. ita-
que principio anni censuit, priusquam quisquam agrariae le-

1. *uictoria egregia parta:* P. — M m. 1.: uictoriae aegregia parta. m. 2.: uictoria.
2. *itaque consuli decernente senatu triumphum:* P] itaque consul (M). — M m. 1. P: *si exercitus.* M m. 2.: *ne* exercitus. — M m. 1.: pro eximiae obello.
5. *Quinti Fabi:* M m. 1. P] Q. Fabii. — M m. 2.: Fabii.
6. *omisso:* PM Harl. 1.] amisso. M: deformen. — P: omni actu triumpho. — PM: cumulatior rediit. — PM: *duo deinceps.*
14. *Fabiis:* M m. 3. P. *fabii:* M m. 1.
15. *nec hoc ulla re nisi:* P m. 2. M] nec hoc ulla nisi. — P m. 1.: nec hoc nulla re nisi. — PM: salubri reip. parte.
18. *cum Tito Verginio cos.:* PM] cum T. Virginio consul. — PM: *g.* fabius.
— *neque bella neque dilectus:* PM] neque bella neque delectus. — M m. 1.: concordiae spem.

gis auctor tribunus existeret, occuparent patres ipsi
munus facere, captivum agrum plebi quam maxim
qualiter darent: verum esse habere eos quorum sa
ac sudore partus sit. aspernati patres sunt: questi q
5 quidam nimia gloria luxuriare et evanescere vividum
dam illud Caesonis ingenium. nullae deinde urbanae
nes fuere. vexabantur incursionibus Aequorum Latin
cum exercitu Caeso missus in ipsorum Aequorum
depopulandum transit. Aequi se in oppida receperun
10 risque se tenebant. eo nulla pugna memorabilis fuit.
Veiente hoste clades accepta temeritate alterius co
actumque de exercitu foret ni Caeso Fabius in te
subsidio venisset. Ex eo tempore neque pax nequ
lum cum Veientibus fuit: res proxime in formam lat
15 venerat: legionibus Romanis cedebant in urbem, ubi
ctas senserant legiones, agros incursabant, bellum
quietem bello in vicem eludentes. ita neque omitti t
nec perfici poterat. et alia bella aut praesentia instab
ab Aequis Volscisque non diutius quam recens dolor
20 mae cladis transiret quiescentibus, aut mox moturos
parebat Sabinos semper infestos Etruriamque omnem
Veiens hostis, adsiduus magis quam gravis, contumeli
pius quam periculo animos agitabat, quod nullo te
neclegi poterat aut averti alio sinebat. tum Fabia ge
25 natum adiit. consul pro gente loquitur: „adsiduo
quam magno praesidio ut scitis, patres conscripti, l

3. *uarum esse habere eos:* PM.
5. *luxuriare:* P m. 2. M. luxoriare: P m. 1. — M: illud cisonis ingenium. — Paulo post P m. 1.: caesso missus.
rum antiquorum auctoritatem a nobis emendaretur qui aliquo modo posset ferri, h. e. ubi sententia in qua indicativus inest, integra reliqua oratione etiam omitti posset, praesertim cum et aliis bonis scriptoribus idem indicativus interdum probatus fuisset: et ut tum demum coniunctivus scriberetur, ubi in tali sententia totius orationis vis posita esset: ex quorum locorum numero eum de quo agitur *quam dederit* esse nemo non videt.

2. *se tamen utcumque sit etiam nunc penitere:* PM. — M: *si paeniteat.* — PM: sin periurio gaudeat.

5. *dis magis iratis:* PM Harl. I.] diis *cet.*

6. *adeo nihil mouerunt:* PM. adeo nihil *mouere:* Harl. I. — M m. 1. Harl. I.: *ut* prope uiolati *sunt.* M m. 2.: *sint.* — P m. 1.: cosulem alterum. m. 2.: consulem. — Harl. I.: *ex* urbe exciuit.

12. *unus ab statione hostium exclamat: ostentare hoc est Romani non gerere bellum:* PM. unus ab statione: hoc Romani non gerere bellum: Harl. I. — P m. 1.: in*me*minentem.

14. *ad id certamen quod instat:* P. ad id certam*en in* quod instat: M Leid. I. *in* quot instat: Harl. I.

18. *moram certaminis:* M Leid. I.] moram certamini. cf. 9, 43. 21, 32.

cibo somnoque curant. ubi inluxit postero die prio
quanto constitit Romana acies, tandem et Aequi proce
proelium fuit utrimque vehemens, quod et Romanu
odioque pugnabat et Aequos conscientia contracti culp
5 riculi et desperatio futurae sibi post ea fidei ultima a
et experiri cogebat. non tamen sustinere aciem Rom
Aequi, pulsique cum in fines suos se recepissent, nihi
clinatioribus ad pacem animis ferox multitudo increpa
ces, quod in aciem qua pugnandi arte Romanus ex
10 commissa res sit: Aequos populationibus incursionib
meliores esse, et multas passim manus quam magnan
lem unius exercitus rectius bella gerere.

III. Relicto itaque castris praesidio egressi tanto
tumultu invasere fines Romanos ut ad urbem quoqu
15 rorem pertulerint. nec opinata etiam res plus trepida
fecit, quod nihil minus quam ne victus ac prope in
obsessus hostis memor populationis esset timeri po
agrestesque pavidi incidentes portis non populationen
praedonum parvas manus sed omnia vano augentes t
20 exercitus et legiones adesse hostium et infesto agmine
ad urbem clamabant. ab iis proxume audita incerta

3. *quod et Romanus ira odioq. pugnabat et Aequos* cet.: PM. *quod Romanus ira odioq. pugnabat, Aequos* cet.: Harl. I.

6. *non tamen sustinere aciem:* P] non tamen sustinuere aciem.

7. *cum in fines suos se recepissent:* M. cum in fines suos recepissent: P Harl. I. — PM: inclinatoribus. — P m. 1.: commisa aequos. m. 2. addidit *res sit.* — P m. 1. M. m. 1.: pupulationibus. — M m. 1.: bella gererelicto. m. 3. gerérelicto.

14. *ut ad urbem:* M m. 3 *ab* urbē: M m. 1. quam ne uinctus.

21. *ab iis proxume audit* ab his proximi audita Cod. Rhen.: *ab his pr* P Harl. I.: *ab his prox* — *Ab his proximi* quidem recte se habe tamen melius est quam in omnibus fere antiq bris reperitur. nam *proxume* suppleverim *erant* vel *steterant*, ad *ferre*, nihil desider videtur. sed dubito a Livius dicere noluerit.

vaniora ferre ad alios. cursus clamorque vocantium ad arma haut multum a pavore captae urbis abesse. forte ab Algido Quinctius consul redierat Romam: id remedium timori fuit: tumultuque sedato victos timeri increpans hostes praesidia portis inposuit. vocato dein senatu cum ex auctoritate pa- 5 trum iustitio indicto profectus ad tutandos fines esset Q. Servilio praefecto urbis relicto, hostem in agris non invenit. ab altero consule res gesta egregie est, qui qua venturum hostem sciebat, gravem praeda eoque inpeditiore agmine incidentem adgressus funestam populationem fecit. pauci ho- 10 stium evasere ex insidiis, praeda omnis recepta est. sic

enim *prope* et *proxime* interdum significent quod apud nos „*beinah*, *ungefähr*“: et *proxume* et *ab his* referri possunt ad *audita*, ut haec fiat altera et ut opinor verior huius loci interpretatio: „was man von jenen erschrockenen Landleuten kaum deutlich vernommen hatte, und was deshalb in seiner Unbestimmtheit der Phantasie einen um so freieren Spielraum liefs, verbreiteten die Einen hier die Anderen dorthin“. — Ad *ferre ad alios* cf. T. Livi l. xxx. p. LIII. 18. — M: ad arma *aut* multum.

3. *Quinctius cōs.:* M] Quintius consul. — P: cōs. — M m. 1.: tumultuq. sedato*s*.

5. *uocato dein senatu:* PM Harl. I. cod. Rhen. — M: *cum auctoritate* patrum iustitio *dicto*.

7. *hostem in agris non inuenit:* PM.

8. *qui qua uenturum:* M. qui qu*i*a uenturum. P Harl. I. — P m. 1.: grauem praed*am*.

9. *incidentem:* P m. 1. M Leid. I.] incedentem (P m. 2.). — Et *incedentem* et *incidentem* scribi poterat, sed *incidentem* loci rationi aptius videtur. cum enim consul sciret qua hostis venturus esset, locum insidiis quaesivit, in quas illi praecipitavere. cf. 3, 5.: hi vagi dissipato agmine fugientes, in Quinctium victorem incidere. al.

10. *funestam populationem fecit:* PM cod. Rhen. Harl. I.] funestam ei populationem fecit. — Similibus locis et Livius et optimi quique scriptores pronomina omittere solent. cf. 2, 52.: *ea oppressit:* eodemque loco: *ea in caput vertit*. 30, 36.: non *Numidas* sed *Numidarum* ex opt. libris scribendum est: „pars exercitus cum omni equitatu agmen adgressa Numidarum levi certamine fudit. al.

finem iustitio quod quadriduum fuit reditus Quinti consulis in urbem fecit. census deinde actus et conditum ab Quintio lustrum. censa civium capita centum quattuor millia ac CXIIII dicuntur praeter orbos orbasque. in Aequis nihil deinde memorabile actum. in oppida sua re recepere uri sua popularique passi. consul cum aliquotiens per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset, cum ingenti laude praedaque Romam rediit.

IV. Consules inde A. Postumius Albus Sp. Furius Fusus. Furios Fusios scripsere quidam. id admoneo, ne quis inmutationem virorum ipsorum esse quae nominum est putet. haud dubium erat quin cum Aequis alter consulum bellum gereret. itaque Aequi ab Ecetranis Vulscis praesidium petiere: quo cupide oblato — adeo civitates eae perpetuo in Romanos odio certavere — bellum summa vi parabatur. sentiunt Hernici et praedicunt Romanis Ecetranum ad Ae-

1. *quadriduum:* PM: non qua*t*riduum. cf. T. Livi l. xxx. p. xcv. 30. — P: reditus quinti coīs. in urb*e* fecit. — PM: *quinti . . ab quintio.*
3. *centum quattuor millia ac centum quattuordecim* (vel *decem quattuor:* ut Put. Colb. 28, 38.: al.): PM cod. Rhen. Harl. I.] centum quattuor millia et ducenta quattuordecim. — P: capita CIII. ac. CXIIII. dicuntur. M: capita. CIIII. ACCXIIII. — *millia* et ipse h. l. scripsi, quod ita haut raro in Put. scriptum reperitur. — P m. 1.: in o*p*ida. — PM: cōs. cum aliquotiens. — P. m. 1.: populandus isset. m. 2.: popula*bu*ndus.
9. *consules inde A. Postumius.* — M: consules | inde an postumius albus sp. furius | fuscus furius fusios fabio scripsere. — P: consules inde postumius albus. sp̄. furius fuscus. furios fusios fabios scripsere. — *Fabios* vel *Fabio* ex adnotatione margini adscripta in orat. integram videtur irrepsisse. — Cf. Quintil. 1, 4. 13.
10. *id admoneo:* P. id *a*moneo: M. — P m. 1.: nomin*i*um. — P: erat quin*t*um aequis.
13. *ab Ecetranis:* PM. — M: *uulscis.*
14. *civitates eae:* cod. Rhen. — M m. 1.: ciuitate *saee* ppetuo. m. 3.: ciuitates *aee:* (cf. T. Livi l. xxx. p. LXVII. VIII.). P: ciuitate *se* perpetuo. Harl. I.: ciuitates *haec* perpetuo. — P m. 1.: odiocert*e*uer*a*. m. 2.: odio certauere.
16. *Ecetranum:* PM.

quos descisse. suspecta et colonia Antium fuit, quod magna vis hominum inde cum oppidum captum esset confugisset ad Aequos: isque miles per bellum Aequicum vel acerrimus fuit. conpulsis deinde in oppida Aequis ea multitudo dilapsa cum Antium redisset, sua sponte iam infidos colonos Romanis abalienavit. nec tum matura re cum defectionem parari delatum ad senatum esset, datum negotium est consulibus ut principibus coloniae Romam excitis quaererent quid rei esset. qui cum haut gravate venissent, introducti a consulibus ad senatum ita responderunt ad interrogata, ut magis suspecti quam venerant dimitterentur. bellum inde haud dubium haberi. Sp. Furius consulum alter, cui ea provincia evenerat, profectus in Aequos Hernicorum in agro populabundum hostem invenit, ignarusque multitudinis, quia nusquam universa conspecta fuerat, inparem copiis exercitum temere pugnae conmisit. primo concursu pulsus se intra castra recepit. neque is finis periculi fuit. namque et proxima nocte et postero die tanta vi castra sunt circumsessa atque oppugnata, ut ne nuntius quidem inde mitti Romam posset. Hernici et male pugnatum et consulem exercitumque obsideri nuntiaverunt, tantumque terrorem incussere patribus ut, quae forma senatus consulti ultimae semper necessitatis habita est, Postumio alteri consulum negotium daretur, videret ne quid res publica detri-

4. *conpulsis deinde:* M. conpulsus deinde: P. — P: aequis emultitudo. — M: cum antia redisset.
6. *nec tum matura re:* P („indem aber *damals* die Sache noch nicht zum Ausbruch gekommen")] necdum matura re.
9. *qui cum haud grauate uenissent:* P. qui eum *aut* grauatę uenissent: M. — M: quererent quid rei esset.
— *introducti a consulibus ad senatum:* PM.
16. *primo concursu pulsus se intra castra recepit:* PM: nisi quod M: *primo conpulsus:* (sic 2, 45. Harl. 1. *con* pro *confidere:*). — Harl. 1.: primo concursu pulsus *sese in* castra recepit.
21. *nuntiauerunt:* P] nuntiarunt. In M primo quidem scriptum erat *nuntiarunt*, sed eadem m. 1. additum est *ue* supra *a*. — PM: ultime semper necessitatis.
24. *uideret ne quid resp.:* PM]

menti caperet ipsum consulem Romae manere ad conscribendos omnes qui arma ferre possent, optimum visum est: pro consule T. Quinctium subsidio castris cum sociali exercitu mitti. ad eum explendum Latini Hernicique et colonia
5 Antium dare Quinctio subitarios milites — ita tum repentina auxilia appellabant — iussi.

V. Multi per eos dies motus multique impetus hinc atque illinc facti, quia superante multitudine hostes carpere multifariam vires Romanas ut non suffecturas ad omnia ad-
10 gressi sunt. simul castra oppugnabantur simul pars exercitus ad populandum agrum Romanum missa urbemque ipsam si qua fortuna daret temptandam. L. Valerius ad praesidium urbis relictus, consul Postumius ad arcendas populationes finium missus. nihil remissum ab ulla parte curae
15 aut laboris. vigiliae in urbe stationes ante portas praesidiaque in muris disposita, et quod necesse erat in tanto tumultu, iustitium per aliquot dies servatum. interim in castris Furius consul cum primo quietus obsidionem passus

videre ne quid res publica. — *Videre* quidem etiam in Harl. 1. et Leid. 1. repertum esse dicitur, sed in his libris etiam alias *et* cum *e* sic permutatum est: (ex gr. 2, 52.: quibus tum *saeuire* pro *saeuiret:*). hoc vero loco *uideret* vix deesse videtur posse: nam illorum locorum quos Drakenb. laudat, 6, 18.: „*tempus est maiora conari*"; 44, 11.: „*consilium cepit iter in urbem patefacere*", ubi infinitivus pro gerundio scriptus est, eorum prorsus aliam esse rationem etiam me indicente nemo non videt. cf. 3, 44.: „*clienti negotium dedit ut uirginem in seruitutem adsereret*". al.

3. *procoñs. t. quinctium:* M. pro cōs. t. quintius: P. — M: latini *e*rniciq. — M: *dare quinctio.* — P m. 1.: *s*ibitarios. m. 2.: subitarios. — P: ita *cum* repentina.

7. *multi per eos dies:* P. — M m. 1.: iussi *u*lti per eos dies. m. 3.: *multi.* — M: hinc atque illinc | *a*cti. — P: hostes *c*apere multifariam uires romanos.

11. *urbemque ipsam:* P. urbem ipsam: M. — PM: *temptandam.* — P: cōs. M: coñs. postumius. — M: ad arcendas populationē. m. 3.: populatio*nes*.

17. *per aliquot dies:* P m. 2. M. per aliquo*d* dies: P m. 1. — P: furius cōs. M: coñs.

esset, in incautum hostem decumana porta erupit, et cum persequi posset, metu subsistit ne qua ex parte altera in castra vis fieret. Furium legatum — frater idem consulis erat — longius extulit cursus, nec suos ille redeuntes persequendi studio neque hostium ab tergo incursum vidit, ita 5 exclusus multis saepe frustra conatibus captis ut viam sibi ad castra faceret, acriter dimicans cecidit. et consul nuntio circumventi fratris conversus ad pugnam dum se temere magis quam satis caute in mediam dimicationem infert, vulnere accepto aegre ab circumstantibus ereptus et suorum 10 animos turbavit et ferociores hostes fecit, qui caede legati et consulis vulnere accensi nulla deinde vi sustineri potuere, cum conpulsi in castra Romani rursus obsiderentur nec spe nec viribus pares: venissetque in periculum summa rerum ni T. Quintius peregrinis copiis cum Latino Hernicoque 15 exercitu subvenisset. is intentos in castra Romana Aequos legatique caput ferociter ostentantes ab tergo adortus, simul ad signum a se procul editum ex castris eruptione fa-

1. *in incautum hostem.* — PM cod. Rhen.: passus esset *incautum* hostem. cf. Titi l. xxx. p. xxx. 4. — M: port*a* | rupit. sed *a* m. 3. in ras.
2. *subsistit:* M] substitit.
5. *ab tergo:* M. *a* tergo: P. — Paulo post M: facer*et* | *et* acriter.
8. *conuersus ad pugnam.* — PM: conuersus ad pugna*n*dum se temere.
9. *in mediam dimicationem:* P. in medio dimication*is:* M: sed *is* m. 3. in ras.
13. *cum conpulsi:* PM] quin compulsi (Harl. I.). Si *quin* recte se habet, *nulla ui* pertinere debet ad ipsos hostium duces, quasi hi Romanorum castra obsideri noluerint, quod probandum non esse loci ratio docet. *Cum* igitur rectissime se habet: „qui caede legati et consulis vulnere accensi, cum conpulsi in castra Romani rursus obsiderentur nec spe nec viribus pares, nulla deinde vi sustineri potuere". — *Venissetque* in errorem induxerit: sed cf. 2, 56.: *sustinebat..certatumque foret ni* cet. — M: ni ts. Quintius.
15. *peregrinis copiis:* PM. haec verba appositionis loco ad *Latino Hernicoque exercitu* pertinent: antecedunt ea quod L. in his ipsis verbis maiorem quandam vim poni voluit.

cta, magnam vim hostium circumvenit. minor caedis, fuga effusior Aequorum in agro fuit Romano. in quos palatos praedam agentes Postumius aliquot locis, quibus oportuna inposuerat praesidia, impetum dedit. hi vagi dissipato agmine
5 fugientes in Quinctium victorem cum saucio consule revertentem incidere. tum consularis exercitus egregia pugna consulis vulnus, legati et cohortium ultus est caedem. Magnae clades ultro citroque illis diebus et inlatae et acceptae. difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnaverint
10 ceciderintve, exacto adfirmare numero. audet tamen Antias Valerius concipere summas: Romanos cecidisse in Hernico agro quinque millia ac ducentos, ex praedatoribus Aequorum qui populabundi in finibus Romanis vagabantur ab A. Postumio consule duo millia et quadringentos caesos: ce-
15 teram multitudinem praedam agentem quae inciderit in Quintium nequaquam pari defunctam esse caede: interfecta inde quattuor milia et — exsequendo subtiliter numerum — ducentos ait et triginta. Ut Romam reditum est, iustitium remissum est. caelum visum est ardere plurimo igni porten-

1. *minor caedis:* PM] minor caedes. — P: oportuna. — Tota haec periodus, ab *minor* inde usque ad *hi uagi*, excidit in Harl. I.

4. *hi uagi:* PM] ii vagi. — M: *in quinctium.* cum utraque hoc nomen scribendi ratione antiqui scriptores uterentur, Med. inprimis libri auctoritatem secutus sum.

5. *Cum saucio consule.* — Num L. scripserit „*una cum* saucio consule"? — Leid. I. PM: uictorem | *cuma* saucio cōs. Cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII. VIII. et XXIV. II. — P: consularis *er*excitus, litterae *er* deinde expunctae sunt. — M: egregiae | pugna. — P: *mul*tus est. m. 2.: ultus est.

9. *quot pugnauerint:* M m. 2. P. *quod:* M m. 1.

12. *quinque millia ac ducentos*] quinque millia ac trecentos. — PM Harl. I. Leid. I.: in hernico agro. v̄. ac cc.

13. *ab A. Postumio cōs.* ꝏ ꝏ & cccc *caesos:* PM. — Paulo post P: interfecta inde IIII milia et exequendo subtiliter numerum cc ait et XXX. — M: interfectam. inde. IIII mil̄ et exsequendo subtiliter numerum cc ait et XXX.

18. *reditum est:* PM cod. Rhen. Harl. I.] reditum et. — M: *remissum ē* ardere plurimo igni.

taque alia aut obversata oculis aut vanas exterritis ostentavere species. his avertendis terroribus in triduum feriae indictae, per quas omnia delubra pacem deum exposcentium virorum mulierumque turba inplebantur. cohortes inde Latinae Hernicaeque ab senatu gratiis ob inpigram militiam actis remissae domos. Antiates mille milites, quia serum auxilium post proelium venerant, prope cum ignominia dimissi.

VI. Comitia inde habita. creati consules L. Aebutius P. Servilius Kal. Sextilibus, ut tunc principium anni agebatur, consulatum ineunt. grave tempus et forte annus pestilens erat urbi agrisque nec hominibus magis quam pecori: et auxere vim morbi terrore populationis pecoribus agrestibusque in urbem acceptis: ea conluvio mixtorum omnis generis animantium et odore insolito urbanos et agrestem confertum in arta tecta aestu ac vigiliis angebat, ministeriaque in vicem ac contagia ipsa volgabant morbos. vix instantes sustinentibus clades repente legati Hernici nun-

3. *pacem deum* (M: dm̄) *exposcentium:* PM. pacem deum *poscentium:* Harl. 1.

5. *gratiis:* M m. 1. P. grat*is*: M. m. 2. — PM: remissae domos.

6. *serum auxilium:* PM. *ad* serum auxilium: Harl. 1. cf. Tac. hist. 3, 79.: „Antonius per Flaminiam ad Saxa Rubra multo iam noctis *serum auxilium* venit".

9. *creati cōs. l. ebutius:* P. — M: creat*a* (m. 2.: creati) cōs. l. ebucius.

10. *Kal. Sextilibus:* PM] calendis Sextilibus.

11. *graue tempus et forte annus pestilens erat:* PM. — Num L. scripserit „graue tempus for*te et* annus pestilens erat"? sic 2, 49. P: *et dum.* cf. 5, 13.: gravis pestilensque omnibus animalibus aestas.

13. *et auxere uim morbi terrore populationis:* PM: nisi quod in P population*es*. — P: agrestibusqu*iin* urbem acceptis.

14. *ea conluuio.* — PM et rell. codd.: ea conluuio*ne* mixtorum omnis generis animantium.

16. *in arta tecta aestu ac uigiliis:* P m. 2. M. — P m. 1.: in arta tactaest uauigiliis. — PM: *angebat.*

17. *contagia ipsa* („die blosse Berührung") *uolgabant:* P] contagio ipsa vulgabant. — M: contagio ipsa uolgabant.

tiant in agro suo Aequos Vulscosque coniunctis copiis castra posuisse, inde exercitu ingenti fines suos depopulari. praeterquam quod infrequens senatus indicio erat sociis adflictam civitatem pestilentia esse, maestum etiam responsum tulere, ut per se ipsi Hernici cum Latinis res suas tutarentur: urbem Romanam subita deum ira morbo populari: si qua eius mali quies veniat, ut anno ante ut semper alias sociis opem laturos. discessere socii pro tristi nuntio tristiorem domum referentes, quippe quibus per se sustinendum bellum erat quod vix Romanis fulti viribus sustinuissent. non diutius se in Hernico hostis continuit, pergit inde infestus in agros Romanos etiam sine belli iniuria vastatos. ubi cum obvius nemo ne inermis quidem fieret perque omnia non praesidiis modo deserta sed etiam cultu agresti transirent, pervenere ad tertium lapidem Gabina via. mortuus Aebutius erat Romanus consul, collega eius Servilius exigua in spe trahebat animam, adfecti plerique principium, patrum maior pars, militaris fere aetas omnis, ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res poscebat, sed vix ad quietas stationes viribus sufficerent. munus vigiliarum senatores qui per aetatem ac valetudinem poterant, per

1. *Vulscosque:* PM] Volscosque. — M: inde exercitu ingenti fines suo (m. 3.: suo*s*) depopulari. P m. 1.: inde exercit*itui* ingenti fines suos dep*u*pulari (m. 2.: depopulari).
4. *maestum:* M. mestum: P. — M: cum latini. m. 3.: cum latinis. — M: ut anno ante ut sūꝑ | alias.
8. *pro tristi nuntio tristiorem domum referentes:* PM. — Harl. 1.: tristio*rem* rem. — M m. 1.: dis*ce*sere: alterum deinde *s* additum est litteris *se*. — M: quippe quib.psustinendū |. — P: sustin*e*nendum. — P m. 1.: se*d* in hernico.
13. *ne inermis quidem:* M. in*h*ermis: P.
15. *gabina uia:* PM. cf. 2, 11.
17. *adfecti plerique principium:* M m. 1.] affecti plerique principum. — M m. 2.: principum. — PM: *patrum maior pars.* in Leid. 1. aliisque libris omissum est *patrum.*
19. *in tanto tumultu:* M. — P m. 1.: in tant*a*. — P m. 1.: ad*e*quitas. m. 2.: ad qui*e*tas.
21. *ualetudinem:* M m. 1. P. ua*li*tudinem: M m. 3. — M: poterant ꝑ ipsi obibant.

e ipsi obibant: circumitio ac cura aedilium plebi erat: ad
os summa rerum ac maiestas consularis imperii venerat.

VII. Deserta omnia sine capite sine viribus dii praeides ac fortuna urbis tutata est, quae Vulscis Aequisque praedonum potius mentem quam hostium dedit: adeo enim 5

1. *circumitio:* PM Harl. I. Leid. I. — *aedilium plebi erat:* PM Harl. I. Leid. I.] aedilium plebei erat.
4. *tutata est:* P m 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: tu*ta* est. — M: quae uulscis. — P: aequis*quis*que.
5. *adeo enim nullam spem non potiundi modo sed ne adeundi quidem Romana moenia animos eorum cepit:* PM Harl. I. Leid. I.] adeo enim nulla spes *cet.* — Voss. I.: adeo enim *nullam spem* .. *animus* eorum cepit. — Facere non potui quin hoc loco id quod in omnibus bonis libris repertum est, pro vero atque integro haberem. nec ii quidem recentiorum codicum librarii, quibus *animos* non placebat, *nullam spem* mutare audebant. saepe vero et ab aliis et ab Livio *os* pro *us* in primo casu II. declinationis scriptum esse cum antiquiores codices tum hac re integerrimus liber Par. docet. nec hoc uno loco *animus* ad plures pertinebat. sic enim etiam 2, 52. „*adeo mutaverant animum*" scriptum erat, etsi ibi quoque quidam recipere malebant *animi:* (cf. 10, 20. al.). hoc vero loco et ob hanc rem potius videtur *animus eorum cepit nullam spem*, quod tum demum *animus* antecedenti voci *mens* respondet et ea vis quam loci ratio postulabat, in *capit* posita videtur. sed cum hac interpretatione uti voluerimus, interpunctio verborum mutanda erit, cum verba *adeo nullam spem animus eorum cepit* artissime cum prioribus cohaereant: „In dieser unglücklichen Lage beschützten den Staat die waltenden Götter, indem sie den Volskern und Aequern mehr die Gesinnung von Räubern als von Feinden einflössten: so ganz und gar nicht gab sich ihr Geist dem Gedanken hin, nicht etwa der Stadt sich zu bemächtigen, sondern nicht einmal sich ihren Mauern zu nähern: und als sie nun die Häuser der Stadt in der Ferne vor sich liegen sahen und die hervorragenden Hügel (cf. 21, 32. 5, 48.), da lenkte dies Alles ihre Aufmerksamkeit nach so ganz anderen Richtungen hin, dafs — nachdem sie sich murrend durch das ganze Lager hin hatten vernehmen lassen, warum sie sich auf dem leeren und verödeten Boden

nullam spem non potiundi modo sed ne adeundi quidem Romana moenia animos eorum cepit: tectaque procul visa atque inminentes tumuli avertere mentes eorum, ut totis passim castris fremitu orto, quid in vasto ac deserto agro
5 inter tabem pecorum hominumque desides sine praeda tempus tererent, cum integra loca Tusculanum agrum opimum copiis petere possent, signa repente convellerent transversisque itineribus per Lavicanos agros in Tusculanos colles transirent. eo vis omnis tempestasque belli conversa est.
10 interim Hernici Latinique pudore etiam non misericordia solum moti, si nec obstitissent communibus hostibus infesto agmine Romanam urbem petentibus nec opem ullam obsessis sociis ferrent, coniuncto exercitu Romam pergunt. ubi cum hostis non invenissent, secuti famam ac vestigia
15 obvii fiunt descendentibus ab Tusculano in Albanam vallem. ibi haudquaquam aequo proelio pugnatum est fidesque sua sociis parum felix in praesentia fuit. haud minor Romae fit morbo strages quam quanta ferro sociorum facta erat: consul qui unus supererat moritur: mortui et alii clari
20 viri, M. Valerius T. Verginius Rutilus augures, Ser. Sulpicius curio maximus: et per ignota capita late vagata est

noch aufhielten, da sie reiche und glückliche Gegenden aufsuchen könnten — sie plötzlich ihre Feldzeichen erhoben und nach den Höhen von Tusculum zogen". — M: eorum coepit. — M: quid infesto agro intra | tabem. m. 2.: quid infesto agro int̄ | tabem: h. e. *inter tabem.* — P m. 1.: agrum opizum.

8. *per Lauicanos agros:* PM et rell. codd. cf. 2, 39.

11. *moti si nec:* PM. *moti nec:* Harl. 1.

14. *hostis:* M m. 1. P] hostes (M m. 2.).

15. *ab Tusculano.* — PM Harl. 1. Leid. 1.: ab tusculana in albanam uallem. — M: ibi haudquamquā.

20. *M. Valerius T. Verginius Rutilius:* P. — M: m̄. ualerius | uirginius rutilius. — C. Sigonius restituit *Rutilus.*

21. *late uagata est:* PM cod. Rhen.] late evagata est. — Contra *euagari* recte se habet 2, 11.: finisque ille tam effuse euagandi Etruscis fuit. 22, 47.: nullo circa ad euagandum relicto spatio. *al.* — M: *suplicatum.* sic in Laurishamensi libro hoc verbum

vis morbi. inopsque senatus auxilii humani ad deos populum ac vota vertit: iussi cum coniugibus ac liberis suplicatum ire pacemque exposcere deum. ad id quod sua quemque mala cogebant, auctoritate publica evocati omnia delubra inplent: stratae passim matres crinibus templa verrentes veniam irarum caelestium finemque pesti exposcunt.

VIII. Inde paulatim seu pace deum impetrata seu graviore tempore anni iam circumacto defuncta morbis corpora salubriora esse incipere: versisque animis iam ad publicam curam cum aliquot interregna exissent, P. Valerius Publicola tertio die quam interregnum inierat consules creat L. Lucretium Tricipitinum et T. Veturium Geminum — sive ille Vetusius fuit. ante diem tertium idus Sextiles consulatum ineunt iam satis valida civitate, ut non solum arcere bellum sed ultro etiam inferre posset. igitur nuntiantibus Hernicis in fines suos transcendisse hostes inpigre promissum auxilium. duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in Volscos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis sociorum agro oppositus non ultra quam in Hernicos procedit. Veturius primo proelio hostes fundit fugatque. Lucretium, dum in Hernicis sedet, praedonum agmen fefellit supra montes Praenestinos ductum, inde demissum in campos. vastavere agros Praenesti-

semper fere scriptum repperi. — M: exposscere.

4. *publica:* P. — M: public*e*uocati. e = ae.

7. *inde paulatim:* PM. — P m. 1.: defi*n*cta. m. 2.: defuncta.

9. *salubriora esse incipere:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Alii *coepere.* — P: cōs. creat. M: cōss. creat. — PM: tricipitin*um.* Harl. I.: tricipitin*i.*

13. *ante diem.* III. *idus sextiles:* PM.

18. *Tricipitinus:* M. tripi*ci*tinus: P.

21. *fundit fugatque:* M m. 3. P. — M m. 1.: fundit fugaque. — P m. 1.: supra montes praenestin*us.* m. 2.: praenestinos.

23. *inde demissum:* ex coni. I. Fr. Gron. — PM: inde d*i*missum. sed Harl. I.: ind*e*missum. idem Harl. I. 3, 23.: in*de*traxit = in*de de*traxit. — PM Harl. I.: praenestinum gabin*i*umque. —

num Gabinumque, ex Gabino in Tusculanos flexere colles. urbi quoque Romae ingens praebitus terror magis in re subita quam quod ad arcendam vim parum virium esset. Quintus Fabius praeerat urbi. is armata iuventute disposi-
5 tisque praesidiis tuta omnia ac tranquilla fecit. itaque hostes praeda ex proximis locis rapta adpropinquare urbi non ausi cum circumacto agmine redirent, quanto longius ab urbe hostium abscederent eo solutiore cura in Lucretium incidunt consulem iam ante exploratis itineribus suis in-
10 structum et ad certamen intentum. igitur praeparatis animis repentino pavore perculsos adorti aliquanto pauciores multitudinem ingentem fundunt fugantque, et conpulsos in cavas valles cum exitus haud in facili essent circumveniunt. ibi Volscum nomen prope deletum est. tredecim millia qua-
15 dringentos septuaginta cecidisse in acie ac fuga, mille ac centum quinquaginta vivos captos, signa viginti septem militaria relata in quibusdam annalibus invenio: ubi et si adiectum aliquid numero sit, magna certe caedes fuit. victor consul ingenti praeda potitus eodem in stativa rediit. tum
20 consules castra coniungunt et Volsci Aequique adflictas vi-

1. *ex Gabino:* M. — P m. 1.: ex gabin*os*. m. 2.: ex gabin*is*.
2. *magis in re subita quam quod ad arcendam uim parum uirium esset:* PM. — PM: quintus fabius.
4. *is armata iuuentute*: M. — P m. 1.: urb*is* armata. m. 2.: urbi armata.
9. *exploratis itineribus suis:* PM. — P m. 1.: intentum. *q*. igitur. m. 2.: intentum. igitur.
13. *cum exitus haud in facili essent:* P cod. Rhen. — M: in facil*i* ē*ent*: sed *i ē* m. 3. in ras. — Harl. I. in facil*e* e*s*sent. cf. 3, 65.: moderatio tuendae libertatis . . in difficili est (Harl. I.: in difficil*e* *est*). — Liber Sigoni: cum exitus haud inde faciles essent.
14. *tredecim millia.* — PM: XIII CCCC LXX. — Harl. I.: XIIII millia.
15. *mille ac centum quinquaginta:* P] mille ducentos quinquaginta. — P: ꝏ ac, CL. — M: ꝏ acc L. — M: signa XXVII.
17. *ubi etsi adiectum aliquid numero sit:* PM. — P: cedes. M m. 1.: cades. m. 3.: cædes.
19. *eodem:* PM Harl. I. Leid. I.] eadem. — *Eodem rediit* scil. *quo in Hernicis sederat.*

res uas in unum contulere. tertia illa pugna eo anno fuit. eadem fortuna victoriam dedit. fusis hostibus etiam castra capta.

IX. Sic res Romana in antiquum statum rediit secundaeque belli res extemplo urbanos motus excitaverunt. 5 Gaius Terentillus Arsa tribunus plebis eo anno fuit. is consulibus absentibus ratus locum tribuniciis actionibus datum, per aliquot dies patrum superbiam ad plebem criminatus maxime in consulare imperium tamquam nimium nec tolerabile liberae civitati invehebatur. nomine enim tantum mi- 10 nus invidiosum re ipsa prope atrocius quam regium esse. quippe duos pro uno dominos acceptos inmoderata infinita potestate, qui soluti atque effrenati ipsi omnis metus legum omniaque supplicia verterent in plebem. quae ne aeterna illis licentia sit, legem se promulgaturum ut quinque viri 15 creentur legibus de imperio consulari scribendis, quod populus in se ius dederit, eo consulem usurum, non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. qua promul-

4. *antiqūum:* P. antiqum: M. — M: exemplo. m. 3.: extemplo.
6. *Gaius Terentillus Arsa.* — P: gaius terentil*ius* | hrasa tr̄. p̄l. — M: g. terent | illius harsa tr̄. p̄l. — Dionysius 10, 1.: Γάϊος Τερέντιος δημαρχῶν κ. τ. λ.
9. *maxime in consulare imperium:* PM. maxime *et* consulare imperium: Harl. 1. Idem paulo post: no*mine* tantum minus inuidioso.
12. *duos pro uno dominos:* P] duos pro uno domino (M). — Similibus quoque locis nomen substantivum a librariis in utramque partem tractum reperimus. sic 2, 24. quidem in omnibus codd. recte scriptum est *duas ex una ciuitate*, sed 4, 4. in M *duasq. ex una ciuitates*, cum in P *duasque ex una ciuitate* sit. nomen eo referendum est, quo maior sententiae vis se inclinare videatur. ut igitur 2, 24. 4, 4. *ciuitate*, ita hoc loco *dominos* potius videbitur. cf. 3, 14.: *mille pro uno Caesones extitisse.* — P m. 1.: soliti. m. 2.: soluti.
13. *omnis metus:* P] omnes metus.
15. *legem se promulgaturum:* PM.
16. *creentur:* PM. — Leid. 1. et multi alii: cre*ar*entur.
17. *non ipsos:* M. — P m. 1.: non ips*e*. m. 2.: non ips*o*. — P m. 1.: habitur*os*. m. 2.: habitur*us*.

gata lege cum timerent patres ne absentibus consulibus iugum acciperent, senatus a praefecto urbis Q. Fabio vocatur: qui adeo atrociter in rogationem latoremque ipsum est invectus ut nihil, si ambo consules infesti circuminstarent
5 tribunum, relictum minarum atque terroris sit. insidiatum eum et tempore capto adortum rem publicam: si quem similem eius priore anno inter morbum bellumque irati dii tribunum dedissent, non potuisse sisti. mortuis duobus consulibus iacente aegra civitate in conluvione omnium rerum
10 ad tollendum rei publicae consulare imperium laturum leges fuisse, ducem Volscis Aequisque ad oppugnandam ur-

1. *iugum acciperent.* — M m. 1. P Harl. 1. Leid. 1.: iugum acciper*et*. M m. 3.: iugum acciperēt.

4. *circuminstarent:* PM] circumstarent. — In *circuminstarent* inest et *circumstarent* et *instarent*. cf. 1, 30.: *circumins*picere. 1, 21.: *adin*uoluta. al. — M: infesti*m*.

6. *adortum remp̄.:* M. — P: adortum remisi | quemsimiles eius.

8. *non potuisse sisti:* PM. — M m. 1.: mortu*i*. m. 3.: mortu*is*.

9. *in conluuione:* P. — M: *in conluc̄* | *omnium*. nec tamen m. 1. scripsit quod inter *u* et *o* est.

10. *ad* (Harl. 1.: *at*) *tollendum reip̄. consulare imperium:* P Harl. 1. Leid. 1.] ad tollendum e republica consulare imperium. — M: ad tollendum | reimp̄. consulare imperium. — Quamquam *tollere* cum praepositionibus *e* vel *de* coniungi solebat (cf. 4, 4.: „decemviros legibus scribendis intra decem hos annos et creavimus et e rep̄. sustulimus“:) tamen hoc loco *reip̄.* quod in melioribus libris omnibus est, permutare ausi non sumus, cum dativus quodam modo ferri posset et hoc ipso casu vel optimi scriptores praepositionum loco haud raro usi essent. deinde etiam altera quaedam dubitatio me tenebat ne *reip̄.* everterem. cum enim *tollere* etiam sine ullo eius generis casu scriptum reperiatur (42, 9.: „postulare ut senatus consultum in se factum tolli iuberent“:), quaerendum est, num L. hoc loco *consulare reip̄. imperium* idem fere esse voluerit quod *consulare in rep̄. imperium*, id quod pro Q. Fabi persona eo minus improbandum videatur, quo magis huic consulare imperium ita proprium rei publicae visum sit ut alterum sine altero esse non posset.

bem futurum. quid tandem illi non licere, si quid consules superbe in aliquem civium aut crudeliter fecerint, diem dicere, accusare iis ipsis iudicibus quorum in aliquem saevitum sit? non illud consulare imperium sed tribuniciam potestatem invisam intolerandamque facere, quam placatam reconciliatamque patribus de integro in antiqua redigi mala. neque illum se deprecari quo minus pergat ut coeperit: „vos“ inquit Fabius, „ceteri tribuni, oramus ut primum omnium cogitetis potestatem istam ad singulorum auxilium non ad perniciem universorum comparatam esse, tribunos plebis vos creatos non hostes patribus. nobis miserum, invidiosum vobis est, desertam rem publicam invadi. non ius vestrum sed invidiam minueritis. agite cum collega ut rem integram in adventum consulum differat. ne Aequi quidem ac Volsci morbo absumptis priore anno consulibus crudeli superboque nobis bello institere“. agunt cum Terentillo tribuni dilataque in speciem actione re ipsa sublata consules extemplo arcessiti.

1. *quid tandem illi non licere:* M. — P: licer*et*. — Cf. 3, 67.: „quem *tandem* ignavissimi homines contempsere“?
3. *iis ipsis iudicibus:* PM] his ipsis iudicibus.
4. *non illud consulare imperium:* PM] non illum consulare imperium (ed. Frob.). *Illud cons. imperium* scil. *cui adeo infensus tribunus sit, in quod plebis odium concitare studeat.* si *illum* recte se habebat, scribendum erat „non consulare imperium *illum* sed“ vel „illum *non consulare imperium* sed“ cet.
5. *quam placatam reconciliatamque:* M. quam pacatam reconciliatamque: P. — P: deprae*c*ari.
10. *tr. pl. uos creatos:* PM.
11. *nobis miserum, inuidiosum uobis est:* PM. nobis miserum, inuidiosum *est uobis:* Harl. 1.
12. *remp. inuadi:* M. remp. inua*li*di: P.
15. *morbo absumptis:* PM.
16. *nobis bello institere:* P. nobis bello insistere: M. — P m. 1.: crudeli*s* superboque. — P m. 1.: agunt *eom* terentillo. h. e.: *com.* m. 2.: *eum.* — P m. 1.: d*o*lataque. — M m. 1.: exemplo. m. 3.: extemplo. — PM: *arcessiti.*

X. Lucretius cum ingenti praeda maiore multo gloria rediit. et auget gloriam adveniens exposita omni in campo Martio praeda, ut suum quisque per triduum cognitum abduceret. reliqua vendita quibus domini non extitere. debe
5 batur omnium consensu consuli triumphus, sed dilata res est tribuno de lege agente. id antiquius consuli fuit. iactata per aliquot dies cum in senatu res tum apud populum est. cessit ad ultimum maiestati consulis tribunus et destitit. tum imperatori exercituique honos suus redditus. triumpha-
10 vit de Volscis Aequisque, triumphantem secutae suae legiones. alteri consuli datum ut ovans sine militibus urbem iniret. Anno deinde insequenti lex Terentilla ab toto relata collegio novos adgressa consules est. erant consules P. Volumnius Ser. Sulpicius. eo anno caelum ardere visum, terra
15 ingenti concussa motu est. bovem locutam — cui rei priore anno fides non fuerat — creditum. inter alia prodigia et carne pluit: quem imbrem ingens numerus avium intervolitando rapuisse fertur: quod intercidit sparsum ita iacuisse per aliquot dies ut nihil odor mutaret. libri per duumviros
20 sacrorum aditi. pericula a conventu alienigenarum praedi-

1. *maiore multo gloria:* M. — P m. 1.: mult*o*.
6. *id antiquius:* P. id antiquus: M.
7. *cum in senatu res tum apud populum est:* PM Harl. 1. Leid. 1.] cum in senatu res tum ad populum est. — Utrumque dici poterat et dici solebat — quare summi momenti in his locis auctoritas antiquiorum codicum est — nec tamen sine discrimine sensus. sic ex Put. Colb. Med. Bamb. scribendum est 28, 40.: me dictatorem .. recusantem nemo aut in senatu aut *aput* populum audivit. 30, 1.: in senatu, *ad* populum suadendi ac dissuadendi locus. cf. etiam 3, 31.: materiam criminandi *ad* plebem consules praebuit. Quintil. 7, 4. 18.
9. *honos suus:* P m. 2. M. *suos:* P m. 1. — PM: *sae*cutae.
13. *P. Volumnius:* P. — M: p. uoluminus. — P m. 1.: r. seř. sulpicius: sed *r* expunctum est. — P m. 1.: terg*a* ingenti.
16. *et carne pluit:* M m. 1. cod. Rhen.] et carne pluvit. — M m. 2.: carnē. P: et carnem pluit. cf. 1, 31.: *lapidibus pluisse.* — P: iacui*se* p aliquo*d* dies. — PM: *ut nihil odor mutaret.*
20. *sacrorum:* P. sacr*o*rum: M.

cta, ne qui in loca summa urbis impetus caedesque inde fierent: inter cetera monitum ut seditionibus abstineretur. id factum ad inpediendam legem tribuni criminabantur ingensque aderat certamen. ecce ut idem in singulos annos orbis volveretur, Hernici nuntiant Volscos et Aequos etsi abscisae res sint reficere exercitus: Antii summam rei positam, Ecetrae Antiates colonos palam concilia facere, id caput eas vires belli esse. ut haec dicta in senatu sunt, dilectus edicitur. consules belli administrationem inter se dispertiri iussi, alteri ut Volsci alteri ut Aequi provincia esset. tribuni coram in foro personare fabulam conpositam Vulsci belli, Hernicos ad partes paratos: iam ne virtute quidem premi libertatem populi Romani sed arte eludi. quia occidione prope occisos Volscos et Aequos movere sua sponte arma posse iam fides abierit, novos hostes quaeri: colonam fidam propinquam infamem fieri: bellum innoxiis Antiatibus indici, geri cum plebe Romana: quam oneratam armis ex urbe praecipiti agmine acturi essent, exilio et relegatione civium ulciscentes tribunos. sic — ne quid aliud actum putent — victam legem esse, nisi dum in integro

— P m. 1.: predictam ne qui. — P: cedesque.

5. *etsi abscisae res sint:* M. cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.] etsi accisae res sint. — Quamquam *accisae*, quod Rhenanus scribi voluit, et aliis locis (cf. 8, 11.) apud Livium legimus, tamen *abscisae* quod in opt. quibusque libris est, mutare nolim. *abscisae* enim *res* sunt *debilitatae* vel *fractae*. — P: *abscisseres sint.* m. 2.: abscessesint: cf. Quintil. 8, 3. 85. 9, 4. 118.

6. *summam rei:* PM. rei summam: Harl. I. — M: eceterae antiates. P: ecetras antiates. — P m. 1.: id capud. — PM: *eas uires belli esse.*

8. *dilectus edicitur:* P. — M: dilectus *est* | dicitur.

9. *dispertiri:* M] dispartiri. — P: disptiri. 30, 40.: inpertire.

11. *Vulsci:* PM] Volsci.

13. *sed arte eludi:* Harl. I. — PM: libertatem pr̃. sed arte ludi. — P: qui*a*ccidione prope occi*s*sos. cf. 4, 58.

15. *iam fides abierit:* PM. — P: queri. — M: innoxiis annuntiatib.

20. *uictam legem esse:* M. — P: esse*nt* nisi.

— *dum in integro res sit:* P. — M: dum *in*tegro res sit |

res sit, dum domi dum togati sint, caveant ne possessione urbis pellantur, ne iugum accipiant. si animus sit, non defore auxilium. consentire omnes tribunos. nullum terrorem externum, nullum periculum esse: cavisse deos priore anno
5 ut tuto libertas defendi posset. haec tribuni.

XI. At ex parte altera consules in conspectu eorum positis sellis dilectum habebant. eo decurrunt tribuni contionemque secum trahunt. citati pauci velut rei experiundae causa. et statim vis coorta: quemcumque lictor iussu
10 consulis prendisset, tribunus mitti iubebat: neque suum cuique ius modum faciebat, sed virium spe set manu obtinendum erat quod intenderes. Quem ad modum se tribuni gessissent in prohibendo dilectu sic patres in lege, quae per

dum domi*t*. m. 2.: dum dor*mit*. — M: dum *o*gati sint. — P: dum *d*ogati sint. m. 2.: *t*ogati. — P: null*am* terrorem.

6. *in conspectu:* P. — M m. 1.: in cospectu. m. 2.: in cōspectu.

7. *dilectum:* PM] delectum. — PM: con*t*ionemque.

10. *prendisset:* PM. — PM: mitti iu*u*ebat.

11. *sed uirium spe set manu:* P m. 1.] sed virium spe et manu (P m. 2. M cod. Rhen.). — Recte vidit I. Fr. Gron. id quod in principibus editt. fuerat *sed manu* multo aptius loci rationi multoque fortius esse quam quod B. Rhenanus scribi voluerat *et manu*, quamquam id Drakenb., cum ita in omnibus suis libris reperiret, recepit. Eadem prudentia Gronovius alterum eius generis locum 24, 14. restituit, ubi Drak. in suis libris et ego in Colb. et Bamb. *et uniuersos patres* legi, sed quo loco in uno Put. integra oratio servata est haec: „libertati auctorem eis non se fore solum sed consulem M. Marcellum | *set* uniuersos patres" cet. verum etiam hoc loco in Put. littera *s* manu altera inducta est. cf. 8, 34.: quod si fecisset, non L. Papirium *sed* tribunos *sed* prauum populi iudicium nequiquam posteros accusaturos.

13. *in prohibendo dilectu:* PM] in prohibendo delectu. — Leid. 1. multique alii Drak.: in prohibendo delect*us* sic patres in lege.

— *per omnis comitialis dies:* Leid. 1.] per omnes comitiales dies. — M m. 1. P Harl. 1.: *per omnes comitialis dies:* sed *omnis* vel eo recipere non dubitavi, quod ita in Put. et Laurishamensi libris sine ulla prope exceptione scriptum est.

omnis comitialis dies ferebatur, impedienda gerebant. initium erat rixae cum discedere populum iussissent tribuni, quod patres se submoveri haud sinebant. nec fere seniores rei intererant, quippe quae non consilio regenda sed permissa temeritati audaciaeque esset. multum et consules se abstinebant ne cui in conluvione rerum maiestatem suam contumeliae offerrent. Caeso erat Quinctius ferox iuvenis qua nobilitate gentis qua corporis magnitudine et viribus. ad ea munera data a diis et ipse addiderat multa belli decora facundiamque in foro, ut nemo non lingua non manu promptior in civitate haberetur. hic cum in medio patrum agmine constitisset eminens inter alios velut omnes dictaturas consulatusque gerens in voce ac viribus suis, unus impetus tribunicios popularesque procellas sustinebat. hoc duce saepe pulsi foro tribuni, fusa ac fugata plebes est: qui obvius fuerat, mulcatus nudatusque abibat, ut satis appareret si sic agi liceret victam legem esse. tum prope iam perculsis aliis tribunis A. Verginius ex collegio unus Caesoni capitis diem dicit. atrox ingenium accenderat eo facto magis quam conterruerat. eo acrius obstare legi, agitare plebem, tribunos velut iusto persequi bello. accusator pati reum ruere invidiaeque flammam ac materiam criminibus suis suggerere, legem interim non tam ad spem perferendi quam ad lacessendam Caesonis temeritatem ferre, ibi multa

5. *audaciaeque esset.* — PM Harl. I. Leid. I.: *audaciaeque essent:* quod si a Livio scriptum est, *rei* locum videtur non posse habere.
— *se abstinebant:* P m. 2. M. nam initio in P *se* aberat. cf. 1, 15. — M: offerent.
7. *caeso erat Quinctius:* M. — P m. 1.: iuuenis qu*i*a nobilitate.
12. *constitisset:* PM. — Harl. I.: constituisset. — P m. 1.: minens. m. 2.: *e*minens. — Paulo post P m. 1.: populares procellas. m. 2.: popula*resque*.
15. *fusa ac fugata plebes ē:* PM.
16. *mulcatus nudatusque abibat:* PM: nisi quod in M: mul | gatus. — P: *uotam* pro *uictam*. — PM: *perculsis*.
18. *A. Verginius:* PM] A. Virg.
21. *accusator:* M. accu*ss*ator: P. — P: reum *r*euere. — P: ad lace*sc*endam. — M: inconsult*ae*.

saepe ab iuventute inconsulte dicta factaque in unius
sonis suspectum incidunt ingenium. tamen legi resisteb
et A. Verginius identidem plebi: „ecquid sentitis iam
Quirites Caesonem simul civem et legem quam cupiti
5 bere non posse? quamquam quid ego legem loquor -
bertati obstat, omnes Tarquinios superbia exsuperat. e
ctate dum consul aut dictator fiat, quem privatum vi
et audacia regnantem videtis". adsentiebantur multi p
tos se querentes, et tribunum ad rem peragendam ultr
10 citabant.

XII. Iam aderat iudicio dies apparebatque vulgo
mines in damnatione Caesonis libertatem agi credere.
demum coactus cum multa indignitate prensabat sing
sequebantur necessarii principes civitatis. Titus Quintius
15 pitolinus — qui ter consul fuerat — cum multa ref
sua familiaeque decora, adfirmabat neque in Quintia g
neque in civitate Romana tantam indolem tam maturae
tutis umquam extitisse, suum primum militem fuisse
saepe vidente pugnasse in hostem. Sp. Furius ipsum
20 sum ab Quintio Capitolino sibi eum in dubiis suis r
venisse subsidio: neminem unum esse cuius magis o
putet rem restitutam. L. Lucretius consul anni prioris
centi gloria nitens suas laudes participare cum Caes

3. *et A. Verginius:* PM] et A. Virg. — In Harl. 1. *et* omissum est.

— *ecquid sentitis:* PM Harl. 1. — Leid. 1.: *et* quid sentitis.

5. *quamquam quid ego legem loquor:* M et rell. codd. — P: *quamquam ego legem loquor.* — PM: expectate dum cōs. aut dictator fiat.

12. *credere:* M. crederet: P. — P: pensabat. — Harl. 1.: *cum indignitate.*

16. *decora:* P. decorae: M.

17. *indolem:* P m. 2. M. i lam: P m. 1.

19. *Sp. Furius ipsum mis Voss. II.*] Sp. Furius mis — PM Harl. 1. Leid. 1.: *furium ipsum missum* Cf. 2, 43.: quam *ipsius* collegae.

21. *neminem unum esse cu* M. *neminem unum cuius*

22. *putet rem restitutam:* rem restitutam putet: Ha

— *L. Lucretius:* Leid. 1. cf. — PM Harl. 1.: *p.* lucre cōs.

memorare pugnas, referre egregia facinora nunc in expeditionibus nunc in acie: suadere et monere, iuvenem egregium instructum naturae fortunaeque omnibus bonis, maximum momentum rerum eius civitatis in quamcumque venisset, suum quam alienum mallent civem esse: quod offendat in eo, fervorem et audaciam aetatem cottidie auferre, quod desideretur consilium, id in dies crescere: senescentibus vitiis maturescente virtute sinerent tantum virum senem in civitate fieri. pater inter hos L. Quinctius — cui Cincinnato cognomen erat — non iterando laudes ne cumularet invidiam, sed veniam errori atque adulescentiae petendo, sibi qui non dicto non facto quemquam offendisset, ut condonarent filium orabat. sed alii aversabantur preces aut verecundia aut metu, alii se suosque mulcatos querentes atroci responso iudicium suum praeferebant.

XIII. Premebat reum praeter vulgatam invidiam crimen unum, quod M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos tribunus plebis fuerat, testis extiterat se haut multo post quam pestilentia in urbe fuerat, in iuventutem grassantem in Subura incidisse: ibi rixam natam esse fratremque

2. *egregium:* P. *a*egregium: M.
3. *naturae fortunaeque:* P. — M m. 1.: naturae | portunaequ*ae*. m. 2.: *op*ortunaequ*ae*. — P. m. 1.: mo*nu*mentum.
4. *quamcumque:* M. — P m. 1.: quacumque. m. 2.: quācumque. — Harl. 1.: quaquam.
6. *cottidie auferre:* M] quotidie auf. — P m. 1.: audaciam *et tamen* cotidie offerre quod. m. 2.: *audaciam aetatem* cet.
9. *L. Quinctius:* M. — M: p̄ ater inter hos.
11. *adulescentiae:* PM] adol. — PM: *qui non dicto non facto.*
13. *auersabantur:* M. auersebantur: P. — P: *preces.* M: pre*cib.*, sed *ib* m. 2. in ras. est.
16. *praeter uulgatam inuidiam:* P. — M: praeter | *m*ulgatam inuidiam. — P: m. uolcios fictor. m. 2.: uolcius. — PM: tr̄. p̄l. — M: se aut multo post.
19. *in iuuentutem grassantem in subura incidisse:* P. — In M cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. hoc altero loco *in* omissum et „*se* . . *iuuentutem* . . *incidisse*" scriptum est. cf. 2, 30.: *haud secus quam si in insidias incidissent.* — PM: *subura*, non *suburra*. cf. Festus lib. XVII. et Varro 5, 45.: regio Suburana. 48.: Subura.

suum maiorem natu necdum ex morbo satis validum pugno ictum ab Caesone cecidisse, semianimem inter manus domum ablatum, mortuumque inde arbitrari: nec sibi rem exequi tam atrocem per consules superiorum annorum licuisse. haec Volscio clamitante adeo concitati homines sunt ut haud multum afuerit quin impetu populi Caeso interiret. Verginius arripi iubet hominem et in vincula duci. patricii vi contra vim resistunt. T. Quinctius clamitat, cui capitalis dies dicta sit et de quo futurum prope diem iudicium, cum indemnatum indicta causa non debere violari tribunus supplicium negat sumpturum se de indemnato: servaturum tamen in vinculis esse ad iudicii diem, ut qui hominem necaverit, de eo supplicii sumendi copia populo Romano fiat. appellati tribuni medio decreto ius auxilii sui expediunt: in vincla conici vetant, sisti reum pecuniamque, nisi sistatur, populo promitti placere pronuntiant. summam pecuniae quantam aecum esset promitti, veniebat in dubium. id ad

1. *pugno ictum ab Caesone* (P: *cesone*) *cecidisse:* PM. — PM: *domum ablatum.* — P m. 1.: superiorum anorum.
6. *afuerit:* P. — M: ut haut multum fuerit. — PM: *uerginius.*
8. *ui contra uim:* P Harl. 1.] contra vi. — M: uis contra | uim. cf. 2, 58. numero etiam additos. 3, 3.: tumultaque sedatos: M. — M: t. quinctius clamittat.
— *cui capitalis dies dicta sit:* M] cui rei capitalis cet. — *Capitalis dies* aeque latine scribi poterat atque *capitalis noxa* (3, 55.) vel similia (26, 40.: *capitalia ausi plerique*). sed cum hoc breve dicendi genus, quamvis rationi huius loci aptissimum, parum perspiceretur, factum est, ut alii id quod vulgo dicebatur (cf. 25, 4.) *cui rei capitalis dies* (P), alii *cui reo capitalis dies dicta sit* (Harl. 1.) restituendum esse putarent, quamquam cum non tribuni illatus exacerbati verba referrentur, ne *reo* quidem huius loci esse facile videri poterat.
11. *seruaturum:* PM. *seruatum:* Harl. 1. — PM: medio decreto ius auxilii sui expediunt.
14. *in uincla conici uetant:* PM] in vincula coniici vetant. — Cf. ex. gr. 30, 42.: „tum capti in *uinclis* essent“: et paulo post „in *uinclis* habeat“.
17. *quantam aecum esset promitti:* M m. 1.] quantam aequum cet. — M m. 2. P m. 1.: quanta aecum esset. P m. 2.:

senatum reicitur. reus, dum consulerentur patres, retentus in publico est. vades dare placuit. unum vadem ∞ ∞ ∞ aeris obligaverunt. quot darentur permissum tribunis est. decem finierunt. tot vadibus accusator vadatus est reum. hic primus vades publicos dedit. dimissus e foro nocte proxima 5 in Tuscos in exilium abiit. iudicii die cum excusaretur solum vertisse exilii causa, nihilo minus Verginio comitia habente conlegae appellati dimisere concilium. pecunia a patre exacta crudeliter, ut divenditis omnibus bonis aliquamdiu trans Tiberim veluti relegatus devio quodam tugurio 10 viveret.

quanta aequum. — Contra ea 30, 5. recte scriptum est: „et trepidatio quidem *quanta* necesse erat in nocturno effuso tam late incendio orta est".

2. *unum uadem* ∞ ∞ ∞ *aeris obligauerunt:* M] unum vadem tribus millibus aeris obligarunt. — P: unum uadem ∞ ∞ ∞ aeris obligarent que darentur (Leid. 1.: quod darentur). nec praetereundum est, tertium illud signum in M ita scriptum esse ut etiam pro *ex* haberi posset. — Cum hoc loco *unum uadem* nihil aliud esse possit quam *singulos uades*, non *tribus millibus* cum Grutero, sed *ternis millibus* dicendum videtur. cf. 30, 17.: (Put. Colb. Bamb.) „legatis in singulos dona ne minus quinum millium, comitibus eorum millium aeris .. decreta". 37, 39.: (Bamb.) „quina millia et quadrīgenos singulae (scil. legiones) habebant". al. — Voss. 1. et Lips.: *tria milia aeris.* Gaertn.: *trium milium?* sed ablativus recte se habet: cf. 21, 21.: noviscque se obligat votis, si cetera prospera evenissent. al. — M: x̄ finierunt. — P: accussator.

6. *in Tuscos:* Harl. 1. — PM: nocte proxima intus cōs. in exilium abiit (P m. 1.: *habiit*). M m. 3.: intusees. — PM: uerginio. — P m. 1.: conlege appellate.

10. *devio quodam tugurio:* ex coni. Campani et Rhenani. — M cod. Rhen.: *deuo quodam tugurio.* P Harl. 1. Leid. 1.: *de ullo quodam tugurio.* (cf. 3, 9. M: terentilius; P: terentillius = Terentillus:). Cum *devium* huic loco aptissimum videatur nec ulla voce Livius in simili re saepius usus sit, verissime illi homines videntur vidisse quid huius loci esset: praesertim cum etiam Latinius in Neapol. libris idem fere *devio quodam in tugurio* repererit. Minus probatur quod Sig. scribere voluit *vili*

XIV. Hoc iudicium et promulgata lex exercuit civitatem. ab externis armis otium fuit. cum velut victores tribuni perculsis patribus Caesonis exilio prope perlatam esse crederent legem, et quod ad seniores patrum pertineret, cessisse possessione rei publicae, iuniores — id maxime quod Caesonis sodalium fuit — auxere iras in plebem, non minuerunt animos. sed ibi plurimum profectum est, quod modo quodam temperavere impetus suos. cum primo post Caesonis exilium lex coepta ferri est, instructi paratique ingenti clientium exercitu sic tribunos, ubi primum submoventes praebuere causam, adorti sunt, ut nemo unus inde praecipuum quicquam eo die gloriae domum invidiaeve ferret, mille pro uno Caesones extitisse plebes quereretur. mediis diebus qui-

quodam tugurio, multo etiam minus quod Ianus Gebhardus aliique voluerunt *de vili quodam tugurio viveret* (immo *de agello*), quae recentiorum temporum haberi possit conditio, non antiquorum. Cf. 34, 16.: ad deuios montanos („zu schwerzugänglichen Gebirgsbewohnern") 26, 8.: „commeatus paratos et in urbibus haberent et ex *agris deuiis* („von der Landstrasse abgelegen") in uiam proferrent". cf. etiam Propert. III. (II.), 19.: Etsi me inuito discedis Cynthia Roma, Laetor quod sine me *deuia rura* coles („fern von Rom und nicht besucht von Städtern").

2. *ab externis armis otium* (P: ocium) *fuit:* PM. ab extremis: Harl. I. — P: prope prolatam.

5. *cessisse:* Harl. I.] cessissent (PM). (cf. 2, 58.: agere . . dicere . . uocare.)

8. *temperauere:* P m. 2. M. temporauere: P m. 1.

9. *instructi paratique ingenti clientium exercitu:* Harl. I.] instructi paratique cum ingenti cet. (PM). — Hoc loco *cum* ex *quein* facile nasci poterat, quem ad modum haud raro in optimis etiam libris similes ex similibus voces ortas esse constat, sic ex. gr. 30, 36. in Bamb. et Lips. scriptum est „minore cum *eum* misericordia", cum nihil scribendum esset nisi *minore cum misericordia*. cf. T. Livi l. XXX. p. XLIII. III. — P: partique. — M: ibi primum. — P: adhorti sunt.

12. *quicquam eo die gloriae:* P m. 1.] quicquam gloriae (M). — Primo quidem in P scriptum erat *odie*, sed *e* omissum videtur ut *ae* 3, 4., ubi in eodem libro *ciuitatese* pro *ciuitates eae* repperimus. altera deinde manu cum *odie*

bus tribuni de lege non agerent, nihil eisdem illis placidius aut quietius erat. benigne salutare, adloqui plebis homines, domum invitare, adesse in foro, tribunos ipsos cetera pati sine interpellatione concilia habere, numquam ulli neque publice neque privatim truces esse nisi cum de lege agi coeptum esset. alibi popularis iuventus erat. nec cetera modo tribuni tranquillo peregere sed refecti quoque in insequentem annum. ne voce quidem incommoda nedum ut ulla vis fieret, paulatim permulcendo tractandoque mansuefecerant plebem. his per totum annum artibus lex elusa est.

XV. Accipiunt civitatem placidiorem consules C. Claudius Appi filius et P. Valerius Publicola. nihil novi novus annus attulerat: legis ferendae aut accipiendae cura civitatem tenebat. quantum iuniores patrum plebi se magis insinuabant, eo acrius contra tribuni tendebant ut plebi suspectos eos criminando facerent. coniurationem factam, Caesonem Romae esse, interficiendorum tribunorum trucidandae

expunctum esset, factum est ut nihil ex eo in recentioribus libris compareret, simili ratione et in Colb. et in Med. libris omnia ea plerumque praetermissa videmus, quae quamquam m. 1. recte scripta, m. 2. in Put. deleta erant. ab hoc vero loco eo minus haec verba aliena esse putamus, quo maiore ibi verborum copia ad sententiam suam explicandam Livius usus est. cf. 3, 68.: „sed ex illis contionibus numquam vestrum quisquam re fortuna domum auctior rediit".

1. *de lege non agerent:* PM.

3. *adesse in foro:* PM. — P m. 1.: *cae*tera pati sine interpr*ae*latione. m. 2.: interpellatione. — P m. 1.: *cae*ptum esset.

6. *alibi popularis iuventus erat:* P. — M: coeptum esse | *et* alibi popularis iuventus erat. m. 3.: coeptum esset. — PM: tranquillo peregre. Harl. 1.: peragre.

7. *in insequentem annum:* P. — M: quoq. | *in*sequentem.

8. *ne uoce quidem:* PM. nec uoce quidem: Leid. 1. — PM: ut illa uis fieret paulatim.

11. *cōss. c. claudius appi filius:* M. cōs. claudius appi filius: P.

14. *quantum:* PM. quanto: Drak. Gaertn. cf. 5, 10.: „quantum augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia in stipendium opus erat". 44, 7. al.

17. *trucidandae plebis:* M. — P m. 1.: trucidan*te*. m. 2.: trucidande.

plebis consilia inita. id negotii datum ab senioribus patrum ut iuventus tribuniciam potestatem e re publica tolleret, formaque eadem civitatis esset quae ante Sacrum montem occupatum fuerat. et ab Volscis et Aequis statum iam ac
5 prope sollemne in singulos annos bellum timebatur propiusque aliud novum malum nec opinato exortum. exules servique ad duo milia hominum et quingenti duce Appio Herdonio Sabino nocte Capitolium atque arcem occupaverunt. confestim in arce facta caedes eorum qui coniurare et si-
10 mul capere arma noluerant. alii inter tumultum praecipites pavore in forum devolant: alternae voces *ad arma* et *ho-*

1. *ab senioribus patrum:* PM.
4. *et ab Volscis.* — P m. 1.: et *ad* uolscis. m. 2.: et ab uolscis. M Harl. I.: et *a* uolscis. cf. T. Livi. l. XXX. p. LXIII. 3. — P: et equis.
— *ac prope sollemne in singulos annos:* PM. In Harl. I. omissum est *in.*
5. *propiusque:* M m. 2. — M m. 1. P: propriusque. — *Et que:* „und schon fürchtete man . . als plötzlich ein anderes neues Uebel ausbrach". cf. 3, 30.: „vincebaturque consulare imperium tribunicio auxilio, cum alius additur terror". 3, 25.: „sed novus". — M: nec oppinato. P: necopianato. m. 2.: necopinato.
7. *ad duo milia hominum:* M Harl. I. cod. Rhen.] ad quattuor millia hominum (recc. codd.). — M: ad ꝏ ꝏ milia. P: ad *co co* milia (h. e. ad ꝏ ꝏ), m. 2.: ad cccc milia. — Dionys. 10, 14.: δι' ὀλίγου χρόνου συγκροτήσας δύναμιν ἀνδρῶν τετρακισχιλίων.
7. *et quingenti:* PM Harl. I. Leid. I. — Alii: et quingentos. — *Ad, praeter, supra,* hoc similibusque locis non praepositionęs sunt sed adverbia. cf. 4, 59.: „cogebantur itaque victi . . pugnam inire, cum pronuntiatum repente ne quis *praeter armatus* violaretur: reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis, quorum *ad duo milia et quingenti* vivi capiuntur". 8, 18.: „*ad* viginti matronis per viatorem accitis". 30, 6.: „equi Numidici *supra duo milia septingenti*" (capti). 27, 42.: „*supra* octo milia hominum occisa, *supra septingenti* capti" (Put. Colb. Bamb.). cf. etiam 1, 1.: „ut quibus . . nihil praeter arma et naves superessent".
— *Appio Herdonio Sabino:* PM.
8. *occupauerunt:* P] occupavere (M). — P m. 1.: eorumqueconiurare. — P: aliis inter tumultum.
11. *alternae uoces ad arma et*

stes in urbe sunt audiebantur. consules et armare plebem et inermem pati timebant. incerti quod malum repentinum — externum an intestinum, ab odio plebis an ab servili fraude — urbem invasisset, sedabant tumultus, sedando interdum movebant: nec enim poterat pavida et consternata multitudo regi imperio. dant tamen arma non vulgo, tantum ut incerto hoste praesidium satis fidum ad omnia esset. solliciti reliquum noctis incertique qui homines quantus numerus hostium esset, in stationibus disponendis ad opportuna omnis urbis loca egere. lux deinde aperuit bellum ducemque belli: servos ad libertatem Appius Herdonius ex Capitolio vocabat: se miserrimi cuiusque suscepisse causam ut exules iniuria pulsos in patriam reduceret et servitiis grave iugum demeret: id malle populo Romano auctore fieri: si ibi spes non sit, se Volscos et Aequos et omnia extrema temptaturum et concitaturum.

XVI. Dilucere res magis patribus atque consulibus. praeter ea tamen quae denuntiabantur, ne Veientium neu Sabinorum id consilium esset timere, et cum tantum in urbe hostium esset, mox Sabinae Etruscaeque legiones ex conposito adessent, tum aeterni hostes Vulsei et Aequi non ad populandos ut ante fines sed ad urbem ut ex parte captam venirent. multi et varii timores. inter ceteros eminebat terror servilis ne suus cuique domi hostis esset, cui

hostes in urbe sunt: M. alternae uoces *ad arma ad hostes* in urbe sunt: P. alternae uoces *et arma et hostes* in urbe sunt: Harl. I. alternae uoces *et ad arma et hostes* in urbe sunt: Leid. II.

4. *sedando interdum mouebant:* PM.

8. *reliquum:* P. reliqum: M.

— *quantus* (P: quantum) *numerus hostium esset:* PM. quantus numerus esset hostium: Harl. I. — P m. 1.: apperuit. — Paulo post P m. 1.: se miser*mi*mi.

13. *et seruitiis:* PM.

14. *id malle p̄ r̄ auctore fieri:* PM: sed P m. 1.: male. — P m. 1.: sibi. m. 2.: *si ibi.*

18. *praeter ea:* M. — P: p̄t ea.

20. *Sabinae Etruscaeque legiones:* PM. — Harl. I.: Sabinae Etruscae legiones.

21. *tum aeterni hostes Vulsci:* PM. — P: et *e*qui.

nec credere nec non credendo — ne infestior fieret — fidem abrogare satis erat tutum. vixque concordia sisti videbatur posse. tantum superantibus aliis ac mergentibus malis nemo tribunos aut plebem timebat. mansuetum id ma-
5 lum et per aliorum quietem malorum semper exoriens tumque esse peregrino terrore sopitum videbatur. at id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit. tantus enim tribunos furor tenuit ut non bellum sed vanam imaginem belli ad avertendos ab legis cura plebis animos Capitolium inse-
10 disse contenderent: patriciorum hospites clientesque, si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant, maiore quam venerint silentio abituros. concilium inde legi perferendae habere advocato populo ab armis. senatum interim consules habent alio se maiore ab tribunis metu ostendente quam
15 quem nocturnus hostis intulerat.

XVII. Postquam arma poni et discedere homines ab stationibus nuntiatum est, P. Valerius collega senatum re-

1. *ne infestior fieret:* P m. 2. M. *nec:* P m. 1. — P m. 1.: fidem *o*brogar*et*. m. 2.: abrogare.
3. *ac mergentibus:* PM Harl. I. Leid. I.] ac emergentibus (recc. quidam codd.). Quem ad modum res publica cum nave et qui eam administrabant cum gubernatoribus comparari solebant, sic etiam in his temporibus resp. malis mergi poterat videri: „als jene anderen Uebel so furchtbar um sich griffen und den Staat gleichsam erdrückten" u. s. w. nec raro L. hac metaphora usus est (cf. 6, 17.). qui *emergentibus* scripserunt, *superare* pro *superesse* habuerunt nec recusarunt quin ita *ac* vel cum vocalibus coniungeretur, id quod in recentioribus libris saepissime factum videmus, quamvis antiquiores et integriores libri *et* vel *atque* haberent (cf. 41, 24. 42, 12. al.).
6. *at id prope unum:* — PM et rell. codd.: a*d* id. cf. T. Livi l. xxx. p. xcvi. 4. — P m. 1.: maxim*i* inclinat*us* rebus.
9. *auertendos:* PM. uertendos: Harl. I. Leid. I.
10. *si perlata lege:* M. — P: suplata lege. — M: tumultuatos ee sese nuntiant | maiore. — P m. 1.: *h*abituros concilium inde leg*e* pferendae.
13. *aduocato populo:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.] avocato. — M: alio se maiore*s* ab tribunis metu. P: *ab* tribunis. Leid. I.: *a* tribunis.

tinente se ex curia proripit, inde in templum ad tribunos venit. „quid hoc rei est“ inquit „tribuni? Appii Herdonii ductu et auspicio rem publicam eversuri estis? tam felix vobis corrumpendis fuit qui servitia non commovit auctor? cum hostes supra caput sint, discedi ab armis legesque ferri 5 placet?“ inde ad multitudinem oratione versa „si vos urbis Quirites, si vestri nulla cura tangit, at vos veremini deos vestros ab hostibus captos. Iuppiter optimus maximus, Iuno regina et Minerva, alii dii deaeque obsidentur. castra servorum publicos vestros penates tenent. haec vobis forma 10 sanae civitatis videtur? tantum hostium non solum intra muros est sed in arce supra forum curiamque. comitia interim in foro sunt, senatus in curia est: velut com otium superat, senator sententiam dicit, alii Quirites suffragium ineunt. non quidquid patrum plebisque est — consules tri- 15 bunos — deos hominesque omnes armatos opem ferre, in

1. *se ex curia proripit:* P. — M: *retinente . . ex curia:* mediis litteris erasis. — Harl. 1. Leid 1.: *retinente ex curia.* cf. 29, 9.: accensus ira domo se proripuit (Put.). 44, 6.
2. *quid hoc rei est:* P m. 2. M. — P m. 1.: quid hoc *quod* rei est.
— *Appii Herdonii:* PM. — PM: remp̄.
4. *qui seruitia non commouit:* PM Leid. 1.] qui servitia vestra non comm.
6. *oratione uersa:* P m. 2. M. — P m. 1.: orationem uersa.
— *si uos urbis quirites, si:* Harl. 1. — M: si uos urbis q. si. — P: si uos urbis que si uri.
7. *at uos ueremini deos uestros:* PM. — Harl. 1.: *deos nostros.* fortasse *deos uostros.*
8. *Iuppiter optimus maximus:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Alii codd.: maximus optimus.
13. *senatus in curia est:* P m. 2. M. — P m. 1.: in curiam.
— *uelut com otium superat:* P m. 1.] velut cum. cf. 30, 17.: *com fibulis* (Put.): al.
15. *non quidquid patrum plebisque est:* PM. — Harl. 1.: *patrum plebis.* Quamquam L. asyndetis crebro utitur, tamen et hoc loco et 3, 16.: „*Sabinae Etruscae legiones*“ omissum *que* librario illius codicis deberi putem. — PM: *deos hominesque omnes:* simili modo saepe apud Livium. cf. ex. gr. 5, 48.: „sed *diique* et *homines* prohibuere redemptos vivere Romanos“.

Capitolium currere, liberare ac pacare augustissimam illam domum Iovis optimi maximi decuit? Romule pater, tu mentem tuam qua quondam arcem ab his isdem Sabinis auro captam recepisti, da stirpi tuae. iube hanc ingredi viam quam tu dux quam tuus ingressus exercitus est. primus en ego consul — quantum mortalis deum possum — te ac tua vestigia sequar". ultimum orationis fuit se arma capere, vocare omnes Quirites ad arma. si qui inpediat, iam se consularis imperii iam tribuniciae potestatis sacratarumque legum oblitum, quisquis ille sit ubicumque sit, in Capitolio in foro pro hoste habiturum. iuberent tribuni, quoniam in Appium Herdonium vetarent, in P. Valerium consulem sumi arma. ausurum se in tribunis, quod princeps familiae suae ausus in regibus esset. vim ultimam apparebat futuram spectaculoque seditionem Romanam hostibus fore. nec lex tamen ferri nec ire in Capitolium consul potuit. nox certamina coepta oppressit. tribuni cessere nocti timentes consulum arma. amotis inde seditionis auctoribus patres circumire plebem inserentesque se in circulos sermones tempori aptos serere, admonere ut viderent in quod discrimen rem publicam adducerent: non inter patres ac plebem certamen esse, sed simul patres plebemque arcem urbis tem-

2. *tu mentem tuam quā* (P: quam) *quondam:* PM.

3. *ab his isdem.* — PM: ab his | *h*isdem. — M: iube hanc in*c*redi uiā quan tu dux. m. 3.: ingredi. — P: quam *d*uus ingressus. m. 2.: *t*uus.

5. *primus en ego cōs.:* PM. — M: quantum mortalis dm̄ possum.

8. *si qui inpediat:* M m. 1. P cod. Rhen.] si quis impediat. — M m. 2.: si quis. Harl. 1.: sequi.

9. *sacratarumque legum:* P m. 2. M. sacrat*ur*umque: P m. 1. — PM: ubicumque sit in capitolio in foro. — P: qm̄ in appium herdonium. Paulo post P m. 1.: ausus in reg*ion*ibus esset.

17. *coepta oppressit:* P m. 2. M. c*ae*pta: P m. 1. — M m. 1.: noc*ti*mentes. m. 3.: noc*ti* timentes.

19. *inserentesque se in circulos:* PM et rell. codd.] inferentesque (ed. Asc.). — PM: remp̄. — M m. 1.: ninter patres. m. 2.: n̄inter patres: h. e.: *non* inter p.

la deorum penates publicos privatosque hostibus dedi. um haec in foro sedandae discordiae causa aguntur, conules interim ne Sabini ne Veiens hostis moveretur, circa ›ortas murosque discesserant.

XVIII. Eadem nocte et Tusculum de arce capta Ca- 5 ›itolioque occupato et alio turbatae urbis statu nuntii veniunt. L. Mamilius Tusculi tum dictator erat. is confestim ›onvocato senatu atque introductis nuntiis magno opere cen›et ne expectent dum ab Roma legati auxilium petentes veniant: periculum ipsum discrimenque ac sociales deos fidem- 10 que foederum id poscere. demerendo beneficio tam potentem tam propinquam civitatem numquam parem occasionem daturos deos. placet ferri auxilium. iuventus conscribitur, arma dantur. Romam prima luce venientes procul speciem hostium praebuere: Aequi aut Vulsci venire visi 15 sunt. deinde ubi vanus terror abiit, accepti in urbem agmine in forum descendunt. ibi iam P. Valerius relicto ad portarum praesidia collega instruebat aciem. auctoritas viri moverat adfirmantis, Capitolio recuperato et urbe pacata, si se

1. *deorum:* P m. 2. M. derum: P m. 1.
3. *ne Sabini ne Veiens:* P. — M: ne sabini neue | ueiens.
6. *et alio turbatae urbis statu:* M m. 2. P. — M m. 1.: et alio tubate | urbistatu.
7. *L. Mamilius Tusculi tum dictator erat:* PM.
8. *magno opere censet:* M Harl. 1. Leid. 1.] magnopere censet (P).
11. *demerendo:* PM et rell. codd.] demerendi (edit. Mediol.). — *Demerendo* (h. e. ad demerendum) rectissime se habet: „nie würden die Götter eine gleiche Gelegenheit geben eine so mächtige Stadt durch eine ihr erwiesene Wohlthat zu verpflichten". cf. 21, 54.: quem ubi *equites* quoque *tegendo* satis latebrosum locum circumvectus ipse oculis perlustravit cet. 30, 23.: tum quantum quisque plurimum poterat magnitudini Syphacis, famae gentis *victoriam suam augendo* addebat: „um seinen Sieg dadurch grösser erscheinen zu lassen". Sall. Cat. 4.: *agrum colendo* aut venando intentum. al. — P: occassionem. — M: p̄. lacet ferri.
15. *Aequi aut Vulsci:* M] Aequi aut Volsci. — P: aequi haud uolsci. — M: in forum discendunt.
17. *ibi iam P. Valerius:* PM. ubi iam: Leid. 1.
19. *si se edoceri sissent:* ex

edoceri sissent quae fraus ab tribunis occulta in leg
retur, memorem se maiorum suorum, memorem cogno
quod populi colendi velut hereditaria cura sibi a maic
tradita esset, concilium plebis non impediturum. hun
5 cem secuti nequiquam reclamantibus tribunis in clivu
pitolinum erigunt aciem. adiungitur et Tusculana
certare socii civesque utri recuperatae arcis suum dec
cerent. dux uterque suos adhortatur. trepidare tum l
nec ulli satis rei praeter quam loco fidere. trepida
10 inferunt signa Romani sociique. iam in vestibulum
perant templi, cum P. Valerius inter primores pugnam
interficitur. P. Volumnius consularis vidit cadentem. i

coni. m.] si edoceri se sissent (ex coni. Rhen.). — PM et rell. codd.: *si se doceri sensissent.* Cum L. similibus locis verbo *edocendi* persaepe usus sit (cf. 3, 25.: cum *edocuissent* populum, quid fraudis occultae ferretur:), nec minus saepe duo verba quorum prius eadem vocali finiebatur qua alterum incipiebat, a librariis in unum coniuncta sint, *sedoceri* pro *se edoceri* scriptum esse facile crediderim. quod deinde ad *sensissent* attinet, primo doctus quidam librarius, cum duas eiusdem vocis formas reperiret et *sinissent* et *sissent*, coniunctim videtur scripsisse *sinsissent* (cf. 4, 60. in Med. *iuuarebat:* al.): quod cum non perspiceretur, eius loco *sensissent* scriptum est. nam non modo *siui* sed etiam *sini* ab antiquis dictum esse, multi integriorum codd. loci persuadere videntur (cf. Terent. Andr. 1, 2. 17. sp. 35. 5. in Bamb. non sed *si restitui ordines sent* scriptum est: al hilo minus tamen, etiam *sisse* quod in libris fuerat, ab recent librariis interdum cum permutatum esset (cf. ubi in Put. *sissent*, in Colb. *siuissent* est) et ipse *sissent* scripsi, vis in quibusdam et B Oxon. libris reperiretu *doceri siuissent.* — ferrentur.

3. *quod:* PM et rell. cod Fr. Gron.: *quo.* cf. 3, 34
5. *nequiquam:* M] nequi — P: in cliuium.
7. *utri recuperatae arci decus facerent:* PM Leid. 1. — Alii: *ut re* P m. 1.: adoratur. adortatur.
10. *perruperant:* P. per rant: M. — P m. 1 m. 2.: suis.

negotio suis ut corpus obtegerent, ipse in locum vicemque consulis provolat. prae ardore impetuque tantae rei sensus non pervenit ad militem: prius vicit quam se pugnare sine duce sentiret. multi exulum caede sua foedavere templum, multi vivi capti, Herdonius interfectus. ita Capitolium recu- 5 peratum. de captivis, ut quisque liber aut servus esset, suae fortunae a quoque sumptum supplicium est. Tusculanis gratiae actae, Capitolium purgatum atque lustratum. in consulis domum plebes quadrantes ut funere ampliore eferretur iactasse fertur. 10

XIX. Parta pace instare tum tribuni patribus ut Publi Valeri fidem exsolverent, instare Claudio ut collegae deos manes fraude liberaret, agi de lege sineret. consul ante quam collegam sibi subrogasset negare passurum agi de lege. hae tenuere contentiones usque ad comitia consu- 15 lis subrogandi. Decembri mense summo patrum studio L. Quinctius Cincinnatus pater Caesonis consul creatur, qui magistratum statim occiperet. perculsa erat plebes consulem habitura iratum, potentem favore patrum virtute sua tribus liberis, quorum nemo Caesoni cedebat magnitudine 20 animi, consilium et modum adhibendo ubi res posceret priores erant. is ut magistratum init, adsiduis contionibus pro tribunali non in plebe coercenda quam senatu castigando

4. *multi exulum caede* (P: cede): PM.

6. *ut quisque liber aut seruus esset:* P. — M: ut quisque libera *ut* seruus | esset. Harl. 1. Leid. 1.: liber*auit*. — M: suae fortuna *ea* quoq. sumptum.

9. *ut funere ampliore eferretur.* — PM Harl. 1.: ut funere amplioreferretur. Leid. 1.: ut funere amplio*re re*ferretur. — Cf. ex. gr. 30, 6.: *efugeret* (Put.).

11. *parta pace:* P m. 2. M] pace parta. — P m. 1.: part*e* pace.

11. *Publi Valeri:* PM] P. Valerii. — P m. 1.: fedem. m. 2.: fidem.

15. *hae* (P: hę) *tenuere contentiones usque ad comitia* (P m. 1.: conmitia) *consulis subrogandi:* PM. — M: L. Quinctius.

18. *occiperet:* M. acciperet: P.

22. *init:* M] iniit. — PM: adsiduis contionibus.

23. *quam senatu castigando:* PM. — Voss. 1.: quam *in* senatu.

vehementior fuit, cuius ordinis languore perpetui ia
buni plebis non ut in re publica populi Romani, sed
perdita domo lingua crimnibusque regnarent: cum C.
filio suo virtutem constantiam omnia iuventutis belli
5 que decora pulsa ex urbe Romana et fugata esse:
ces seditiosos — semina discordiarum — iterum ac t
tribunos pessimis artibus regia licentia vivere. „Aul
quit „ille Verginius, quia in Capitolio non fuit, minu
plicii quam Appius Herdonius meruit? plus hercu
10 quanto — qui vere rem aestimare velit. Herdonius
aliud hostem se fatendo prope denuntiavit ut arma
tis: hic negando bella esse arma vobis ademit mu
servis vestris et exulibus obiecit et vos — C. Clau
et Publi Valeri mortui loquar — prius in clivum C
15 num signa intulistis quam hos hostis de foro tolleret
det deorum hominumque. cum hostes in arce in C
essent, exulum et servorum dux profanatis omnibus
Iovis optimi maximi habitaret, Tusculi ante quam
sumpta sunt arma: in dubio fuit utrum L. Mamilius
20 lanus dux an P. Valerius et C. Claudius consules
nam arcem liberarent: et qui ante Latinos ne pro
dem ipsis cum in finibus hostem haberent attinger

1. *perpetui iam ē. pl. non ut in r̄ p̄. populi romani:* PM. — Harl. 1.: perpetuo.

2. *in perdita domo:* P. — M Harl. 1. Leid. 1.: in perdita *modo*. Havere.: in perdita domo modo. — Sic 30, 12. in Put. Colb. Bamb. *domo* scriptum est pro *modo*. cf. T. Livi l. xxx. p. LXVII. VIII. — P m. 1.: iuuentitis. — P m. 1.: fugata *est* loquaces seditios*us*. m. 2.: fugata ee loquaces seditiosos.

6. *iterum ac tertium:* PM cod. Rhen. Harl. 1. — Alii: *tertio*.

7. *Aulus inquit ille Ve* P] A. inquit ille Vi

10. *qui uere rem aestim lit:* PM.

12. *arma uobis ademit:* uouis: m. 1. — M: a bis ademit.

13. *C. Claudi pace et P.* pupli) *Valeri:* PM] dii pace et P. Valerii. 1.: in cliu*i*um capat

15. *hostis:* M m. 1. P] — P m. 1.: pu*t*et. m det. — M: habitar ante. — PM: sump arma. — PM: L. Ma

22. *attingere:* P m. 2. l

passi sumus, nunc nisi Latini sua sponte arma sumpsissent, capti et deleti eramus. hoc est tribuni auxilium plebi ferre, inermem eam hosti trucidandam obicere? scilicet si quis vobis humillimus homo de vestra plebe, quam partem velut abruptam a cetero populo vestram patriam peculiaremque 5 rem publicam fecistis, si quis ex his domum suam obsessam a familia armata nuntiaret, ferendum auxilium putaretis: — Iuppiter optimus maximus exulum atque servorum saeptus armis nulla humana ope dignus erat? et hi postulant ut sacrosancti habeantur, quibus ipsi dii neque sacri 10 neque sancti sunt? at enim divinis humanisque obruti sceleribus legem vos hoc anno perlaturos dictitatis. tum hercule illo die quo ego consul sum creatus, male gesta res publica est, peius multo quam cum P. Valerius consul periit, si tuleritis. „iam primum omnium“ inquit, „Quirites, 15 in Vulscos et Aequos mihi atque collegae legiones ducere in animo est. nescio quo fato magis bellantes quam pacati propitios habemus deos. quantum periculum ab illis populis fuerit, si Capitolium ab exulibus obsessum scissent, suspicari de praeterito quam re ipsa experiri est melius“. 20

XX. Moverat plebem oratio consulis, erecti patres re-

m. 1.: attangere. — P m. 1.: capti et deleti.

3. *obicere:* M. obiecere: P.

4. *uelut abruptam* (P m. 1.: adruptam) *a cetero populo:* PM. — PM: remp̄. fecistis.

9. *saeptus:* P m. 2. — P m. 1.: saeptis. M: septus. — P m. 1.: ipsi die. m. 2.: ipsi dii.

11. *at enim diuinis humanisque obruti sceleribus:* PM cod. Rhen.

13. *quo ego consul sum creatus:* P. — M: quo ego con| sulum creatus.

— *male gesta resp. ē:* M. male gesta rep̄. est: P. — P: multo *cum* p̄. ualerius.

16. *in Vulscos:* PM] in Volscos.

17. *nescio quo fato:* P m. 2. — P m. 1. M: nescio quo facto. Haverc.: nescio quo pacto. — Cf. 26, 41.: ea fato quodam nata nobis sors est ut magnis omnibus bellis victi vinceremus. 30, 30.: si hoc ita fato datum erat. al.

18. *propitios habemus deos:* PM cod. Rhen. — Ceteri codd.: *habeamus.*

21. *erecti patres:* PM. — Harl. 1.: erepti patres. sic 30, 15. in Put. Colb. Bamb.: *ereptusque* pro *erectusque:* al. — P: rem pu*ll*icam.

stitutam credebant rem publicam. consul alter, comes mosior quam auctor, suscepisse collegam priorem acti tam gravis rei facile passus, in peragendis consularis partem ad se vindicabat. tum tribuni eludentes velut
5 dicta persequi quaerendo quonam modo exercitum edu consules essent, quos dilectum habere nemo passuru „nobis vero“ inquit Quinctius „nihil dilectu opus est, quo tempore P. Valerius ad recipiundum Capitolium plebi dedit, omnes in verba iuraverint conventuros se
10 consulis nec iniussu abituros. edicimus itaque, omne in verba iurastis, crastina die armati ad lacum Regillun sitis“. cavillari tum tribuni et populum exsolvere reli velle: privatum eo tempore Quintium fuisse, cum mento adacti sint. sed nondum haec quae nunc tenet

3. *tam grauis rei facile passus:* Voss. II. — In PM Harl. I. Leid. I. excidit *rei.* — Havere.: tam grauem facile p.
— *in peragendis consularis officii partem ad se uindicabat:* cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — M: in peragentis consularis officii partem. P: in peragendis consularis consularem officii partem. — Interpretes frustra sudarunt, quanam emendatione, cum Livius *in peragendis consularis officii* scribere non potuerit, integram orationem restituisse viderentur, cum non intelligerent *consularis officii* nihil pertinere ad *peragendis* sed ad *partem:* id quod eos antiquos librarios non fugerat qui interpretationis causa ad *consularis* adscripserunt *consularem.* C. Claudius igitur suscepisse collegam priorem tam gravis actionis partem facile passus, in peragen publicae decesse noleb suam sibi partem offic sularis vindicabat: „e es, als es zum Handel an der von ihm als C zu erwartenden Pflich und Theilnahme nicht len“. ita c. 21. dici p *consulibus* (non *consul clamantibus* tribunos re esse. — P: querendo.

6. *dilectum:* PM] delectu
— *passurus sit:* P] pa esset (M). — PM: qui nihil dilectu.

8. *ad recipiundum:* M cod. ad recipiendum: P. — M iussum coīs. — P: i habituros.

11. *iurastis:* M m. 3. P. iu M m. 1. — P m. 1.: pop

14. *adacti sint:* PM.
— *saeculum neclegentia:* 1. — M m. 3. P: neg tia: — PM: interpraetar

culum, neclegentia deum venerat, nec interpretando sibi quisque iusiurandum et leges aptas faciebat sed suos potius mores ad ea accommodabat. igitur tribuni, ut inpediendae rei nulla spes erat, de proferendo exercitu agere, eo magis quod et augures iussos adesse ad Regillum lacum fama ex- 5 ierat locumque inaugurari ubi auspicato cum populo agi posset, ut quidquid Romae vi tribunicia rogatum esset id comitiis ibi abrogaretur. omnis id iussuros quod consules vellent: neque enim provocationem esse longius ab urbe mille passuum, et tribunos si eo veniant in alia turba Qui- 10 itium subiectos fore consulari imperio. terrebant haec, sed ille maximus terror animos agitabat, quod saepius Quintius

3. *inpediendae rei:* M. — P m. 1.: inpedien*te* rei.

4. *de proferendo exercitu agere:* M m. 2. P. — M m. 1.: agere*t*. („Da sie die Zusammenberufung der Truppen nicht hintertreiben konnten, so suchten sie es wenigstens zu verhindern, dafs das Heer sich ausserhalb des Weichbildes von Rom stellen solle".) Lipsius: de proferenda (scil. re) agere. I. Fr. Gron.: de perterrendo exercitu agere. Ant. Perizonius: de proferendo exitu agere. — Equidem non video, cur, cum tot similibus locis idem hoc verbum recte se habere visum sit, hoc potissimum loco res aliter se habeat. *proferre* nihil aliud est quam „ferre aliquid ex priore quem habuerat in alium locum vel magis vel minus inde remotum": quem ad modum igitur scriptum erat 42, 1.: fines agri publici paulatim proferre; 1, 44.: pomerium proferre; 25, 38.: diem proferre; 26, 8.: commeatus ex agris in viam proferre; 10, 33.: proferre inde castra: al. sic supra scriptum est *proferre exercitum:* h. e. locum ubi exercitui conveniendum esset, sollemnem cum alio aliquanto ab urbe remotiore permutare vel eum locum proferre.

5. *iussos:* P m. 2. M. — P m. 1.: iu*s*os.

6. *locumque inaugurari ubi auspicato:* PM. — PM: quid-quid. — PM: ibi abrogaretur.

8. *omnis id iussuros:* P m. 1.] omnes id iussuros (P m. 2.). — M: omis | ut iussuros (h. e. omn*es*).

10. *mille passuum:* PM et rell. codd.

— *si eo ueniant:* PM cod. Rhen. — Alii: *ad*ueniant. — P m. 1.: sed ill*a* maximus terror animus agitabat. m. 2.: sed ille . . animos. — P: s*e*pius quintius dictitabat.

dictitabat se consulum comitia non habiturum: non ita civitatem aegram esse ut consuetis remediis sisti posset: dictatore opus esse rei publicae, ut qui se moverit ad sollicitandum statum civitatis, sentiat sine provocatione dictatu-
5 ram esse.

XXI. Senatus in Capitolio erat. eo tribuni cum perturbata plebe veniunt. multitudo clamore ingenti nunc consulum nunc patrum fidem inplorant, nec ante moverunt de sententia consulem quam tribuni se in auctoritate patrum
10 futuros esse polliciti sunt. tunc referente consule de tribunorum et plebis postulatis senatus consulta fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent neque consules ab urbe exercitum educerent: in reliquum magistratus continuari et eos tribunos refici iudicare senatum contra rem publicam esse.
15 consules fuere in patrum potestate: tribuni reclamantibus consulibus refecti. patres quoque — ne quid cederent plebi — et ipsi Lucium Quinctium consulem reficiébant. nulla toto anno vehementior actio consulis fuit. „mirer“ inquit „si vana vestra, patres conscripti, auctoritas ad ple-
20 bem est? vos elevatis eam. quippe quia plebs senatus con-

2. *sisti posset:* PM et rell. codd.] sisti possit (ed. Frob.). — M: so*l*icitandum.

11. *sc. fiunt, neque tribuni legem eo anno ferrent neque consules:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Alii: „senatus consulta fiunt ut neque“ cet. vel „senatus consultum fit ut neque“ cet. — M: in reliqum.

13. *et eos tribunos refici:* PM et rell. codd.] et eosdem tribunos refici (edit. Frob.). — Non *eosdem* dicit Livius sed singulari quadam vi *eos tribunos refici*, qui tres continuos annos rempublicam turbarint atque vexarint. ne iidem qui magistratu fungerentur tribuni in proximum annum reficerentur, evincere conati sunt Q. Minucio C. Horatio cons. tricesimo sexto anno a primis tribunis plebis. 3, 29. vero similibusque locis dubitari non potest quin recte scriptum sit: „plebes vicit ut quintum *eosdem* tribunos crearent“. — PM: contra rempp. esse. — P: lucium quinctium. — PM: auctoritas ad plebem ē.

20. *quippe quia plebs.* — M: „*quippe quia plebs. s. m. c. in continuandis magistratibus soluit.* P: quippe quia plebs sm̄. c̄. in continuandis

sultum in continuandis magistratibus solvit, ipsi quoque solutum vultis ne temeritati multitudinis cedatis, tamquam id sit plus posse in civitate plus levitatis ac licentiae habere: levius enim vaniusque profecto est sua decreta et consulta tollere quam aliorum. imitamini patres conscripti turbam 5 inconsultam, et qui exemplo aliis esse debetis, aliorum exemplo peccatis potius quam alii vestro recte faciant: dum ego ne imiter tribunos nec me contra senatus consultum consulem renuntiari patiar. te vero C. Claudi adhortor ut et ipse populum Romanum hac licentia arceas et de me 10 hoc tibi persuadeas, me ita accepturum ut non honorem meum a te impeditum sed gloriam spreti honoris auctam invidiamque, quae ex continuato eo inpenderet, levatam putem". communiter inde edicunt ne quis L. Quintium con-

magistratus soluit". *s m c* videtur litterarum metathesi scriptum esse pro *s c m.* — PM: ipsi quoque solutum uultis.

5. *imitamini p̄. c. turbam inconsultam, et qui exemplo aliis esse debetis, aliorum exemplo peccatis potius quam alii* (P m. 1.: aliis) *uestro recte faciant:* PM. — Aldus primus scripsit *peccetis*, eumque recentiores secuti sunt. sed *peccatis*, ut in omnibus codd. est, rectissime se habet, nec *imitamini*, id quod Dukerus voluit, pro imperativo habendum est. hoc enim similibusque locis ellipsi quadam *dum ne* a Livio cum priore oratione coniunctum est, quasi scribendum fuerit: „imitamini turbam inconsultam et peccatis ipsi aliorum exemplo potius quam ut alii vestro recte faciant. *sed ne ita quidem senatus consultum irritum fiet*, dum ego ne imiter tribunos nec me consulem renuntiari patiar". eodem sensu 28, 40. non *appellent* scribendum sed ex Put. Colb. Bamb. *appellant* restituendum est: „atque ego certum habeo dissentienti mihi ab ista festinatione in Africam traiciendi duarum rerum subeundam opinionem esse, unius — insitae ingenio meo cunctationis, quam metum pigritiamque homines adulescentes sane appellant, dum ne paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo aspectu consilia semper visa, mea usu meliora": cet.

8. *nec me contra s̄. c̄. consulem:* P. — M: nec me contra *s. ac.* consulem. — PM: te uero *c.* claudi adhortor. — PM: ut et ipse populum. r. — P: *ac* licentia.

sulem faceret: si quis fecisset, se id suffragium non observaturos.

XXII. Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertio et L. Cornelius Maluginensis. census actus eo anno. lustrum propter Capitolium captum consulem occisum condi religiosum fuit. Quinto Fabio L. Cornelio consulibus principio anni statim res turbulentae. instigabant plebem tribuni. bellum ingens a Volscis et Aequis Latini atque Hernici nuntiabant. iam Antii Volscorum legiones esse. et ipsam coloniam ingens metus erat defecturam: aegreque impetratum a tribunis ut bellum praeverti sinerent. consules inde partiti provincias: Fabio ut legiones Antium duceret datum, Cornelius ut Romae praesidio esset ne qua pars hostium — qui Aequis mos erat — ad populandum veniret. Hernici et Latini iussi milites dare ex foedere, duaeque partes sociorum in exercitu tertia civium fuit. postquam ad diem praestitutum venerunt socii, consul extra portam Capenam castra locat. inde lustrato exercitu Antium profectus haut procul oppido stativisque hostium consedit. ubi cum Vulsci, quia nondum ab Aequis venisset exercitus, dimicare non ausi, quem ad modum quieti vallo se tutarentur parent, postero die Fabius non permixtam unam sociorum civiumque sed trium populorum tres separatim acies circa vallum hostium instruxit. ipse erat medius cum legionibus Romanis. inde signum observare iussit, ut pariter et socii

3. *tertio:* PM et rell. codd.] tertium. — P m. 1.: census auctos. — P m. 2. Harl. 1.: census auctus.
6. *Quinto Fabio L. Cornelio cōss.:* M. — P: *cōs.*
7. *statim res turbulentae:* PM.
10. *aegreque impetratum:* M. egreque inpetratum: P.
12. *Fabio ut legiones Antium duceret datum:* PM Harl. 1. Leid. 1.] Fabio ut Antium legiones cet.
13. *Cornelius ut Romae praesidio esset:* PM Harl. 1.] Cornelio ut cet. — P: pars ostium. — M: quia | equis mos erat.
18. *inde:* P. — M: *in*lustrato exercitu. — P: profectus aut procul.
19. *ubi cum Vulsci:* PM] ubi cum Volsci. — P m. 1.: se *d*utarentur. — PM: *non permixtam unam* cet.
25. *inde signum observare ius-*

rem incipeřent refferrentque pedem si receptui cecinisset. equites item suae cuique parti post principia collocat. ita trifariam adortus castra circumvenit et cum undique instaret, non sustinentes impetum Volscos vallo deturbat: transgressus inde munitiones pavidam turbam inclinatamque in partem unam castris expellit. inde effuse fugientes eques, cui superare vallum haud facile fuerat, cum ad id spectator pugnae adstitisset, libero campo adeptus parte victoriae fruitur territos caedendo. magna et in castris et extra munimenta caedis fugientium fuit, sed praeda maior quia vix arma secum efferre hostis potuit: deletusque exercitus foret ni fugientis silvae texissent.

XXIII. Dum ad Antium haec geruntur, interim Aequi robore iuventutis praemisso arcem Tusculanam inproviso nocte capiunt: reliquo exercitu haud procul moenibus Tu-

sit: PM. — Fragm. Haverc.: *obseruari.* — P: refferrentque.

2. *suae cuique parti:* PM et rell. codd.] sua cuique parti (I. Fr. Gron.). Livium in his dicendi generibus singulari quadam ratione usum esse constat. quem ad modum igitur apud eum nomina substantiva genitivo inter se connexa videmus nulla eius quod proximum fuerat verbi ratione habita (2, 1.: multitudin*is*): sic aliis locis ab eodem nomina dativo coniuncta sunt, ubi alii scriptores aut genitivo aut verbis quibus dativum scribi necesse fieret, usi essent. hoc igitur loco *suae cuique parti* nec ad *principia*, ut Gron. voluit, referenda sunt nec ad *collocat*, sed artissime cohaerent cum nomine *equites*, atque ita ut L. haec duo in eis inesse voluisse videatur et *suae parti* et *cuique parti*. cf. 2, 52.: ubi L. non *suae cuique inopiae* scripsit sed „postquam timor *sibi cuique futurae inopiae* abiit": al. — M: ita tri*a* | fariam.

7. *cum ad id spectator pugnae adstitisset:* M. — P m. 1.: cum ad id *ex*spectar*ett*or pugne adstitisset. — P: cedendo. — P: *et extra munimenta:* sed m. 2. addidit *castra* supra *munimenta*.

10. *caedis fugientium:* P Leid. 1.] caedes (M m. 3.). — M m. 1.: caed*e* fugientium. — P m. 1.: effere host*es* potuit. P m. 2. M m. 2.: efferre hostis potuit. M m. 1.: host*es*.

12. *ni fugientis:* P] ni fugientes. — M m. 1.: deletusque exercitus fore | nisi fugientis. m. 2.: foret | nisi fugientes.

sculi considunt, ut distenderent hostium copias. haec celeriter Romam, ab Roma in castra Antium perlata movent Romanos haud secus quam si Capitolium captum nuntiaretur: adeo et recens erat Tusculanorum meritum et similitudo ipsa periculi reposcere datum auxilium videbatur. Fabius omissis omnibus praedam ex castris raptim Antium convehit, ibi modico praesidio relicto citatum agmen Tusculum rapit. nihil praeter arma et quod cocti ad manum fuit cibi ferre militi licuit. conmeatum ab Roma consul Cornelius subvehit. aliquot menses Tusculi bellatum. parte exercitus consul castra Aequorum oppugnabat, partem Tusculanis dederat ad arcem recuperandam. vi numquam eo subiri potuit, fames postremo inde detraxit hostem. quo postquam ventum ad extremum est, inermes nudique omnes sub iugum ab Tusculanis missi. hos ignominiosa fuga domum se recipientes Romanus consul in Algido consecutus ad unum omnes occidit. victor ad Columen — id loco nomen est — exercitu relicto castra locat. et alter consul, postquam moenibus iam Romanis pulso hoste periculum esse desierat, et ipse ab Roma profectus. ita bifariam consules ingressi hostium fines ingenti certamine hinc Volscos hinc Aequos populantur. eodem anno descisse Antiates apud plerosque au-

1. *celeriter:* P. c*ae*leriter: M. — PM: nuntiaretur. — P m. 1.: adeo *ad* recens. m. 2.: adeo et recens.

6. *conuehit:* M. — P m. 1.: conuehisibi.

8. *nihil praeter arma et quod coacti ad manum fuit cibi:* PM.

12. *subiri:* Harl. 1. — P: uinum quam eosubir*e* potuit. M m. 1.: *u* numquam eo subir*e* potuit. M m. 2.: *ubi* numquam cet.

13. *inde detraxit:* PM. — Harl. 1.: inde traxit. — PM: inermes *nu*dique. — PM: *ab* tusculanis.

17. *uictor ad Columen:* P m. 2. M. — P m. 1.: uictor *in*columen. — In M scriptum est m. 2. *uel huie* supra *id loco.*

18. *exercitu relicto:* (PM et rell. codd.): h. e. *non reducto Romam.* cf. paulo post c. 24.: „clamant fraude fieri quod foris tenetur exercitus".

20. *ita bifariam:* P. — M: profectu*s* *s*it abifariam |. — P m. 1.: populant*er*. — M: decisse anchtiates. — PM: L. Cornelium cōs. id bellum gessisse.

tores invenio. L. Cornelium consulem id bellum gessisse oppidumque cepisse certum adfirmare, quia nulla apud vetustiores scriptores eius rei mentio est, non ausim.

XXIV. Hoc bello perfecto tribunicium domi bellum patres territat. clamant fraude fieri quod foris teneatur exercitus: frustrationem eam legis tollendae esse: se nihilo minus rem susceptam peractaros. optinuit tamen L. Lucretius praefectus urbis ut actiones tribuniciae in adventum consulum differrentur. erat et nova exorta causa motus. M. Cornelius et Q. Servilius quaestores M. Volscio, quod falsus haud dubie testis in Caesonem extitisset, diem dixerant. multis enim emanabat indiciis neque fratrem Volsci ex quo semel fuerit aeger umquam non modo visum in publico sed ne adsurrexisse quidem ex morbo multorumque labe mensum mortuum, nec his temporibus in quae testis crimen coniecisset Caesonem Romae visum, adfirmantibus qui una meruerant secum eum tum frequentemque ad signa sine ullo commeatu fuisse, nisi ita esset, multi privatim fe-

6. *frustrationem eam:* P. frustationem eam: M. — P: optinuit. — M: p̄. l. | lucretius. P: p. lucretius. — M: tribuniciae. — PM: differentur. — P: *questores.* — P: *ce*sonem. — P: diem dixer*at.*

12. *multis enim emanabat:* P. multis enim *a*manabat: M. — PM: fratrem uulsci. — P: eger.

15. *mensum:* PM. — P: qui una meruer*unt* secum eum t*um* (m. 2.: t*um*).

17. *frequentemque* („und zwar"): PM Harl. 1. Leid. 1.] frequentem. — P: sine ull*a* commeatu.

18. *nisi ita esset, multi priuatim ferebant Volscio iudicem:* cod. Rhen.] ni ita esset, multi privatim ferebant Volscio iudices. — P: nisi ita esset multi priuatim multis priuatis ferebant uolscio iudicem. M: nisi ita esset, multi *multi* | priuatim *is* priuatis ferebant | uolscio iudicem: (cf. 2, 7.: *fieri.*). *iudicem* non *iudices* recte scriptum est in omnibus codd. cf. 3, 57.: se iterum ac saepius iudicem illi ferre. 8, 33.: provoco ad populum eumque tibi fugienti exercitus tui, fugienti senatus iudicium iudicem fero. 9, 1.: quem tibi .. iudicem feram, neminem neque populum neque privatum fugio. (cf. etiam Cic. de or. 2, 70. 285.) 3, 56.: *nisi iudicem dices:* (Cic. de or. 2, 65. 262.)

dis occultae ferretur, sinerent deinde suffragium inire. hoc intervalli datum res tranquillas in urbe fecit. nec diuturnam quietem Aequi dederunt qui rupto foedere, quod ictum erat priore anno cum Romanis, imperium ad Gracchum
5 Cloelium deferunt. is tum longe princeps in Aequis erat. Graccho duce in Lavicanum agrum inde in Tusculanum hostili populatione veniunt, plenique praedae in Algido castra locant. in ea castra Q. Fabius P. Volumnius A. Postumius legati ab Roma venerunt questum iniurias et ex eo foedere
10 res repetitum. eos Aequorum imperator quae mandata habeant ab senatu Romano ad quercum iubet dicere; se alia interim acturum. quercus ingens arbor praetorio imminebat, cuius umbra opaca sedes erat. tum ex legatis unus abiens „et haec" inquit „sacrata quercus et quidquid deorum est
15 audiant foedus a vobis ruptum, nostrisque et nunc querellis adsint et mox armis cum deorum hominumque simul violata iura exsequemur". Romam ut rediere legati, senatus iussit alterum consulem contra Gracchum in Algidum exercitum ducere, alteri populationem finium Aequorum provin-
20 ciam dedit. tribuni suo more impedire dilectum, et forsitan ad ultimum impedissent, sed novus subito additus terror est.

XXVI. Vis Sabinorum ingens prope ad moenia urbis

occult*e*. — P: suffragium inre | inire. m. 2.; suffragium | inire.

3. *rupto foedere quod ictum erat:* PM. — PM: imperium ad Gracchum Cloelium deferunt. — M: *c*raccho duce.

6. *in lauicanum agrum:* ex coni. Cluverii et Gruteri. — P m. 2. M: in lanu uinum agrum. P m. 1.: in lanumuinum agrum. — PM: plenique praed*ae*. Alii: praed*a*.

9. *legati:* M m. 3. P. — M m. 1.: le*c*ati.

— *et ex eo foedere* (scil. quod priore anno ictum erat): PM Harl. 1. Leid. 1.] et ex foedere. — P: que mandat | habeant.

15. *et nunc querellis adsint:* PM. — P: iura exequ*ae*mur.

17. *Romam ut rediere legati:* ex coni. Rhen. — M cod. Rhen.: romam ut red*i*re legati. M m. 3.: ut rediere. P: romam rediere legati.

20. *impedire dilectum:* PM.] impedire del. — PM: et forsit*am* ad ultimum impedissent sed *cet.* cf. 3, 15.: propiusque.

22. *uis sabinorum:* M m. 3. P. — M m. 1.: uisa | binorum.

infesta populatione venit: foedati agri, terror iniectus urbi est. tum plebs benigne arma cepit. reclamantibus frustra tribunis magni duo exercitus scripti. alterum Nautius contra Sabinos duxit, castrisque ad Eretum positis per expeditiones parvas plerumque nocturnis incursionibus tantam 5 vastitatem in Sabino agro reddidit, ut conparati ad eam prope intacti bello fines Romani viderentur. Minucio neque fortuna nec vis animi eadem in gerendo negotio fuit, nam cum haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magnopere clade accepta castris se pavidus tenebat. quod ubi 10 senserant hostes, crevit ex metu alieno ut fit audacia, et nocte adorti castra, postquam parum vis aperta profecerat, munitiones postero die circumdant. quae priusquam undique vallo obiectae clauderent exitus, quinque equites inter stationes hostium emissi Romam pertulere consulem exer- 15 citumque obsideri. nihil tam nec inopinatum nec tam in-

2. *arma cepit:* P. — M: *coe*pit.
4. *ad Eretum:* M. — P: ad fretum. — M: positis p*le* expeditiones. m. 3.: positis plerūq. expeditiones. — PM: plerumque nocturnis incursionibus. cf. 9, 44.
7. *Minucio neque fortuna nec uis animi eadem in gerendo negotio fuit:* PM.
9. *nulla magnopere clade* (M m. 1.: clau*de*) *accepta:* PM. cf. Caes. bell. gall. 1, 13.: ne ob eam rem aut suae *magno opere* virtuti tribueret. Cic. Verr. 5, 41.: quid, inquam, *magno opere* potuit Cleomenes facere. al.
). *quod ubi senserant hostes:* PM cod. Rhen. Leid. 1. — Harl. 1.: senserat. — Alii: senserunt.
13. *quae priusquam:* M m. 2. P. — M m. 1.: quaeriusquam.
14. *obiectae:* PM Harl. 1.] obiecto. — P m. 1.: clauder*ant*. m. 2.: clauderent. — M: inter sationes. — PM: *hostium.*
16. *nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum accidere potuit:* M Harl. 1. Leid. 1. — Cum diligentiores quosdam librarios haut fugisset, nonnumquam in antiquis libris *necinopinatum* scriptum reperiri, quamvis alterutra modo negativarum particularum locum habere posset (cf. 1, 57.: „*necin*opinato uiri aduentu"): hoc etiam loco aut *nec* aut *in* expungendum rati alii scripserunt „nihil tam *nec*opinatum nec tam insperatum" (cod. Rhen.); alii „ni-

speratum accidere potuit. itaque tantus pavor tanta trepidatio fuit, quanta si urbem non castra hostes obsiderent. Nautium consulem arcessunt. in quo cum parum praesidii videretur dictatoremque dici placeret qui rem perculsam re-
5 stitueret, L. Quinctius Cincinnatus consensu omnium dicitur. operae pretium est audire, quia omnia prae divitiis humana spernunt neque honori magno locum neque virtuti putant esse nisi ubi effusae affluant opes: spes unica imperii populi Romani L. Quinctius trans Tiberim contra eum
10 ipsum locum ubi nunc navalia sunt quattuor iugerum colebat agrum, quae prata Quintia vocantur. ibi ab legatis — seu fossam fodiens palae innixus seu cum araret, operi certe id quod constat agresti intentus — salute data in vicem

hil tam *in*opinatum nec tam insperatum" (P). Alii deinde quibus particula *tam* et ad *inopinatum* et ad *insperatum* referenda videbatur nec bis ob eam causam ponenda, cum I. Fr. Gronovio scripserunt „nihil *tam nec* inopinatum *nec* insperatum": sed *tam* aeque hoc loco repeti poterat atque aliae similes particulae (ex. gr. „ut aut .. aut ut"). Alii denique constructione verborum mutata scripserunt „nihil *nec tam* inopinatum *nec tam* insperatum" (Lips. Haverc. nec non Drakenb.): qua mutatione omnis illa elegantia, quae in iusta verborum structura apparet, tolleretur necesse erat. — P m. 1.: inopinat*am*. m. 2.: inopinatum. — M m. 1.: nec ta*men* insperatum. m. 2: nec tam.

1. *itaque tantus pavor tanta trep.:* PM. — Harl. 1.: *ita.*

3. *Nautium:* M. — P: naucium. — PM: *arcessunt.*

5. *L. Quinctius Cincinnatus:* M.

6. *operae.* — P: opere precium est. m. 2.: pretium. — M: opere praetium est audire *quia.* m. 2.: qui. — P: pre diuitiis. M: *prae.*

8. *effusae*: PM] effuse. — M: putantes senis ubi, | effusae afluant opes. — P: effuse afluent. m. 2.: affluent. — PM: imperii. p̄. r̄. — M: l. quinctius.

10. *ubi nunc navalia sunt:* P. — M: ubi *nunc* alia sunt. Leid. 1.: ubi naualia sunt.

12. *palae:* ex coni. Sabellici. — PM et rell. codd.: *palo innixus.* cf. 3, 25.: ubi in P „innoxie" pro *innoxio.* 3, 41.: ubi in Harl. 1. „tribunicio" pro *tribuniciae.* al. — P m. 1.: *e*gresti. m. 2.: *a*gresti intentus.

redditaque rogatus ut, quod bene verteret ipsi reique publicae, togatus mandata senatus audiret, admiratus rogitansque „satin' salve", togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam iubet. qua simul abterso pulvere ac sudore velatus processit, dictatorem eum legati gratulantes consa- 5 lutant, in urbem vocant, qui terror sit in exercitu exponunt. navis Quintio publice parata fuit, transvectumque tres obviam egressi filii excipiunt, inde alii propinqui atque amici, tum patrum maior pars. ea frequentia stipatus antecedentibus lictoribus deductus est domum. et plebis concursus 10 ingens fuit, sed ea nequaquam tam laeta Quintium vidit et imperii nimium et virum ipso imperio vehementiorem rata. et illa quidem nocte nihil praeter quam vigilatum est in urbe.

XXVII. Postero die dictator cum ante lucem in forum venisset, magistrum equitum dicit L. Tarquitium pa- 15

1. *quod bene uerteret.* — PM: uerterat. h. e. aut *uerteret* aut *uertat* (Harl. II. Hav. alii). — PM: ipsi reique p̄. — M: *totus* pro *togatus.*

2. *rogitansque satin' salue:* P m. 1.] rogitansque satin salva essent omnia. — Supra *satin salue* scriptum est in P m. 2.: *sne salua essent omnia:* h. e. *satisne.* Item has duas lectiones, quarum altera prioris interpretatio est, in M reperimus: „rogitansquae *sat* iam satis | ne salua essent omnia | *in saluem* togam" cet. quamquam librarius ad *salue*, quod non perspiceret, *m* addidit. — Cf. 1, 58.: satin' salue. 6, 34.: percontatus satin' salue. al. — P: proferr*i.*

4. *Raciliam:* PM. Reciliam: Harl. I.

4. *abterso:* PM] absterso.

12. *et uirum ipso imperio uehementiorem:* ex coni. I. Fr. Christii. — PM et rell. codd.: *in* ipso imperio. — Cf. T. Livi l. XXX. p. XXX. 4.

15. *magistrum equitum* | „per media sua castra" *cet:* M. cetera omnia ab hoc inde loco usque ad medium caput proximum librarii — nisi fallor — incuria praetermissa sunt. cf. 26, 41.: „utinam tam sine meo luctu quam". — P: magistrum *ae*quitum.

— *L. Tarquitium:* Sigonius ex tab. Capitol. — P et rell. codd.: L. Tarqui*n*ium.

— *patriciae gentis sed quicum:* cod. Rhen. — P: sed qui *tum.* — Voss. I. Leid. II.: *et qui.* — Cum Livius *patriciae gentis* scribebat, vi-

triciae gentis sed qui cum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset, bello tamen primus longe Romanae iuventutis habitus esset. cum magistro equitum in contionem venit, iustitium edicit, claudi tabernas tota urbe iubet, vetat quemquam privatae quicquam rei agere. tum quicumque aetate militari essent, armati cum cibariis in dies quinque coctis vallisque duodenis ante solis occasum Martio in campo adessent: quibus aetas ad militandum gravior esset, vicino militi, dum is arma pararet vallumque peteret, cibaria coquere iussit. sic iuventus discurrit ad vallum petendum. sumpsere unde cuique proximum fuit: prohibitus nemo est: inpigreque omnes ad edictum dictatoris praesto fuere. inde conposito agmine non itineri magis apti quam praelio si res ita tulisset, legiones ipse dictator, magister equitum suos equites ducit. in utroque agmine quas tempus ipsum poscebat adhortationes erant: adderent gradum: maturato opus esse ut nocte ad hostem pervenire possent: consulem exercitumque Romanum obsideri, tertium diem iam clausos esse: quid quaeque nox aut dies ferat incertum esse: puncto saepe temporis maximarum rerum momenta verti. „accelera signifer“ „sequere miles“ inter se quoque gratificantes ducibus clamabant. media nocte in Al-

detur pergere voluisse „sed qui propter paupertatem pedibus stipendia facere coactus erat“. eodem tamen tempore ei quoque in mentem venit, L. Tarquitium a dictatore magistrum eq. dictum esse quod „ille bello longe primus Romanae iuventutis habitus esset“. itaque factum est ut L. brevitatis studio ductus has duas sententias ita ut videmus in unam connecteret. — P: cum magistro *ae*quitum in con*t*ionem. — P: uetat quāquā priuat*a* | quicquam rei.

9. *dum is arma pararet:* P. — Paulo post P: pr*e*sto fuere.

13. *non itineri magis:* P m. 2. — P m. 1.: itiner*e*. — P m. 1.: inde*in*conposito. — P m. 1.: *ae*quitum suos *ae*quites. — P: adortationes. m. 2.: adhortationes.

17. *peruenire possent:* Harl. II.] perveniri posset. — P Harl. I. Leid. I.: *peruenire posset.* cf. 3, 24.: tetendis*set* pro *sent:* al. — P m. 1.: nox audies. m. 2.: aut.

22. *in Algidum perueniunt:* P. — Harl. I: ueniunt.

gidum perveniunt et ut sensere se iam prope hostes esse, signa constituunt.

XXVIII. Ibi dictator quantum nocte prospici poterat equo circumvectus contemplatusque qui tractus castrorum quaeque forma esset, tribunis militum imperavit ut sarcinas in unum coici iubeant, militem cum armis valloque redire in ordines suos. facta quae imperavit. tum quo fuerant ordine in via exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris, et ubi signum datum sit clamorem omnes tollere iubet, clamore sublato ante se quemque ducere fossam et facere vallum. edito imperio signum secutum est. iussa miles exsequitur. clamor hostes circumsonat. superat inde castra hostium et in castra consulis venit: alibi pavorem alibi gaudium ingens facit. Romani civilem esse clamorem atque auxilium adesse inter se gratulantes ultro ex stationibus ac vigilis territant hostem. consul differendum negat: illo clamore non adventum modo significari sed rem ab suis coeptam, mirumque esse ni iam exteriore parte castra hostium oppugnentur. itaque arma suos capere et se subsequi iubet. nocte initum praelium est. legionibus dictatoris clamore significant ab ea quoque parte rem in discrimine esse. iam se ad prohibenda circumdari opera Aequi para-

2. *signa constituunt.* — P: constitunt. — *Consistunt?* sed cf. 3, 55.: restituunt.
3. *prospici poterat:* P m. 2. poterant: m. 1.
6. *coici:* P] coniici. — Leid. 1.: conici. — Cf. 30, 27.: in sortem *coici* (Put. Bamb. Colb.). conici: Lips.
7. *quo fuerant ordine:* P Harl. 1. Leid 1.
11. *et facere uallum:* P] et iacere vallum. cf. 1, 53.: faciendis.
16. *uigilis:* P] vigiliis.
20. *nocte initum praelium est. legionibus dictatoris clamore significant:* P] nocte initum praelium est a legionibus. dictatori clamore significant (I. Fr. Gron.). — Cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1.: *a legionibus dictatoris.* — Cum *legionibus* ad *initum est* pertinere videretur, librarii praepositionem addiderunt ne dativus cum verbo coniungendus esset: quo pravo corrigendi studio aliorum quoque locorum oratio depravata est.
22. *circumdari:* cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. — P: circumdare. — Cf. 30, 39.: saepe comitia in-

bant, cum ab interiore hoste praelio coepto, ne per media sua castra fieret eruptio, a munientibus ad pugnantes introrsum versi vacuam noctem operi dedere. pugnatumque cum consule ad lucem est. luce prima iam circumvallati ab di-
5 ctatore erant et vix adversus unum exercitum pugnam sustinebant. tum a Quintiano exercitu, qui confestim a perfecto opere ad arma rediit, invaditur vallum. hic instabat nova pugna, illa nihil remiserat prior. tum ancipiti malo urgente a proelio ad preces versi hinc dictatorem hinc con-
10 sulem orare ne in occidione victoriam ponerent, ut inermes se inde abire sinerent. ab consule ad dictatorem ire iussis ignominiam incensus addidit: Gracchum Cloelium ducem principesque alios vinctos ad se adduci iubet, oppido Corbione decedi: sanguinis se Aequorum non egere, licere ab-
15 ire: sed ut exprimatur tandem confessio subactam domitamque esse gentem, sub iugum abituros. tribus hastis iugum fit humi fixis duabus superque eas transversa una deligata. sub hoc iugo dictator Aequos misit.

XXIX. Castris hostium receptis plenis omnium re-
20 rum — nudos enim emiserat — praedam omnem suo tantum militi dedit. consularem exercitum ipsumque consulem

fecta *perfici* tempestates *prohibuerunt.*

1. *ne per media sua castra fieret eruptio:* PM. — P m. 1.: pugnat*a*mque. — M: pugnatumque cum consule*s* ad lucem est. — PM: *ab* dictatore.

6. *qui confestim:* M. qui*a* confestim: P.

7. *hic instabat nova pugna:* PM et rell. codd.] hinc instabat *cet.* — PM Harl. 1.: illa nihil remiserat prior. — P m. 1.: urguente. m. 2.: urgente.

10. *ne in occidione:* PM. — Harl. 1.: nec in occidione. Leid. 1.: ne in occi*s*ione. cf. 4, 58. — PM: *ab* consule.

12. *incensus:* P] infensus. — M: in*s*ensus. — P m. 1.: duce. m. 2.: ducē.

16. *sub iugum abituros:* P. — M: esse | gentem *h*abituros (m. 2.: abituros).

— *tribus hastis iugum fit:* PM: nisi quod in P: iug*i* | um. — Harl. 1.: tribus *e* hastis. — Harl. 1.: super eas.

18. *sub hoc iugo:* P m. 2. M. — P m. 1.: sub hingo. — Cf. T. Livi l. xxx. p. xxviii. 24.

increpans „carebis“ inquit „praedae parte miles ex eo hoste cui prope praedae fuisti. et tu L. Minuci, donec consularem animum incipias habere, legatus is legionibus praeeris“. ita se Minucius abdicat consulatu iussusque ad exercitum manet. sed adeo tum imperio meliori animus mansuete obediens erat, ut beneficii magis quam ignominiae hic exercitus memor et coronam auream dictatori libram pondo decreverit et proficiscentem eum patronum salutaverit. Romae a Q. Fabio praefecto urbis senatus habitus triumphantem Quinctium quo veniebat agmine urbem ingredi iussit. ducti ante currum hostium duces, militaria signa praelata, secutus exercitus praeda onustus. epulae instructae dicuntur fuisse ante omnium domus, epulantesque cum carmine triumphali et sollemnibus iocis comisantium modo currum secuti sunt. eo die L. Mamilio Tusculano adprobantibus cunctis civitas data est. Confestim se dictator magistratu abdicasset, ni comitia M. Volsci falsi testis tenuissent. ea ne inpedirent tribuni, dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus Lanu-

1. *carebis inquit praedae parte:* PM. — Harl. 1.: carebis praedae inquit parte.
3. *legatus is legionibus:* P m. 1. M] legatus his legionibus. — P m. 2.: iis. — Harl. 1.: legatus *sis* leg. — Num *istis?* — M: ita se minutius. — P m. 1.: imperio miliori. — M: oboediens.
7. *et coronam auream dictatori* (M m. 1.: dictori) *libram pondo:* PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. — PM: salutauerit.
9. *Quinctium:* PM] Quintium.
13. *domus:* P m. 1. Leid. 1.] domos (P m. 2. M).
14. *et sollemnibus:* Harl. 1. — PM: *ex* sollemnibus. cf. T. Livi l. xxx. p. xxix. 3. — PM Harl. 1. Leid. 1.: *locis* pro *iocis*. sic 3, 32. P m. 1.: in cuius *i*ocum. m. 2.: *l*ocum.
14. *comisantium:* P] comissantium. — M: commisantium. Cf. 1, 57.: comisationibus.
15. *L. Mamilio Tusculano:* PM.
17. *Volsci:* PM] Volscii. — M: comicia. — M: falsci testis.
18. *Volscius:* P. — M: uulscius. — *Lanuuium in exilium abiit:* Harl. 1. — Cum particula *in* praecedente littera *m* haud raro a librariis neglecta sit, scribere ausus non sum quod in PM cod. Rhen. reperitur, quamvis dubitem an ita recte habeat „*lanuuium exilium abiit*“. morem enim poetarum qui accusativo nonnumquam utebantur nulla scri-

vium in exilium abiit. Quintius sexto decimo die dictatura in sex menses accepta se abdicavit. per eos dies consul Nautius ad Eretum cum Sabinis egregie pugnat. ad vastatos agros ea quoque clades accessit Sabinis. Minucio Fa-
5 bius Quintus successor in Algidum missus. extremo anno agitatum de lege ab tribunis est, sed quia duo exercitus aberant, ne quid ferretur ad populum patres tenuere. plebes vicit ut quintum eosdem tribunos crearent. lupos visos in Capitolio ferunt a canibus fugatos: ob id prodigium
10 lustratum Capitolium esse. haec eo anno gesta.

XXX. Secuntur consules Quintus Minutius C. Horatius Pulvillus. cuius initio anni cum foris otium esset, domi seditiones idem tribuni eadem lex faciebat: ulteriusque ventum foret — adeo exarserant animis — ni velut dedita
15 opera nocturno impetu Aequorum Corbione amissum praesidium nuntiatum esset. senatum consules vocant. iubentur subitarium scribere exercitum atque in Algidum ducere. inde posito legis certamine nova de dilectu contentio orta, vincebaturque consulare imperium tribunicio auxilio, cum

pta praepositione, Livius non prorsus fugisse videtur. sic quidem ex. gr. 30, 25. ex Put. Colb. Lips. recipiendum erat: „iam nulla alia res eam (scil. navem) quam propinquitas terrae multitudoque a castris *litus* effusa tueri potuisset". al.

2. *per eos dies:* PM. — Harl. I. Leid. I.: *praeter* eos dies. — M: Nautius ad *f*retum.

4. *Fabius Quintus:* Harl. II. Haverc. — P Harl. I. Leid. I.: fabius quintius. M: fabius quinctius|. — Alii deleverunt *Quintus*. — P: m*u*nucio. — P m. 1.: m*i*sus. — P m. 1.: *ad* tribunis. P m. 2. M: *ab*.

7. *plebes uicit ut quintum:* PM Harl. I.

11. *secuntur cōns.:* P m. 1. M] sequuntur (P m. 2.).

— *C. Horatius:* Sigonius ex Dionys. 10, 26. et tab. Capit. — PM: quintus minucius (P: minuzius) *m̄*. horatius puluillus. — P: o*c*ium esset.

13. *idem tribuni:* PM] iidem tribuni.

14. *adeo exarserant animis:* PM Harl. I. Leid. I. — Alii: *animi*. cf. 2, 58.: tantum certamen *animis* inbiberant. — P: impetu *e*quorum. — PM: senatum cōss. (P: cōs.) uocant.

18. *de dilectu:* PM] de delectu.

19. *cum alius additur:* P m. 2.

lius additur terror Sabinum exercitum praedatum descen-
disse in agros Romanos, inde ad urbem venire. is metus
perculit ut scribi militem tribuni sinerent, non sine pactione
tamen ut, quoniam ipsi quinquennium elusi essent parvum-
que id plebi praesidium foret, decem deinde tribuni plebis 5
crearentur. expressit hoc necessitas patribus. id modo ex-
cepere, ne postea eosdem tribunos viderent. tribunicia co-
nitia — ne id quoque post bellum ut cetera vanum es-
set — extemplo habita. tricesimo sexto anno a primis tri-
buni plebis decem creati sunt, bini ex singulis classibus: 10
caque cautum est ut post ea crearentur. dilectu deinde ha-
bito Minucius contra Sabinos profectus non invenit hostem.
Horatius, cum iam Aequi Corbione interfecto praesidio Hor-
tonam etiam cepissent, in Algido pugnat, multos mortalis
occidit, fugat hostem non ex Algido modo sed a Corbione 15

M. — P m. 1.: cum aliis. — M: teror. — Cf. 3, 15.: propiusque.

2. *is metus perculit:* PM Harl. I. Leid. I.] is metus perpulit (I. Fr. Gron.). cf. 3, 38.: „is pavor perculit decemviros ut senatum .. consulerent". al. — P: ut qm̄ ipsi. — PM: paruumque id plebi praesidium foret x. deinde . tr̄. p̄l. crearentur.

6. *id modo excepere:* PM Harl. I. Leid. I. — Alii: excipere.

7. *eosdem tribunos uiderent:* PM et rell. codd.] eosdem tribunos iuberent (ed. Mogunt.). „Nur dies bedungen sie sich aus, dass sie nicht ferner dieselben Männer als Tribunen sehen müssten". Adeo enim et infensos illis habebant animos ut ne aspectum quidem eorum laturi viderentur, et timebant ne eisdem illis tribunis refectis grave iugum acciperent. — P: exemplo habita.

9. *tricessimo sexto anno a primis:* P. — M: tricesimos ex anno a primis.

— *tribuni plebis decem:* PM Harl. I. Leid. I.] tribunis plebis decem cet. — P m. 1.: cassibus. m. 2.: classibus.

11. *dilectu:* PM] del. — P: minutius.

13. *interfecto praesidio Hortonam:* M] interfecto praesidio Ortonam. — P: interfecto presidio hortanam. Cf. 2, 43.: *Ortonam.* cf. T. Livi l. xxx. p. LXXVII. x. — P: pugnant.

14. *multos mortalis:* PM] multos mortales.

Hortonaque. Corbionem etiam diruit propter proditum praesidium.

XXXI. Deinde M. Valerius Sp. Verginius consules facti. domi forisque otium fuit. annona propter aquarum in-
5 temperiem laboratum est. de Aventino publicando lata lex est. tribuni plebis idem refecti. hi sequente anno T. Romilio C. Veturio consulibus legem omnibus contionibus suis celebrant. pudere se numeri sui nequiquam aucti, si ea res aeque suo biennio iaceret ac toto superiore lustro iacuis-
10 set. cum maxime haec agerent, trepidi nuntii ab Tusculo veniunt Aequos in agro Tusculano esse. fecit pudorem recens eius populi meritum morandi auxilii. ambo consules cum exercitu missi hostem in sua sede in Algido inveniunt. ibi pugnatum. supra septem milia hostium caesa, alii fu-
15 gati: praeda parta ingens. eam propter inopiam aerarii consules vendiderunt. invidiae tamen res ad exercitum fuit eademque tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit. itaque ergo ut magistratu abiere, Spurio Tarpeio A. Aterio consulibus dies dicta est Romilio ab C. Claudio
20 Cicerone tribuno plebis, Veturio ab L. Alieno aedile plebis.

1. *Hortonaque:* P] Ortonaque. — M: ortona*m*q.
3. *Sp. Verginius:* PM] Sp. Virg. — M: annona*m*.
6. *tr. pl. idem refecti. hi sequente anno:* PM] tribuni plebis iidem refecti sequente anno.
— *T. Romilio C. Veturio consulibus:* PM. cf. Dionys. 10. 33.: Τίτος Ῥωμίλιος καὶ Γάϊος Οὐετούριος. Sigonius ex tab. Cap. scribi voluit *Sp. Vet.*
7. *omnibus contionibus suis celebrant:* PM] omnibus concionibus suis celebrabant. — PM: nequiquam. — M: si ea res aequ*ae*. — P m. 1.: trepid*u* nuntii. m. 2.: trepidi.
14. *supra septem mil. hostium:* P. supra. vii. mil. hostium: M.
16. *inuidiae tamen res ad exercitum fuit:* PM.
— *eademque:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: ea den*i*que. cf. T. Livi l. xxx. p. xxx. 4.
18. *itaque ergo:* PM. — I. Fr. Gron.: utrique ergo. cf. 1, 25.: itaque ergo erecti suspensique cet. al. — PM: spurio. p. tarpeio. a. aeternio (P: eternio) cōss. (P: cōs.). cf. 3, 65.
19. *Romilio ab C. Claudio Cicerone tr. pl.:* P. — M: romilio ab c. caluio claudio cicereno tr. pl.

uterque magna patrum indignatione damnatus, Romilius decem milibus aeris, Veturius xv. nec haec priorum calamitas consulum segniores novos fecerat consules. et se damnari posse aiebant et plebem et tribunos legem ferre non posse. tum abiecta lege quae promulgata consenuerat, tribuni lenius agere cum patribus: finem tandem certaminum facerent: si plebeiae leges displicerent, at illi communiter legum latores et ex plebe et ex patribus, qui utrisque utilia ferrent quaeque aequandae libertatis essent, sinerent creari. rem non adspernabantur patres: daturum leges neminem nisi ex patribus aiebant. cum de legibus conveniret de latore tantum discreparet, missi legati Athenas Spurius Postumius Albus A. Manlius P. Sulpicius Camerinus iussique inclytas leges Solonis describere et aliarum Graeciae civitatium instituta mores iuraque noscere.

XXXII. Ab externis bellis quietus annus fuit. quietior insequens P. Curiatio et Sex. Quintilio consulibus perpetuo

1. *Romilius decem milibus aeris Veturius xv:* M. — P: ueturius *xii.* h. e. *xu* = xv. — Inter *segniores* et *nouos* repetitus erat m. 1. in P superior versus „ad exercitum fuit eademque tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit itaque ergo".
2. *nec haec priorum calamitas consulum:* PM.
3. *et se damnari posse aiebant:* PM. In Harl. I. Leid. I. excidit *damnari.*
7. *facerent:* PM. — Harl. I.: facere.
8. *legum latores.* — P: legum labores. M m. 1.: legum atores. m. 3.: legum autores. — P: equande. — P: non *ab*spernabantur. h. e. non *ad*spernabantur. M: non aspern.
12. *discreparet:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — Alii vel *discreparent* vel *discreparetur.* cf. 8, 40.: nec discrepat cet. — P: missi legati adhenas. m. 2.: athenas. — PM: spurius postumius albus (P: alb.) a. manlius p. sulpicius camerinus. cf. Dionys. 10, 52.: κρίσβεις ἀπεδείχθησαν οἱ τοὺς παρ' Ἑλλήνων νόμους ληψόμενοι Σπόριος Ποστούμιος καὶ Σερούϊος Σουλπίκιος καὶ Αὖλος Μάλλιος.
14. *inclytas:* PM] inclitas. — M: ciuitacium.
17. *P. Curatio et Sex. Quintilio cōss.* (P: cos.): PM. — Dionys. 10, 53.: Ποπλίου Ὁρατίου καὶ Σέξτου Κοιντιλίου. — Harl. II.: P. Curiatio: et sic PM 3, 33.

silentio tribunorum, quod primo legatorum qui Athenas ierant legumque peregrinarum exspectatio praebuit, dein duo simul mala ingentia exorta, fames pestilentiaque foeda homini foeda pecori. vastati agri sunt, urbs adsiduis exhausta funeribus. multae et clarae lugubres domus: flamen Quirinalis Servius Cornelius mortuus, augur C. Horatius Pulvillus: in cuius locum C. Veturium eo cupidius quia damnatus a plebe erat augures legere: mortuus consul Quintilius, quattuor tribuni plebi. multiplici clade foedatus annus. ab hoste otium fuit. Inde consules C. Menenius P. Sestius Capitolinus. neque eo anno quicquam belli externi fuit. domi motus orti. iam redierant legati cum Atticis legibus. eo intentius instabant tribuni ut tandem scribendarum legum initium fieret. placet creari decemviros sine provocatione et ne quis eo anno alius magistratus esset. admiscerenturne plebei, controversia aliquamdiu fuit. postremo concessum patribus, modo ne lex Icilia de Aventino aliaeque sacratae leges abrogarentur.

XXXIII. Anno trecentesimo altero quam condita Roma erat iterum mutatur forma civitatis, ab consulibus ad de-

2. *dein duo simul mala:* PM.

5. *multae et clarae:* M. — P: multae et clade. m. 2.: clare. — P: famen. m. 2.: flamen. — M: seruius sextus cornelius. — PM: puluil*i*us. — P m. 1.: in cuius *i*ocum. m. 2.: locum.

9. *IIII tribuni plebi:* PM] quattuor tribuni plebis. — PM: „inde cōss. c. menenius p̄. se*x*tius (P m. 1.: textius) capitolinus". sed 3, 33. PM: *et sestio.* Sestii enim erant patricii, Sextii plebeii. Dionys. 10, 54.: Λούκιος Μενήνιος καὶ Πόπλιος Σήστιος. — P m. 1.: *ordi* et paulo post *ut dondem*, sed m. 2. emendavit. — PM: creari. x. uiros.

16. *admiscerenturne plebi:* P m. 2. M Harl. I. — Aldus: *plebei:* et sic saepissime in antiquis libris. — P m. 1.: admiscerend*um*ne.

17. *lex Icilia:* Glareanus. — PM Harl. I. Leid. I.: *lex acilia.* litterae *a* et *i* persaepe in vicem permutatae sunt. — M: aliaequ*i* sacratae leges. m. 2.: aliaeque.

19. *anno trecentesimo* (P m. 1.: trecente*ss*imo) *altero:* PM. — Harl. I. Leid. I.: trecentesimo anno altero. — M: *ab* x. uiros. m. 2.: *ad.* — P: tran*l*lato. m. 2.: tranlato.

cemviros quem ad modum ab regibus ante ad consules venerat translato imperio. minus insignis quia non diuturna mutatio fuit. laeta enim principia magistratus eius nimis luxuriaverunt. eo citius lapsa res est repetitumque duobus uti mandaretur consulum nomen imperiumque. decemviri 5 creati Appius Claudius T. Genucius P. Sestius L. Veturius C. Iulius A. Manlius P. Sulpicius P. Curiatius T. Romulius Sp. Postumius. Claudio et Genucio quia designati consules in eum annum fuerant, pro honore honos redditus, et Sestio alteri consulum prioris anni quod eam rem collega 10 invito ad patres retulerat. his proximi habiti legati tres qui Athenas ierant, simul ut pro legatione tam longinqua praemio esset honos, simul peritos legum peregrinarum ad condenda nova iura usui fore credebant. supplevere ceteri numerum. graves quoque aetate electos novissimis suffragiis 15 ferunt quo minus ferociter aliorum scitis adversarentur. regumen totius magistratus penes Appium erat favore plebis: adeoque novum sibi ingenium induerat ut plebicola repente omnisque aurae popularis captator evaderet pro truci saevoque insectatore plebis. decumo die ius populo singuli red- 20

4. *luxuriauerunt:* P m. 1.] luxuriavere (P m. 2. M).
5. *consulum nomen imperiumque:* P. — M: consul*ibus*nomen cet.
6. *P. Sestius.* — PM: p. sextius. cf. Dionys. 10, 56.
7. *P. Sulpicius P. Curiatius:* PM] Ser. Sulpicius cet.
— *Titus Romulius:* PM Harl. 1.] T. Romilius. — PM: sp. postumius.
9. *et Sestio alteri consulum:* PM Harl. 1. Leid. 1.
11. *retulerat:* PM] rett. — PM: his proximi habiti legati tres qui athenas ierant. — PM: praemio esset honos.
16. *regumen:* M m. 1. P] regimen (M m. 2.).
17. *fauore plebis.* — M: pauore plebi. m. 2.: plebis. P: pauore: eadem m. dein *l* scripsit supra *p*.
20. *decumo die ius populo* (P: populi) *singuli reddebant:* PM] decimo cet. — M: decumodi | eius. — PM: fasces XII. P m. 1.: faces. — PM: conlegis. — P: *appellabant* pro *apparebant.* — PM cod. Rhen. Harl. 1.: et in unica concordia inter ipsos qui consensus priuatis interdum inutilis esset summa aduersus alios aequitas erat.

debant. eo die penes praefectum iuris fasces duodecim erant, conlegis novem singuli accensi apparebant. et in unica concordia inter ipsos — qui consensus privatis interdum inutilis esset — summa adversus alios aequitas erat. 5 moderationis eorum argumentum exemplo unius rei notasse satis erit. cum sine provocatione creati essent, defosso cadavere domi apud P. Sestium patriciae gentis virum invento prolatoque in contionem in re iuxta manifesta atque atroci C. Iulius decemvir diem Sestio dixit, et accusator ad po- 10 pulum extitit cuius rei iudex legitimus erat, decessitque ex iure suo ut demptum de vi magistratus populi libertati adiceret.

XXXIV. Cum promptum hoc ius velut ex oraculo incorruptum pariter ab iis summi infimique ferrent, tum le- 15 gibus condendis opera dabatur: ingentique hominum expectatione propositis decem tabulis populum ad contionem advocaverunt, et quod bonum faustum felixque rei publicae ipsis liberisque eorum esset, ire et legere leges propositas iussere. se quantum decem hominum ingeniis provideri po- 20 tuerit, omnibus — summis infimisque — iura aequasse: plus pollere multorum ingenia consiliaque: versarent in animis secum unamquamque rem, agitarent deinde sermonibus atque

7. *P. Sestium.* — P: apud. p. sextium. M cod. Rhen.: apud sextium.
8. *in contionem.* — M: in con*ten*tionem. P: in contione in re iuxta. m. 2.: *iusta.*
9. *diem Sestio dixit:* PM. — M: et acusator. P: et *ad*cussator populum exstitit.
10. *decessitque ex iure suo:* PM Harl. 1. Leid. 1.] decessitque iure suo. — Haverc.: *de* iure suo.
13. *uelut ex oraculo:* P m. 2. M. — P m. 1.: uel*it.*
14. *pariter ab iis summi* (M: sumi) *infimique:* PM] pariter ab his cet. — Harl. 1. Leid. 1.: ab his pariter summi infimique. — M: propositis. x. tabulis. — M: populum ad con*ten*tionem aduocauerunt.
17. *et quod bonum faustum felixque reip.:* PM. cf. 3, 54.: quod bonum faustum felixque sit vobis reique publicae. — M: quantum. x. hominum ingeniis cet.
21. *uersarent in animis secum unamquamque rem:* PM. — PM: eas leges habiturum. pm. r. (h. e. populum romanum).

in medium quid in quaque re plus minusve esset conferrent. eas leges habiturum populum Romanum, quas consensus omnium non iussisse latas magis quam tulisse videri posset. cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite edito satis correctae viderentur, centuriatis comitiis 5 decem tabularum leges perlatae sunt, quae nunc quoque in hoc inmenso aliarum super alias acervatarum legum cumulo fons omnis publici privatique est iuris. vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas, quibus adiectis absolvi posse velut corpus omnis Romani iuris. ea expectatio cum dies comi- 10 tiorum adpropinquaret, desiderium decemviros iterum creandi fecit. iam plebs praeterquam quod consulum nomen haud secus quam regum perosa erat, ne tribunicium quidem au-

2. *quas consensus omnium non iussisse latas magis quam tulisse uideri posset:* P m. 2. — P m. 1.: *letas* pro *latas* et *tulisset* pro *tulisse.* In M duae lectiones ita coniunctae sunt: quas consensus omnium *inuasisse.* n̄. iussisse latas magis quam tulisset | uideri posset. — Harl. 1. Leid. 1.: quas consensus omnium non inuasisse latas magis quam tulisse uideri posset.

5. *edito:* PM et rell. codd. — Dukero „*ad rumores* hominum de unoquoque legum capite *editos*“ potius videbatur, quod cum „*s*atis“ sequeretur, facile probari posset. verum *edito* recte habet. cum enim decem tabularum leges ad rumores hominum corrigendae viderentur, singulae tabulae per aliquod tempus exponerentur necesse erat, ut in has potissimum omnium oculi converterentur: quod cum in omnibus decem tabulis factum esset, tum demum leges satis correctae videbantur. cum igitur singula singularum tabularum capita essent, *edito* vel *proposito* recte cum *capite* coniungebatur. — M: centuriatis comiciis. x. tabularum leges.

6. *quae nunc quoque:* PM et rell. cōdd.] qui nunc quoque cet. — P: que. M: *quae.* — Cf. 3, 18.: „memorem cognominis, *quod* populi colendi velut hereditaria cura sibi a maioribus tradita esset“. al. — P m. 1.: inmens*e*. — PM: frons omnis publici priuatique est iuris. — P: uulgator deinde. m. 2.: uulgatur.

13. *perosa erat.* — P: per oserat. M: peroserat. sed m. 3. in M scriptum est *ū* supra *se.* — *Peroserat* nihil aliud est quam *perosaerat*, cum persaepe ita in PM *e* pro *ae* scriptum legerimus. cf. 3, 58.:

xilium cedentibus in vicem appellatione decemviris quaerebat.

XXXV. Postquam vero comitia decemviris creandis in trinum nundinum indicta sunt, tanta exarsit ambitio ut
5 primores quoque civitatis — metu credo ne tanti possessio imperii vacuo ab se relicto loco haud satis dignis pateret — prensarent homines, honorem summa ope a se inpugnatum ab ea plebe cum qua contenderent, suppliciter petentes. dimissa iam in discrimen dignitas ea aetate hisque
10 honoribus actis stimulabat Appium Claudium: nescires utrum inter decemviros an inter candidatos numerares. propior interdum petendo quam gerendo magistratui erat: criminari optimates, extollere candidatorum levissimum quemque hu-

„C. Claudius, qui *perosus* decemvirorum scelera" cet. al. — In P primo scriptum erat *haud secus regum*, sed eadem m. dein additum est *quā*.

1. *cedentibus in uicem appellatione xuiris:* PM et rell. codd.] cedentibus in uicem appellationi cet. — Dativus qui desideratur, in verbis *in uicem* inest: et *appellatione* hoc loco idem fere significat quod „si quis appellatione uteretur". recte contra scriptum est 6, 38.: si . . intercessioni conlegarum cedunt.

4. *in trinum nundinum:* P cod. Rhen. — M: in trinum nundin*ium*. cf. Quintil. 2, 4. 35.: trino forte nundino.

5. *primores quoque ciuitatis:* M. — P: ciuitat*es*.

6. *uacuo ab se relicto loco:* PM. — Harl. I.: ne tanti possessio imperii *uacua* ab se *relicta* haud satis dignis pateret. — P: pensaret homines. M m. 1.: prensaret hemines. M m. 3.: prensarēt.

8. *cum qua contenderent* (h. e. contendere *solerent* vel *deberent*): PM Harl. I. Leid. I.] cum qua contenderant. — In *contenderant* inesset, tum temporis iam finita fuisse certamina patrum cum plebe.

9. *dimissa:* PM Harl. I. Leid. I.] demissa (Harl. II.)

— *ea aetate hisque honoribus actis:* PM Harl. I. Leid. I. al.] ea aetate iisque hon. cet. — *Hisque* maxima vi dictum est („von dem Alter und nach Verwaltung so hoher Aemter"): multo etiam maiore vi quam 10, 3. ubi ita: „Q. Fabium ea aetate atque eis honoribus Valerio subiectum". — M: nescires utrum inter x. uiros an *inter* | *dum* petendo quam gerendo cet.

nillimumque, ipse medius inter tribunicios Duellios Icilios-
que in foro volitare, per illos se plebi venditare, donec
collegae quoque, qui unice illi dediti fuerant ad id tempus,
coniecere in eum oculos mirantes quid sibi vellet. apparere
nihil sinceri esse: profecto haud gratuitam in tanta super- 5
bia comitatem fore: nimium in ordinem se ipsum cogere
et volgari cum privatis non tam properantis abire magi-
stratu quam viam ad continuandum magistratum quaeren-
tis esse. propalam obviam ire cupiditati parum ausi obse-
cundando mollire impetum adgrediuntur. comitiorum illi ha- 10
bendorum — quando minimus natu sit — munus consensu
iniungunt. ars ea haec erat ne semet ipse creare posset,
quod praeter tribunos plebi et id ipsum pessimo exemplo
nemo umquam fecisset. ille enim vero quod bene vertat
habiturum se comitia professus impedimentum pro occa- 15
sione arripuit, deiectisque honore per coitionem duobus

1. *Duellios:* PM Harl. 1. al.] Duilios. cf. 2, 58. — PM Leid 1.] siliciosque. sed Harl. 1.: *siciliosque.* etiam 2, 58. in PM scriptum erat *ilicium* pro *icilium.*
2. *se plebi uenditare:* PM.
7. *et uolgari:* PM] et vulgari.
8. *ad continuandum:* M. — P: abire magistratum quam uiā | ad concionandum magistratum.
9. *obsecundando.* — P: ausi obsecundo | obsecundando mollire. m. 2.: ausi obsequendo | obsecundando mollire. M cod. Rhen.: ausi obsequendo | secumdando mollire. — Rhenanus scribi voluit „obsequendo obsecundando": sed etiam hoc loco duae lectiones videntur coniunctae esse. cf. 2, 7.: fieri.
11. *quando minimus natu sit:* M. — P: quando mini*mus* | consensu iniungunt.
12. *ars ea haec erat* („dieser Kunstgriff hatte *den* Zweck"): Harl. 1. Leid. 1.] ars haec erat („es war dies ein Kunstgriff"). Librarius eius codicis, qui fons librorum PM cod. Rhen. erat, vim horum pronominum parum videtur perspexisse.
13. *tribunos plebi:* PM Harl. 1. Leid. 1.] tribunos plebis.
15. *impedimentum pro occasione arripuit:* PM. — P: occas-sione.
16. *per coitionem:* Sig. — P: per contionem duobus quinctius. M: per conten | tionem duobus quinctiis. cf. 9, 26.: coitiones honorum adipiscendorum causa factas adversus remp. esse. 7, 32.: non factio-

Quinctiis Capitolino et Cincinnato et patruo suo C. Claudio constantissimo viro in optimatium causa et aliis eiusdem fastigii civibus nequaquam splendore vitae pares decemviros creat, se in primis, quod haud secus factum in-
5 probabant boni quam nemo facere ausurum crediderat. creati cum eo M. Cornelius Maluginensis M. Sergius L. Minucius Q. Fabius Vibulanus Q. Poetilius T. Antonius Merenda K. Duillius Sp. Oppius Cornicen M'. Rabuleius.

XXXVI. Ille finis Appio alienae personae ferendae
10 fuit. suo iam inde vivere ingenio coepit novosque collegas iam priusquam inirent magistratum in suos mores formare. cottidie coibant remotis arbitris. inde inpotentibus instructi consiliis, quae secreto ab aliis coquebant, iam haud dissimulando superbiam rari aditus conloquentibus difficiles ad
15 idus Maias rem perduxere. idus tum Maiae sollemnes ineundis magistratibus erant. initio igitur magistratus primum honoris diem denuntiatione ingentis terroris insignem fecere. nam cum ita priores decemviri servassent ut unus fasces haberet et hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vi-
20 cem per omnes iret, subito omnes cum duodenis fascibus prodiere. centum viginti lictores forum inpleverant et cum

nibus modo nec per coitiones usitatas nobilibus sed hac dextra mihi tres consulatus summamque laudem peperi: (PM: per contiones). — P m. 1.: optima*tum*. m. 2.: optimatium. — M: x. uiros.

4. *inprobabant:* P. — M cod. Rhen.: inprobant.

7. *Q. Fabius.* — PM: quinctus fabius uibulanus: (cf. C. L. Schneider lat. Gramm. I. 2. 450.).

— *Q. Poetilius:* PM] Q. Poetelius.

8. *Duillius.* — M: c̄. duillius. P: c. duilius. Dionys. 10, 58.: Καίσων. — P: sp. oppius cornice*m*. — PM: m̄. rabuleius. Dionys.: Μάνιος.

12. *cottidie:* PM] quotidie.

13. *dissimulando:* P. dissimilando: M.

14. *ad idus Maias:* P m. 2. M. — P m. 1. Harl I.: ad itus maias.

15. *sollemnes ineundis magistratibus:* M m. 3. P. — M m. 1.: inundis. — M: denuntiatione*m*. — M: insigne regiū | orbē suam cuiusque uicem.

21. *CXX lictores forum inplevérant:* M. — P: inpleuerat.

— *et cum fascibus secures inligatas praeferebant:* P m.

fascibus secures inligatas praeferebant. nec adtinuisse demi securem, cum sine provocatione creati essent, interpretabantur. decem regum species erat multiplicatusque terror non infimis solum sed primoribus patrum ratis caedis causam ac principium quaeri ut, si quis memorem libertatis 5 vocem aut in senatu aut in populum misisset, statim virgae securesque etiam ad ceterorum metum expedirentur. nam praeterquam quod in populo nihil erat praesidii sublata provocatione, intercessionem quoque consensu sustulerant, cum priores decemviri appellatione collegae corrigi 10 reddita ab se iura tulissent, et quaedam quae sui iudicii videri possent, ad populum reiecissent. aliquamdiu aequatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem coepit: abstinebatur a patribus, in humiliores lubidinose crudeliterque consulebatur. hominum non causarum 15 toti erant ut aput quos gratia vim aequi haberet. iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro. si quis collegam appellasset, ab eo ad quem venerat ita discedebat ut paeniteret non prioris decreto stetisse. opinio etiam sine auctore exierat non in praesentis modo temporis eos iniuriam 20

2. M. — P m. 1.: *fascis.* Num haec sit forma contracta, ut 30, 25. *quis* pro *quibus?*

2. *securem:* PM] securim.

5. *si quis memorem libertatis uocem aut in senatu aut in populum* („im Senat oder zum Volke") *misisset:* M m. 1. P Harl. I. Leid. I.] si quis .. aut in senatu aut in populo. — M m. 3.: in senatū.

8. *praeterquam:* P m. 2. M. — P m. 1.: propterquam. — P m. 1.: prasidii.

9. *consensu sustulerant:* M. — P: consensus sustulerant.

11. *ab se.* — PM: reddita *ad se* iura. cf. T. Livi l. XXX. p. LXIII.

3. — M: et quaedam quae sui iudicii *quae* | uideri possent.

12. *aliquamdiu:* P. aliquā diu: M. — PM: paulatim.

14. *lubidinose:* PM Harl. I.] libidinose. cf. 4, 4. — M: crudiliterque. — P m. 1.: ut caput quos. m. 2.: ut apud quos.

16. *uim aequi haberet:* P. — M: habere.

17. *pronuntiabant in foro:* PM cod. Rhen. — Harl. I. Leid. I.: *pronuntiabantur in foro.* sic paulo ante Harl. I. *perferebantur* pro *praeferebant.*

18. *paeniteret:* M. peniteret: P. — M: foedus clamdestinum.

conspirasse sed foedus clandestinum inter ipsos iureiurando ictum, ne comitia haberent perpetuoque decemviratu possessum semel optinerent imperium.

XXXVII. Circumspectare tum patriciorum vultus plebei, et inde libertatis captare auram unde servitutem timendo in eum statum rem publicam adduxerant. primores patrum odisse decemviros odisse plebem, nec probare quae fierent, et credere haud indignis accidere: avide ruendo ad libertatem in servitutem elapsos iuvare nolle, cumulare quoque iniurias ut taedio praesentium consules duo tandem et status pristinus rerum in desiderium veniant. iam et processerat pars maior anni et duae tabulae legum ad prioris anni decem tabulas erant adiectae, nec quicquam iam supererat si eae quoque leges centuriatis comitiis perlatae essent, cur eo magistratu rei publicae opus esset. expectabant quam mox consulibus creandis comitia edicerentur. id modo plebem agitabat quonam modo tribuniciam potestatem — munimentum libertati — rem intermissam reppararent, cum

2. *decemuiratu:* P. — M: xuiratū |. — P: optinerent.
4. *circumspectare tum:* M. — P: circumspectarent tum. — PM: *plebei* pro *plebeii.* — M: captare auream. — PM: remp̄. — M: odisse. x. uiros.
10. *taedio:* M. — P: tedio presentium. — M: et status prestinus.
11. *in desiderium ueniant:* PM. — Harl. 1.: in desiderium ueniat.
— *iam et processerat pars maior anni et:* PM. — Leid. 1.: iam processerat cet. — P m. 1.: et tuae dabule. m. 2.: et duae tab. — PM: nec quicquam iam supererat.
14. *si eae quoque leges:* PM cod. Rhen.] si hae quoq. cet. — PM: reip̄. — M: „comitiae dicerentur | id *modo* tribuniciam potestatem": media omissa sunt.
16. *id modo plebem agitabat* (h. e. haec una cura plebem agitabat): P] id modo plebes agitabat (Harl. 1.). — Leid. 1.: id modo plebe agitabat. — Cf. 22, 12.: agitare ac temptare animum. 2, 1.: quid enim futurum fuit, si illa pastorum convenarumque plebs . . agitari coepta esset tribuniciis procellis. al. — P: reppararent.
18. *cum interim mentio comitiorum nulla fieri. et xuiri:* P. cum interim mentio comitiorum nulla *fieret.* x. uiri: M. cf. 2, 27.: cum Appius . .

interim mentio comitiorum nulla fieri. et decemviri qui primo tribunicios homines — quia id populare habebatur — circum se ostentaverant plebei, patriciis iuvenibus saepserant latera. eorum catervae tribunalia obsedebant: hi ferre agere plebem plebisque res, cum fortuna qua quidquid cupitum foret potentioris esset. et iam ne tergo quidem abstinebatur: virgis caedi, alii securi subici, et ne gratuita crudelitas esset, bonorum donatio sequi domini supplicium. hac mercede iuventus nobilis corrupta non modo non ire obviam iniuriae sed propalam licentiam suam malle quam omnium libertatem.

XXXVIII. Idus Maiae venere. nullis subrogatis magistratibus privati pro decemviris neque animis ad imperium inhibendum inminutis neque ad speciem honoris insignibus prodeunt. id vero regnum haud dubie videri. deploratur in perpetuum libertas, nec vindex quisquam existit aut futurus videtur. nec ipsi solum desponderant animos sed contemni

dicere. — PM: qui primo tribunicios homines quia populares quia id populare habebatur. cf. 2, 7.: *fieri.*

3. *ostentauerant plebei:* P. Harl. 1. Leid. 1. ostentauerant plebi: M. — PM: *saep*serant.

4. *obsedebant* (h. e. obsessa tenebant): M] obsederant. — Ed. Frob.: *obsidebant:* sed obsedebant scriptum est ut „intellegere, neglegere" al. Cf. 30, 6.: ambusti homines iumentaque foeda primum fuga dein strage *obruebant* itinera (non obruerant).

5. *cum fortuna qua quidquid cupitum foret* (P: fore) *potentioris esset*: (PM et rell. cod.) „da das Glück mit dem sie was es auch sei in Anspruch genommen hätten, stets auf der Seite des Mächtigeren sein würde". Patricii igitur illi iuvenes arbitrabantur, dummodo auderent plebeiorum res cupere et eripere, fortunam semper potentiorum fore, h. e. apud decemviros gratiae locum fore quippe quos hominum non rerum esse viderent.

7. *uirgis caedi, alii securi subici:* PM. — M: domini suplicium. — P: *ac* mercede. — P m. 1.: sed plpalam. m. 2.: sed ppalam.

12. *idus Maiae uenere:* P. — M: uenire.

15. *id uero regnum:* P. — M: id uero *regno* haud dubie. — Num *regnō?*

16. *existit:* PM. — P m. 1.: aut futurus *ue*detur. — P m. 1.: sed contem*ti.* m. 2.: contemni.

coepti erant a finitimis populis, imperiumque ibi e
non esset libertas, indignabantur. Sabini magna m
cursionem in agrum Romanum fecere, lateque popul
hominum atque pecudum inulti praedas egissent, rec
5 Eretum quod passim vagatum erat agmine castra
spem in discordia Romana ponentes, eam inpedimen
lectui fore. non nuntii solum sed per urbem agrestiu
trepidationem iniecit. decemviri consultant, quid opu
sit, destituti inter patrum et plebis odia. addit terro
10 super alium fortuna. Aequi alia ex parte castra
gido locant depopulanturque inde excursionibus Tusc

1. *imperiumque ibi esse ubi non esset libertas indignabantur* (PM et rell. codd.): scil. *finitimi populi.* — Haec subiectorum mutatio nec ingrata est et apud optimos quosque scriptores reperitur. cf. 23, 8.: „huic tum *pater* iuveni *Hannibalem* deprecando magis quam purgando placavit, *victusque* patris precibus lacrimisque etiam ad cenam eum cum patre vocari iussit". al.

3. *populati:* P m. 2. M. — P m. 1.: pupulati.

4. *ad Eretum.* — P: ad efretum. M: ad fretum.

6. *eam inpedimentum dilectui fore:* PM. — M: trepitationem iniecit.

8. *decemuiri consultant:* M m. 2. P. — M m. 1.: x. uiri consul*en*tant.

9. *destituti:* P m. 2. M et rell. codd. — P m. 1.: destitui. — Bekk.: „decemviri consultant quid opus facto sit. *destitutis* inter patrum et plebis odia addidit terrorem insu fortuna". *destitutis* priorem orationem re erat, ne sibi ipsi d decemviri iam tum de nec ad posteriorem, decemviris modo il iniectus est sed omn — Simili errore et ali oratio depravata est. ex. gr. legimus 23, apud Bekk.: „nec conatus hostium aut aut ars deerat *soci* norum. propugnacula vineas statuere" cet. Put. Colb. al. rest sit: „nec ad uario hostium aut uis ull deerat. socii Romano pugnacula aduersus u tuere" cet.

9. *addit:* PM] addidit fortunequi alia.

11. *depopulanturque in* Harl. 1. al. — P: *ex* nibus. — Bekk.: d *tum*que inde excursio sculanum agrum lega

agrum. legati ab Tusculo praesidium orantes nuntiant. is pavor perculit decemviros ut senatum simul duobus circumstantibus urbem bellis consulerent. citari iubent in curiam patres haud ignari quanta invidiae immineret tempestas: omnes vastati agri periculorumque imminentium causas in 5 se congesturos temptationemque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent imperioque inhibendo acriter in paucos praeferocis animi conatus aliorum conprimerent. postquam audita vox in foro est praeconis patres in curiam ad decemviros vocantis, velut nova res quia inter- 10 miserant iam diu morem consulendi senatus, mirabundam plebem convertit, quidnam incidisset cur ex tanto intervallo rem desuetam usurparent. hostibus belloque gratiam habendam quod solitum quicquam liberae civitatis fieret. circumspectare omnibus fori partibus senatorem raroque usquam 15 noscitare, curiam inde ac solitudinem circa decemviros intueri, cum et ipsi consensu invisum imperium, et plebs quia privatis ius non esset vocandi senatum, non convenire patres interpretarentur. iam caput fieri libertatem repetentium, si se plebs comitem senatui det et quem ad modum pa- 20 tres vocati non coeant in senatum, sic plebs abnuat dile-

2. *perculit xuiros:* PM Harl. 1. Leid. 1.] perpulit decemviros. cf. 3, 30.: is metus perculit. al. — P: *sumul* duobus.

4. *haud ignari quanta inuidiae immineret tempestas:* PM.

6. *temptationemque:* P m. 2. M. — P m. 1.: temptation*um*que. — M: abolendi sibi magistratus *in* consensu.

10. *uocantis.* — M m. 1. P: uocant*es*. M m. 2.: cōuocantis.

11. *consulendi senatus:* P. — M m. 1.: consulemdi*s* senatus. m. 2.: consulendi senatum. — M: conuerti | quidnam.

14. *circumspectare omnibus fori partibus:* M. — P: circumspectaret omnibus patribus. m. 2.: omnibus fori partibus.

17. *et ipsi consensu inuisum imperium:* PM] et ipsi invisum consensu imperium (Harl. 1. Leid. 1.). — M: interpr*ae*tarentur.

19. *iam caput fieri libertatem repetentium:* PM. — Haverc. et lib. Sig.: libertatis repetendae. cf. 3, 49. init.

21. *sic plebs abnuat dilectum:* PM] sic plebs abnuat del.

ctum. haec fremunt plebes. patrum haud fere quisquam in foro, in urbe rari erant. indignitate rerum cesserant in agros suarumque rerum erant amissa publica, tantum ab iniuria se abesse rati quantum a coetu congressuque inpotentium dominorum se amovissent. postquam citati non conveniebant, dimissi circa domos adparitores simul ad pignera capienda sciscitandumque num consulto detrectarent, referunt senatum in agris esse. laetius id decemviris accidit quam si praesentis detrectare imperium referrent. iubent acciri omnes senatumque in diem posterum edicunt, qui aliquanto spe ipsorum frequentior convenit. quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata, quod iis qui iam magistratu abissent privatisque si vis abesset, tamquam iure cogentibus senatus paruisset.

XXXIX. Sed magis obedienter ventum in curiam est quam obnoxie dictas sententias accepimus. L. Valerium Potitum proditum memoriae est post relationem Appii Claudii, priusquam ordine sententiae rogarentur, postulando ut de re publica liceret dicere, prohibentibus minaciter decemviris proditurum se ad plebem denuntiantem tumultum ex-

1. *haec fremunt plebes:* PM cod. Rhen. Harl. 1. — Alii: hoc *vel* haec fremebat plebs. — P m. 1.: *a* patrum.
3. *suarumque rerum erant amissa publica:* PM. — P m. 1.: abesse rat*a*. m. 2.: rati. — PM: quantum a coetu congressuque inpotentium cet.
6. *adparitores:* M m. 2. — M m. 1. P Harl. 1. Leid. 1.: adpar*a*tores. cf. 3. 32.: lex Icilia. — PM: simul ad pignera capienda. cf. Gellius 14, 7. — PM: sciscitandumque. — P: num consolto. — PM: detrectarent.
9. *praesentis:* P] praesentes (M). — P: pr*e*sentis. — PM: detrectare.
10. *edicunt:* P. — M cod. Rhen.: dicunt.
12. *quod iis qui iam magistratu abissent:* M. — P: quod *iis is* qui. sed m. 2. *is* deletum est.
13. *priuatisque si uis abesset:* P m. 2. Harl. 1. — P m. 1.: *suis* abesset. M: *si us* abesset.
15. *obedienter:* P. oboedienter: M. — M: obnoxiae. P: abnoxie.
17. *Appii Claudii:* PM] Ap. Claudii. — M: sententi*a* | *e*rogarentur. — PM: de rep̄.

ivisse. nec minus ferociter Marcum Horatium Barbatum sse in certamen, decem Tarquinios appellantem admonenemque Valeriis et Horatiis ducibus pulsos reges. nec nonen homines tum pertaesum esse quippe quo Iovem appellari fas sit, quo Romulum conditorem urbis deincepsque 5 eges appellatos, quod sacris etiam ut sollemne retentum it: superbiam violentiamque tum perosos regis. quae si in ege tum eodem aut in filio regis ferenda non fuerint, quem aturum in tot privatis? viderent ne vetando in curia libere omines loqui, extra curiam etiam moverent vocem. neque 10

2. *decem Tarquinios:* PM. — Harl. 1. al.: decem*uiros* tarquinios. — M: admone*m*temque.

3. *nec nomen homines tum pertaesum esse:* M cod. Rhen. Leid. 1.] nec nominis homines cet. — P: nec nomen *is* homines tum pertaesum esse: h. e. sive *nomen* sive *nominis*. I. Fr. Gron.: „nec nomen homines tum pertaesos esse": ut Suet. Iul. Caes. 7.: quasi pertaesus ignaviam suam. — Sed recte se habet *nomen homines pertaesum esse.* quem ad modum enim ex. gr. dici poterat et *libri mihi opus sunt* et *libris mihi opus est*, sic apud veteriores scriptores et inprimis apud poetas verba *paenitere*, *pudere*, *taedere* al. non modo impersonaliter sed etiam personaliter scripta reperimus. nec raro poetarum dicendi genere Livium usum esse multis locis apparet. cf. Plaut. Stich. 1, 31.: et me quidem haec conditio nunc non paenitet. Terenti adelph. 4, 7. 36.: non te haec pudent? al. cf. Rudd. lat. gramm. (ed. Stallb.) II. 205. adn. 3.

4. *quippe quo Iouem:* PM. — M m. 1.: r*u*mulum. m. 2.: romulum.

6. *quod sacris etiam ut sollemne retentum sit:* PM. — In Harl. 1. excidit *ut.*

7. *superbiam uiolentiamque tum perosos regis:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: *reges.*

— *in rege tum eodem:* PM et rell. codd.] in rege [tum eodem]. „Wenn ein solches Betragen nun schon an einem Manne der damals zugleich der König war nicht habe ertragen werden können, wer" u. s. w. — PM Harl. 1.: quem laturum in tot priuatis. — M: homines lo*qui qui* extra |.

10. *neque se uidere qui sibi minus.* — PM al.: qui*n* sibi minus. Sic 28, 43. in Colb. scriptum est *quin ego minus*, sed in Put.: „si hoc bello et non priore, si nuper et non annis ante xxxx ista clades

se videre qui sibi minus privato ad contionem populum vocare quam illis senatum cogere liceat. ubi vellent experirentur quanto fortior dolor libertate sua vindicanda quam cupiditas in iniusta dominatione esset. de bello Sabino eos
5 refferre, tamquam maius ullum populo Romano bellum sit quam cum is qui legum ferundarum causa creati nihil iuris in civitate reliquerint, qui comitia qui annuos magistratus qui vicissitudinem imperitandi — quod unum exaequandae sit libertatis — sustulerint, qui privati fasces et regium
10 imperium habeant. fuisse regibus exactis patricios magistratus creatos, postea post secessionem plebis plebeios: — cuius illi partis essent rogitare: — populares? — quid enim eos per populum egisse? — optimates? — qui anno iam prope senatum non habuerint, tunc ita habeant ut de re
15 publica loqui prohibeant? ne nimium in metu alieno spei ponerent: graviora quae patiantur videri iam hominibus quam quae metuant.

XL. Haec vociferante Horatio cum decemviri nec irae nec ignoscendi modum repperirent nec quo evasura res es-

accepta foret, *qui* ego minus in Africam Regulo capto quam Scipionibus occisis in Hispaniam traicerem". — P: ad contionem. M: ad con*ten*tionē.

3. *quanto fortior dolor libertate sua uindicanda:* PM cod. Rhen. — Alii: quanto ferocior dolor *cet.*

— *quam cupiditas in iniusta dominatione esset:* P] quam cupiditas iniusta (M cod. Rhen.). Nonnumquam ita apud Livium praepositionem in altera demum comparationis parte videmus. — M: *dominationē* |. m. 3.: domination*is*. I. Fr. Gron.: quanto fortior dolor libertatis suae vindicandae quam iniustae dominationis esset. — P: refferre. — PM: tamquam maius ullum p̄. r̄. bellum sit.

6. *cum is:* PM] cum iis. — P: legum fer*u*endarum. h. e. et *ferundarum* et *ferendarum*. — M: quiuissitudinē. m. 3.: qui uicissitudinē.

11. *post secessionem plebis plebeios: cuius illi partis essent:* M. — P m. 1.: plebis plebios. m. 2.: plebeios. — P Harl. 1.: cuius illi part*es*.

14. *ut de rep̄. loqui prohibeant:* PM. — P: in metu alieno*s*.

19. *repperirent:* P. reperirent: M. — P: nec quod euasura res esset.

set cernerent, C. Claudi — qui patruus Appii decemviri erat — oratio fuit precibus quam iurgio similis, orantis per sui fratris parentisque eius manes ut civilis potius societatis in qua natus esset quam foederis nefarie icti cum collegis meminisset. multo id magis se illius causa orare quam 5 rei publicae: quippe rem publicam si a volentibus nequeat, ab invitis ius expetituram. sed ex magno certamine magnas excitari ferme iras: earum eventum se horrere. cum aliud praeter quam de quo retulissent decemviri dicere prohiberent, Claudium interpellandi verecundia fuit. sententiam igi- 10 tur peregit nullum placere senatus consultum fieri: omnesque ita accipiebant privatos eos a Claudio iudicatos, multique ex consularibus verbo adsensi sunt. alia sententia — asperior in speciem — vim minorem aliquanto habuit, quae patricios coire ad prodendum interregem iubebat. censendo 15

1. *C. Claudi:* M Harl. I. Leid. I.] C. Claudii (P).
2. *oratio fuit precibus* (M: praecibus) *quam iurgio similis:* PM. cf. 2, 56.: non facile loquor.
— *orantis:* Harl. I. — M: *per*orantis *per* sui fratris parentisque eius manes. P: *p*orantis per sui patris parentisque eius manes. — PM: quam reip̄. quippe remp̄.
9. *praeter quam de quo retulissent:* M. — P: p̄tquam de quo retulissent. Harl. I.: propterquam. Simili mendo 30, 10. *postquam* in Put. Bamb. al. pro „*praeter quam* in navali certamine solet" est.
14. *asperior in speciem:* M m. 1. P. — M m. 2.: in specie.
— *quae patricios coire:* P m. 2. — P m. 1.: quae patricios *co* comiuere *ire* ad prodendum. M: quae patricios coniuere *coire* ad prodendum. — Alii: conuenire.
15. *censendo enim quoscumque magistratus esse qui senatum* (P m. 1.: senatus) *haberent iudicabant:* PM] censendo .. iudicabat. — Harl. I.: iudicabant. — Dukerus hunc locum non satis sanum esse ratus, scribere malebat „*ita enim censendo*" vel „*hoc enim censendo*". atque ita alii alia excogitarunt. *censendo* vero hoc loco etiam per se sufficit: nam quem ad modum *senatum censere* dicebant, sic idem etiam de singulis senatoribus dici poterat: itaque *censere* significat et sententiam dicere et efficere ut senatus consultum fiat: „denn dadurch dafs man einen Senatsbeschluss zu veranlassen suchte, gab man ja schon zu, dafs die welche die Sitzung

enim quoscumque magistratus esse qui senatum haberent iudicabant, quos privatos fecerat auctor nullius senatus consulti faciendi. ita labente iam causa decemvirorum L. Cornelius Maluginensis M. Corneli decemviri frater cum ex con-
5 sularibus ad ultimum dicendi locum consulto servatus esset, simulando curam belli fratrem collegasque eius tuebatur, quonam fato incidisset mirari se dictitans, ut decemviros qui decemviratum petissent aut socii aut ii maxime oppugnarent: aut quid ita, cum per tot menses vacua civitate
10 nemo iustine magistratus summae rerum praeessent, controversiam fecerint, nunc demum cum hostes prope ad portas sint civilis discordias serant nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent quid agatur. ceterum nemini — ma-

hielten, Magistratspersonen von was immer für Rang oder Namen seien: während der welcher es zu gar keinem Senatsbeschluſs wollte kommen lassen, sie gerade zu für Privatpersonen erklärt hatte, die den Senat zu berufen keinesweges befugt wären".

2. *auctor nullius. s. c. faciendi:* PM.

3. *ita labente iam causa:* PM et rell. codd.] ita labante cet. cf. T. Livi prooemium: labente deinde paulatim disciplina.

4. *M. Corneli xuiri frater:* PM] M. Cornelii cet. — M: ad ultimum dicendi locum consulto curā | belli fratrem collegasque cet.

7. *quonam fato:* P m. 2. M. — P m. 1.: quonam facto. — P: dic*d*itans.

8. *aut ii maxime.* — PM: aut *h*ii maxime. — Bekk.: aut hi. — M: oppugna | *r*unt. „Er sei erstaunt, daſs die Decemvirn gerade von denen die doch selbst nach dem Decemvirate gestrebt oder den Freunden derselben, oder nun gar von diesen Leuten hier angefeindet würden".

10. *controuersiam fecerint:* PM] controversiam fecerit. — P m. 1.: contr*a*uersiam. — Cf. 24, 20.: cum nemo venirent aut nuntium litterasve mitterent. 3, 42.: miles se .. contulerant. al.

12. *ciuilis discordias:* PM] civiles disc. — M m. 1.: discordiaserant. m. 3.: discordias serant.

13. *ceterum nemini — maiore cura occupatis animis — uerum esse praeiudicium rei tantae adferri*] ceterum neminem .. afferre. — M m. 1.: *nemini.* M m. 2. P: neminē. — P: uerum esse. M: uerum ēē | praeiudicium. — P: rei tante auferri. M: rei

ore cura occupatis animis — verum esse praeiudicium rei
antae adferri. sibi placere de eo quo Valerius Horatiusque
nte idus Maias decemviros abisse magistratu insimulent,
ellis quae immineant perfectis re publica in tranquillum
edacta senatu disceptante agi. et iam nunc ita se parare 5
p. Claudium ut comitiorum, quae decemviris creandis de-
emvir ipse habuerit, sciat sibi rationem reddendam esse,
trum in unum annum creati sint an donec leges quae
leessent perferrentur. in praesentia omnia praeter bellum
mitti placere: cuius si falso famam volgatam vanaque non 10
untios solum sed Tusculanorum etiam legatos adtulisse pu-
ent, speculatores mittendos censere qui certius explorata
eferant: sin fides et nuntiis et legatis habeatur, dilectum
rimo quoque tempore haberi et decemviros quo cuique
orum videatur exercitus ducere, nec rem aliam praeverti. 15

XLI. In hanc sententiam ut discederetur iuniores pa-

tantae | auferri. — Harl. I. Leid. I.: aufferri. — Voss. I. Leid. II.: adferri. — „Übrigens sei die Forderung der Decemvirn ganz gerecht, dass keiner — jetzt wo die Gemüther von grösserer Sorge erfüllt seien — vor der Zeit ein Urtheil über einen so wichtigen Gegenstand ausspreche". cf. 2, 48.: *uerum esse* habere eos cet. al. 26, 29.: deprecari senatus praeiudicium.

2. *de eo quo:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.] de eo quod. — PM: magistratum *in*simulent.

4. *rep̄. in tranquillum redacta:* P. — M: reip̄. — Harl. I.: remp̄.

6. *decemuir ipse habuerit.* — P: ita se parare | asp̄. claudium comitiorum que xuiris creandis xuirūm ipse abuerit. M: decemuirum ipse | habuerit. — Num *decemuir tum ipse habuerit?*

9. *perferrentur:* P m. 2. M. — P m. 1. Harl. I.: perferentur. idem Harl. I. paulo ante *ipse habuit*, et Leid. I.: *creati sunt.*

10. *uolgatam:* PM] vulgatam. — M m. 1. P: non nuntio solum. M m. 3.: nuntios.

12. *explorata referant:* PM. — Leid. I.: referrent. — M m. 1.: qui cretius. m. 3.: qui cētius.

13. *dilectum:* PM] del.

14. *et decemuiros:* P Harl. I. Leid. I.] decemviros (M). — PM: uideatur. — PM: *praeuerti.*

trum evincebant. ferocioresque iterum coorti. Valerius enim Horatiusque vociferari ut de re publica liceret dicere: dicturos ad populum si in senatu per factionem non liceat: neque enim sibi privatos aut in curia aut in contione posse
5 obstare neque se imaginariis fascibus eorum cessuros esse. tum Appius iam prope esse ratus ut, ni violentiae eorum pari resisteretur audacia, victum inperium esset, „non erit melius“ inquit, „nisi de quo consulimus vocem misisse“. et ad Valerium negantem se privato reticere lictorem acce-
10 dere iussit. iam Quiritium fidem inplorante Valerio a curiae limine L. Cornelius conplexus Appium non cui simulabat consulendo diremit certamen: factaque per Cornelium Valerio dicendi gratia quae vellet, cum libertas non ultra vocem excessisset, decemviri propositum tenuere. consulares
15 quoque ac seniores ab residuo tribuniciae potestatis odio, cuius desiderium plebi multo acrius quam consularis imperii rebantur esse, prope malebant postmodo ipsos decemviros voluntate abire magistratu quam invidia eorum exsur-

1. *ferocioresque iterum coorti:* PM] ferociores iterum coorti Valer. cet. — P: co*h*orti.
— *Valerius enim Horatiusque:* P] Valerius Horatiusque. — P: ualerius enī oratiusque. M: ualerius *ualerius horatiusq.* | *contra sententiā maluginensis* | oratiusq. uociferari. sed media verba m. 3. expuncta sunt. — PM: ut de rep̄. — PM: aut in contione. — M: imaginariiis fascibus. m. 2.: imaginariis. — P m. 1.: cessur*us*. m. 2.: cessuros.
7. *non erit melius inquit nisi de quo consulimus uocem misisse:* PM. (cf. negare, al.) cf. 2, 24.: praevertisse.
9. *se priuato reticere:* M. — P: se priuato re | *d*icere.
11. *non cui simulabat consulendo:* cod. Rhen. — M: non quid *cui* simulabat | consulendo. — Lips.: non qui simulabat. — P Harl. 1. Leid. 1.: non quid simulabat.
12. *diremit certamen* („er theilt ihn und bricht dadurch die Kraft desselben“): P. — M: dimittit diremit certaim | factaq. — M: cum libertas *in*ultr*o* | uocem. m. 2.: inultra.
15. *ab residuo tribuniciae potestatis odio:* PM. — Harl. 1.: ac residuo tribunicio potestatis odio.
17. *prope mallebant postmodo:* PM. — P: abire magistratu*s*. m. 2.: magistratu. — M: exurgere. m. 2.: exsurgere. P: exsurgere*t*.

ere rursus plebem. si leniter ducta re sine populari strepitu ad consules redissent, aut bellis interpositis aut moderatione consulum in imperiis exercendis posse in oblivionem tribunorum plebem adduci. Silentio patrum edicitur dilectus. iuniores, cum sine provocatione imperium esset, ad 5 nomina respondent. legionibus scriptis inter se decemviri comparabant, quos ire ad bellum quos praeesse exercitibus porteret. principes inter decemviros erant Q. Fabius et Appius Claudius. bellum domi maius quam foris apparebat. Appii violentiam aptiorem rati ad conprimendos urbanos 10 motus, in Fabio minus in bono constans quam navum in malitia ingenium esse. hunc enim virum egregium olim domi militiaeque decemviratus collegaeque ita mutaverant ut Appi quam sui similis mallet esse. huic bellum in Sabinis M'. Rabuleio et Q. Poetilio additis conlegis manda- 15 tum. M. Cornelius in Algidum missus cum L. Minucio et T. Antonio et Caesone Duillio et M. Sergio. Sp. Oppium Ap. Claudio adiutorem ad urbem tuendam aequo omnium decemvirorum imperio decernunt.

1. *leniter ducta re:* Leid. 1. Voss. 1.] leniter ducta res. — PM: leniter ducta re*s* *s*ine. — P m. 1.: populare*s* *s*trepitu. m. 2.: populari.
2. *ad consules redissent:* M] redisset (P). „Wenn man ohne weiteres Aufsehen zu erregen zur Consularischen Regierung zurückkehren könnte".
4. *edicitur dilectus:* PM] edicitur delectus. — M: cōparabant.
9. *bellum domi maius quam foris apparebat:* M. — M m. 1.: alparebat. — P m. 1.: *bellum domi quam foagis apparebat:* unde coniiciendum est in antiquiore libro fuisse: *bellum domi quam foris magis* (v. *maius*) *apparebat.* P m. 2.: bellum domi magis quam foris apparebat.
11. *nauum:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Lips. Haverc. al.: gnauum. Sic etiam in Put. 24, 23. scriptum est „nauiter espe | diebant": sed 30, 4. in eodem libro „aut bellum in | auiter geri": ut dubitandum sit an in antiquiore libro *cnauiter* vel *gnauiter* fuerit.
14. *Appi:* P] Appii (M).
15. *m̄. rabulleio et q̄. poetilio additis conlegis:* PM. cf. 3, 35. — PM: et caesone (P: cesone) duillio et. *l.* sergio. — M: a. p̄. claudio. — P m. 1.: tuend*em*. m. 2.: tuendam.

XLII. Nihilo militiae quam domi melius res publica administrata est. illa modo in ducibus culpa, quod ut odio essent civibus fecerant. alia omnis penes milites noxia erat, qui ne quid ductu atque auspicio decemvirorum prospere usquam gereretur, vinci se per suum atque illorum dedecus patiebantur. fusi et ab Sabinis ad Eretum et in Algido ab Aequis exercitus erant. ab Ereto per silentium noctis profugi propius urbem inter Fidenas Crustumeriamque loco edito castra communierant. persecutis hostibus nusquam se aequo certamine committentes natura loci ac vallo non virtute aut armis tutabantur. maius flagitium in Algido, maior etiam clades accepta. castra quoque amissa erant exutusque omnibus utensilibus miles Tusculum se fide misericordiaque victurus hospitum, quae tamen non fefellerunt, contulerant. Romam tanti erant terrores allati ut posito iam decemvirali odio patres vigilias in urbe habendas censerent, omnes qui per aetatem arma ferre possent custodire moenia ac pro portis stationes agere iuberent, arma Tusculum ad supplementum decernerent, decemvirosque ab arce Tu-

1. *resp̄. administrata est:* PM.
3. *noxia erat:* M cod. Rhen.] noxa erat (P). — P m. 1.: uici se. m. 2.: uinci se.
6. *ad Eretum.* — PM: ad fretum.
7. *ab Ereto:* M. — P: ab efreto. — P: perfugi propitius. m. 2.: profugi propius. — M: proprius. — PM: inter fidenas crustumeriamque. — M: cōmunierant.
9. *nusquam se aequo certamine cōmittentes:* M. — P: nusquam se aequo certamine comitantes.
13. *miles tusculum se fide mīaq. victurus hospitum quae tamen noñ fefellerunt contulerant:* M. — P m. 1.: miles tusculum se fide misericordiaque hospitum q̄; tamen non fefellerunt contulerant. m. 1. vel 2.: hospitium contulerant q̄; tamen non fefellerunt. — Harl. 1. Leid. 1.: *contulerant.* Bekk.: contulerat.
15. *Romam tanti erant terrores allati:* M. — P: romam tanti erant errores allati.
18. *arma Tusculum ad supplementum:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron.: *ac supplem.* sed *ad suppl.* recte se habet, quod milites omnibus utensilibus exuti se Tusculum contulerant: nec *ad* cum Drakenborchio pro *praeter* accipiendum est.

sculi digressos in castris militem habere, castra alia a Fidenis in Sabinum agrum transferri belloque ultro inferendo deterreri hostes a consilio urbis oppugnandae.

XLIII. Ad clades ab hostibus acceptas duo nefanda facinora decemviri belli domique adiciunt. L. Siccium in Sabinis per invidiam decemviralem tribunorum creandorum secessionisque mentiones ad vulgus militum sermonibus occultis serentem, prospeculatum ad locum castris capiendum mittunt. datur negotium militibus quos miserant expeditionis eius comites, ut eum opportuno adorti loco interficerent. haut inultum interficere, nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere, cum ipse se praevalidus pari viribus animo circumventus tutaretur. nuntiant in castra ceteri praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem militesque quosdam cum eo amissos. primo fides nuntiantibus fuit. profecta deinde cohors ad sepeliendos qui ceciderant decemvirorum permissu postquam nullum spoliatum ibi corpus Sicciumque in medio iacentem armatumque omnibus in eum versis corporibus videre — hostium neque corpus ullum nec vestigia abeuntium, profecto ab suis interfectum memorantes rettulere corpus. invidiaeque plena castra erant et Romam ferri protinus Siccium placebat, ni decemviri funus militare ei publica inpensa facere maturassent. sepultus ingenti militum maestitia pessima decemvirorum in vulgus fama est.

1. *digressos:* PM et rell. codd.] degressos. — M: urbis oppugnando. m. 2.: oppugnandae.
4. *ad clades:* PM. — Harl. 1.: at clades. cf. Titi Livi l. xxx. p. xcvi. 15.
5. *belli domique:* PM. — Harl. 1.: bello domique. cf. 1, 34.
1. *interficere:* M Leid. 1.] interfecere (P m. 2.). — P m. 1.: aut inultum interfedere.
— *aliquot:* M m. 3. P. — M m. 1.: aliqd. h. e. aliquod.
12. *ipse se praevalidus:* M. — P m. 1.: ipse se p ualidus. m. 2.: prealidus.
13. *praecipitatum in insidias esse Siccium egregie pugnantem:* PM. — M: ad sepelliendos.
19. *neque corpus ullum nec uestigia abeuntium:* PM.
21. *rettulere:* M. — P: retulere.
24. *pessima decemuirorum in uulgus fama est:* PM. —

XLIV. Sequitur aliud in urbe nefas ab libidine ortum haud minus foedo eventu quam quod per stuprum caedemque Lucretiae urbe regnoque Tarquinios expulerat, ut non finis solum idem decemviris qui regibus sed causa etiam eadem inperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiae stuprandae libido cepit. pater virginis L. Verginius honestum ordinem in Algido ducebat, vir exempli recti domi militiaeque. perinde uxor instituta fuerat liberique instituebantur. desponderat filiam L. Icilio tribunicio viro acri et pro causa plebis expertae virtutis. hanc virginem adultam forma excellentem Appius amore amens pretio ac spe perlicere adortus postquam omnia pudore saepta animadverterat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit ut virginem in servitutem adsereret neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias, quod pater puellae abesset locum iniuriae esse ratus. virgini venienti in forum — ibi namque in tabernacu-

Cod. Rhen.: *in* pessima cet. — M: mestitia.

1. *ab libidine:* PM. — Leid. 1. al.: *a* libidine. — P: cedemque. — P: inperii amitendi.

6. *L. Verginius honestum ordinem in Algido ducebat:* PM. Cf. 2, 23.: et ordines duxisse aiebant aliaque militiae decora vulgo miserantes eum iactabant. 42, 33.: „inferiores ordines". sed inprimis conferendum est c. 34. libri 42.

8. *liberique instituebantur:* PM.

11. *forma excellentem:* PM. — Leid. 1.: formam.

— *amore amens:* P] amore ardens. — M: amore | *ardens.* men ptio ac spe. m. 3.: amore | ardens et eius mentē ptio ac spe. — Cod. Rhen.: amore ardens mens pretio cet. — *Ardens* videtur adscriptum a librario cui in mentem venerat quod 1, 58. scriptum est „amore ardens".

13. *M. Claudio:* M. — P: c. claudio. cf., 3, 47. — P m. 1.: adfereret. P m. 2, M: adsereret.

15. *neque cederet:* PM. — Harl. 1.: neque cedere.

— *postulantibus uindicias:* P. — M: postulantib. uindictis, qd.

16. *locum iniuriae esse ratus:* P. — M: locum iniuriae ese rat'. m. 2.: esse. m. 3.: locum iniuriae est mat'.

17. *in tabernaculis:* M cod. Rhen.] in tabernis (P). — Vix putandum est in illis tabernis operis ac quaestus locis ludos etiam litterarum fuisse. In Port. scriptum est

is litterarum ludi erant — minister decemviri libidinis manum iniecit, servam suam natam servamque appellans esse sequique se iubebat, cunctantem vi abstracturum. pavida puella stupente ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis fit concursus. Vergini patris sponsique Icili popu- 5
are nomen celebrabatur. notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. iam a vi tuta erat, cum adseror nihil opus esse multitudine concitata ait, se iure grassari non vi. vocat puellam in ius, auctoribus qui aderant ut sequerentur. ad tribunal Appi perventum est. notam iu- 10
dici fabulam petitor — quippe apud ipsum auctorem argumenti — peragit: puellam domi suae natam furtoque inde in domum Verginii translatam suppositam ei esse: id se indicio conpertum adferre probaturumque vel ipso Verginio iudice, ad quem maior pars iniuriae eius pertineat: interim 15
dominum sequi ancillam aequum esse. advocati puellae

m. 1.: „in tabernaclis“: hoc modo error illatus sit. cf. Xenoph. Cyrop. 1, 2. 3. atque inprimis Aristot. Polit. 7, 11.: ἡ γὰρ ἐν ὀφθαλμοῖς τῶν ἀρχόντων παρουσία μάλιστα ἐμποιεῖ τὴν ἀληθινὴν αἰδῶ καὶ τὸν τῶν ἐλευθέρων φόβον. τὴν δὲ τῶν ὠνίων ἀγορὰν ἑτέραν τε δεῖ ταύτης εἶναι καὶ χωρίς κ. τ. λ.

2. *servam suam natam servamq. appellans esse sequiq. se iubebat:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] servam sua natam servamque appellans sequi se iubebat (I. Fr. Gronovius vetustiores quasdam edd. secutus:).

5. *Vergini patris sponsique Icili populare nomen celebrabatur:* PM] Virginii patris sponsique Icilii nomen populare celebratur.

7. *iam a ui tuta erat:* P. — M: iam ui tuta erat. cf. 28, 44.: tutus a perfidia (Put.). al.

9. *uocat puellam in ius:* P. — M: uocat puellam | inuitiis auctoribus. m. 2.: inuitis.

— *auctoribus qui aderant ut sequerentur* (nimir. ipsa virgo et nutrix): PM Harl. 1. Leid. 1.] auctoribus qui aderant ut sequeretur. („Indem die welche sich des Mädchens annahmen, sie aufforderten“ u. s. w.).

10. *Appi:* P] Appii (M).

13. *in domum Verginii translatam suppositam ei esse:* PM] in domum Virginii cet.

14. *conpertum adferre:* P. — M: cptū adferre. — PM: uel ipso uerginio iudice. — M: interī dmñ sequi ancillam aequm ee.

cum Verginium rei publicae causa dixissent abes
adfuturum si nuntiatum ei sit, iniquum esse ab
liberis dimicare, postulant ut rem integram in pat
tum differat, lege ab ipso lata vindicias det sec
5 bertatem, neu patiatur virginem adultam famae p
libertatis periculum adire.

XLV. Appius decreto praefatus, quam libe
rit eam ipsam legem declarare quam Vergini an
lationi suae praetendant: ceterum ita in ea firmu
10 fore praesidium, si nec causis nec personis vari
enim qui adserantur in libertatem, quia quivis
possit, id iuris esse: in ea quae in patris manu
nem esse alium cui dominus possessione cedat.

1. *cum Verginium reip. causa dixissent abesse:* PM] cum Virginium rei publicae cet.
2. *si nuntiatum ei sit:* P m. 2. M. — P m. 1.: si nuntiatum sit. — M: iniquum esse.
4. *uindicias det secundum libertatem:* M m. 1. P. — M m. 3.: inducias det cet.
5. *famae priùs quam libertatis periculum adire:* PM.
7. *quam libertati fauerit:* P. — M: quam libertati fuerit.
8. *Vergini amici:* PM] Virginii amici. — P: postulatione sue praetendant.
10. *si nec causis nec personis uariet:* M. — P Harl. 1. Leid. 1.: si *nec*causis nec cet.
— *in his enim qui adserantur in libertatem:* PM et rell. codd.] in his enim quae cet. (ed. Frob.). — *Qui* vel propter *quiuis* restituendum erat. Harl. 1.: quia qui*uir* lege agere possit. — P m. 1.: id esse. m. 2.: id iu ad iuris esse.
12. *in ea quae in p sit:* M. — P: in tris manu sit. — possessione ceda — Cf. Dionys. κρὸν ἐπισχὼν πιος „ἐγὼ τὸ εἶπεν, οὐκ ἀ στῆς ἐγγυήσεω λείαν ἀγομέν οὐκ ἐᾷ παρ μένοις εἶναι δίκης, οὐδὲ ὢν αὐτὸς ἄγ νο μέντοι δυοῖν ὄντ μένων, ν εἰ μὲν τὸν κατ μαρτο

cum Verginium rei publicae causa dixissent abesse, biduo adfuturum si nuntiatum ei sit, iniquum esse absentem de liberis dimicare, postulant ut rem integram in patris adventum differat, lege ab ipso lata vindicias det secundum li-
5 bertatem, neu patiatur virginem adultam famae prius quam libertatis periculum adire.

XLV. Appius decreto praefatus, quam libertati faverit eam ipsam legem declarare quam Vergini amici postulationi suae praetendant: ceterum ita in ea firmum libertati
10 fore praesidium, si nec causis nec personis variet. in his enim qui adserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id iuris esse: in ea quae in patris manu sit, neminem esse alium cui dominus possessione cedat. placere ita-

1. *cum Verginium reip. causa dixissent abesse:* PM] cum Virginium rei publicae cet.
2. *si nuntiatum ei sit:* P m. 2. M. — P m. 1.: si nuntiatum sit. — M: iniquum esse.
4. *uindicias det secundum libertatem:* M m. 1. P. — M m. 3.: inducias det cet.
5. *famae prius quam libertatis periculum adire:* PM.
7. *quam libertati fauerit:* P. — M: quam libertati fuerit.
8. *Vergini amici:* PM] Virginii amici. — P: postulatione sue praetendant.
10. *si nec causis nec personis uariet:* M. — P Harl. 1. Leid. 1.: si *nec* causis nec cet.
— *in his enim qui adserantur in libertatem:* PM et rell. codd.] in his enim quae cet. (ed. Frob.). — *Qui* vel propter *quiuis* restituendum erat. Harl. 1.: quia quiuir lege agere possit. — P m. 1.: id uiris esse. m. 2.: id iuris esse. M: ad iuris esse.
12. *in ea quae in patris manu sit:* M. — P: in ea que | patris manu sit. — M: cui dns | possessione cedat. P: caedat. — Cf. Dionys. 11, 31.: μικρὸν ἐπισχὼν χρόνον Ἄππιος „ἐγὼ τὸν μὲν νόμον, εἶπεν, οὐκ ἀγνοῶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἐγγυήσεως τῶν εἰς δουλείαν ἀγομένων κείμενον, ὃς οὐκ ἐᾷ παρὰ τοῖς ἀφαιρουμένοις εἶναι τὸ σῶμα μέχρι δίκης, οὐδὲ καταλύσαιμι ἂν ὃν αὐτὸς ἔγραψα ἐκών· ἐκεῖνο μέντοι δίκαιον φυλάττεσθαι, δυοῖν ὄντων τῶν ἀντιποιουμένων, κυρίου καὶ πατρός, εἰ μὲν ἀμφότεροι παρῆσαν, τὸν πατέρα κρατεῖν τοῦ σώματος μέχρι δίκης· ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἄπεστι, τὸν κύριον ἀπαγαγεῖν ἐγγυητὰς ἀξιόχρεως δόντα καταστήσειν ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ὅταν ὁ πατὴρ αὐτῆς παραγένηται“.

que patrem arcessiri: inter ea iuris sui iacturam adsertorem non facere, quin ducat puellam sistendamque in adventum eius qui pater dicatur promittat. adversus iniuriam decreti cum multi magis fremerent quam quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius puellae avunculus et sponsus Icilius 5 interveniunt: dataque inter turbam via, cum multitudo Icili maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor deesse ait vociferantemque Icilium submovet. placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset: — „ferro hinc ibi submovendus sum Appi", inquit, „ut tacitum feras quod 10 celari vis. virginem ego hanc sum ducturus nuptamque pudicam habiturus. proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas et secures iube: — non mane-

1. *arcessiri:* PM Leid. I.] arcessi. — Harl. I.: *accersiri.* — In antiquioribus libris Livianis cum et *arcessere* et *accersere* scriptum reperiatur (ex. gr. 9, 9.: P: accersunt; 10, 47.: PM: arcessendum), eam formam ubique recepi, quae antiquissimorum et fide dignissimorum codicum auctoritate comprobaretur. Cf. Caes. bell. Gall. 5, 11.: alios arcessiri iubet. Sall. Jug. bell. 62.: arcessiri (Cort. ed.), accersiri (Kritz.). Tac. hist. 1, 14.: accersiri (codd.).

4. *quam quisquam unus recusare auderet:* PM et opt. quisquam codd.] quam quisquam unus reclamare auderet (Voss. II. prob. I. Fr. Gron.). — P: recussare. — (*Recusare*, quo minus Claudius virginem duceret: „als dass irgend einer sich zu widersetzen wagte".)

5. *P. Numitorius puellae auunculus:* cf. 3, 54. — PM: *puellae auus* (cf. 3, 57.). Dionys. 11, 28.: καὶ καρῆν ὁ κρὸς μητρὸς θεῖος τῆς καρθένου, Πόπλιος Νομιτόριος.

6. *dataque inter turbam uia:* P m. 2. M. — P m. 1.: uiam. — *Icili:* PM] Icilii.

8. *placidum quoque ingenium tam atrox iniuria accendisset:* PM. — Harl. I.: placidum quoque ingenium *cum* tam atrox iniuria accendisset. Harl. II. Haverc.: *cum* placidum quoque ingenium cet. Simili errore cum 30, 25. oratio depravata esset, ex Put. Bamb. Colb. restituendum erat: *iam nulla alia res eam .. tueri potuisset: concitatam enim* cet. al. — M: quod celarius | uis uirginē ego. P: uirginem eo hanc. m. 2.: ego.

11. *nuptamque pudicam habiturus:* PM al.] nuptam pudicamque habiturus (lib. Sig.). („Und will in meiner Braut ein keusches Mädchen besitzen".)

bit extra domum patris sponsa Icili. non si tribunicium auxilium et provocationem plebi Romanae — duas arces libertatis tuendae — ademistis, ideo in liberos quoque nostros coniugesque regnum vestrae libidini datum est. saevi
5 in tergum et in cervices nostras: pudicitia saltem in tuto sit. huic si vis adferetur, ego praesentium Quiritium pro sponsa, Verginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque inplorabimus fidem: neque tu istud umquam decretum sine caede nostra referes. postulo Appi, etiam at-
10 que etiam consideres quo progrediare. Verginius viderit de filia, ubi venerit, quid agat. hoc tantum sciat sibi, si huius vindiciis cesserit, condicionem filiae quaerendam esse. me vindicantem sponsam in libertatem vita citius deseret quam fides".

15 XLVI. Concitata multitudo erat certamenque instare videbatur. lictores Icilium circumsteterant: nec ultra minas tamen processum est, cum Appius non Verginiam defendi ab Icilio sed inquietum hominem et tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quaerere diceret. non praebitu-
20 rum se illi eo die materiam. sed ut iam sciret non id petulantiae suae sed Verginio absenti set patrio nomini et li-

1. *sponsa Icili:* P m. 2. M] sponsa Icilii. — P m. 1.: sponsa icili*s*. non si tribucinium. M: sponsa icili non si*t* tribunicium. — M: ideo in libros. m. 3.: liberos.
4. *saeui in tergum et in ceruices nostras:* P] saevite cet. (M). — Minus recte paulo ante Leid. 1.: *ademisti.*
7. *Verginius:* PM] Virg.
8. *inplorabimus fidem:* M. — P: inplorauimus fide. — P: sine cede. — M: postulo appii.
10. *Verginius:* M] Virginius (P).
11. *si huius uindiciis cesserit:* PM. — Harl. 1.: si ipse huius cet. — P m. 1. M: conditionem. P m. 2.: condicionem.
13. *deseret:* P. — M: desereret.
15. *concitata multitudo erat:* M. — P: concitatam.
17. *Verginiam:* PM] Virg.
19. *spirantem:* PM. — M m. 3.: sperantē.
— *locum seditionis quaerere:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron.: *seditioni.* sed cf. 3,50.: ab ipsis datum locum seditionis esse.
21. *Verginio:* M] Virginio (P).
— *set patrio nomini:* P m. 1.] et patrio nomini (M). — Leid. 1.: absenti, patrio no-

ertati datum, iusto die se non dicturum neque decretum nterpositurum: a M. Claudio petiturum ut decederet iure uo vindicarique puellam in posterum diem pateretur. quod nisi pater postero die adfuisset, denuntiare se Icilio similiusque Icili neque legi suae latorem neque decemviro constantiam defore. nec se utique collegarum lictores convocaurum ad coercendos seditionis auctores, contentum se suis ictoribus fore. cum dilatum tempus iniuriae esset secessisentque advocati puellae, placuit omnium primum fratrem cili filiumque Numitorii inpigros iuvenes pergere inde recta d portam et quantum adcelerari posset, Verginium acciri castris: in eo verti puellae salutem si postero die vindex niuriae ad tempus praesto esset. iussi pergunt citatisque

mini. — P m. 1.: absenti*set* patrio. m. 2.: absenti et patrio. cf. 3, 11.: sed uirium spe set manu. — *Set patrio nomini* quasi se corrigentis sunt verba, cum non tam Verginium quam patrium nomen magni habuisse Appius videri vellet.

1. *iusto die se non dicturum:* M cod. Rhen. Leid. 1.] ius eo die se non dicturum (P). Ad *dicturum* supplendum est *vindicias secundum servitutem* (cf. 3, 56.: „ex eo ore quo vindiciae nuper ab libertate dictae essent") vel simile quid: et *dicere* aeque per se h. l. dictum est ac proximo cap. *decresse.* „Iusto die" significat „hoc die quo dicere deberet, quo se Claudius adisset". nolebat igitur Appius omnino non decernere eo die, quippe qui deinde moratus esse diceretur ne eius unius causa sedisse videretur: sed Verginiae causa decretum nolebat interponere. in hoc etiam animadvertendum est, Livium solere id quod minus per se perspicuum videri posset, aliis verbis adiectis interpretari, eoque consilio addidisse *neque decretum interpositurum.* Quem ad modum hoc loco, sic paulo post 3, 47. invitis omnibus libris antiquis scriptum est „quod *ius* sibi pridie dictum non esset".

2. *ut decederet iure suo:* PM. — Harl. 1.: ut decedere. — M m. 1.: uindicariq. puellam. m. 2.: uindicariq.

5. *Icili:* PM] Icilii. — M: neque legi suae latorē. x. uiro | constantiam dofore. — M: ad coernendos.

9. *fratrem Icili filiumque Numitorii:* PM] fratrem Icilii cet.

11. *Verginium:* PM] Virg. — M: acciri a castris.

equis nuntium ad patrem perferunt. cum instaret adsertor puellae ut vindicaret sponsoresque daret, adque id ipsum agi diceret Icilius, sedulo tempus terens dum praeciperent iter nuntii missi in castra, manus tollere undique multitudo
5 et se quisque paratum ad spondendum Icilio ostendere. atque ille lacrimabundus „gratum est“ inquit, „crastina die vestra opera utar: sponsorum nunc satis est“. ita vindicatur Verginia spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus ne eius rei causa sedisse videretur, postquam omissis
10 rebus aliis prae cura unius nemo adibat, domum se recepit collegisque in castra scribit ne Verginio commeatum dent atque etiam in custodia habeant. inprobum consilium serum ut debuit fuit, et iam commeatu sumpto profectus Verginius prima vigilia erat, cum postero die mane de re-
15 tinendo eo nequiquam litterae redduntur.

XLVII. At in urbe prima luce cum civitas in foro expectatione erecta staret, Verginius sordidatus filiam secum obsoleta veste comitantibus aliquot matronis cum ingenti advocatione in forum deducit. circumire ibi et prensare ho-
20 mines coepit et non orare solum precariam opem sed pro debita petere. se pro liberis eorum ac coniugibus cottidie

2. *sponsoresque daret:* M. — P: darent. — M: adquae id ipsum.
3. *dum praeciperent iter nuntii:* M Harl. 1. — P Leid. 1.: dum praeciperent *in*ternuntii.
8. *Verginia:* PM] Virginia.
— *paulisper:* PM. — P m. 1.: maratus e ne eius rei causa sedisse uederetur. m. 2.: moratus ne eius rei causa sedisse videretur.
10. *nemo adibat:* PM cod. Rhen. Leid. 1. — Harl. 1.: nemo *eum* adibat.
11. *Verginio:* M] Virginio (P). — P m. 1.: cummeatum. m. 2.: commeatum. — M: cōmeatū. Et paulo post M: *et iam comeatu.*
14. *Verginius:* PM] Virg. — M: nequiquam. P: nequicquam.
17. *Verginius sordidatus filiam secum obsoleta veste:* PM et rell. codd.] Virginius sordidatus filiam suam obs. cet. *Secum* non tam ad *deducit* quam ad *sordidatus* et *obsoleta veste* referendum est; „*wie er* in das Gewand einer Angeklagten gehüllt“. — PM: in forum *de*ducit. — PM: circumire ibi et prensare.
20. *et non orare solum:* M. — P: et *non onorare* solum.
21. *cottidie:* M] quotid. — P: *cot.*

in acie stare, nec alium virum esse cuius strenue ac ferociter facta in bello plura memorari possent: — quid prodesse, si incolumi urbe quae capta ultima timeantur liberis suis sint patienda? haec prope contionabundus circumibat homines. similia his ab Icilio iactabantur. comitatus muliebris plus tacito fletu quam ulla vox movebat. adversus quae omnia obstinato animo Appius — tanta vis amentiae verius quam amoris mentem turbaverat — in tribunal escendit, et ultro querente pauca petitore quod sibi pridie per ambitionem dictum non esset, priusquam aut ille postulatum perageret aut Verginio respondendi daretur locus, Appius interfatur. quem decreto sermonem praetenderit, forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint: — quia nusquam ullum in tanta foeditate decreti veri similem invenio, id quod constat nudum videtur proponendum, decresse vindicias secundum servitutem. primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit, silentium inde aliquamdiu tenuit. dein cum M. Claudius circumstantibus matronis iret ad prehendendam virginem lamentabilisque eum mulierum

4. *haec prope contionabundus circumibat homines:* PM.
7. *obstinato animo.* — PM: abstinato. — Harl. I.: aduersus quae obstinato animo.
8. *escendit:* M m. 1. P. — M m. 3. et rell. codd.: ascendit. — M: et ultro querente.
9. *quod sibi pridie per ambitionem dictum non esset:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] quod ius sibi cet. cf. 3, 46.: iusto die. — Harl. II.: quod sibi pridie ius dictum per amb. non esset. cod. Gaertn.: quod sibi pridie per amb. dictum ius non esset.
1. *Verginio:* PM] Virginio. — *Appius interfatur:* PM. — M: interfat— | h. e. interfatur. cf. 3, 49.: secuntur.
13. *tradiderint:* PM Harl. I. Leid. I. — Alii: tradiderunt. — P: forsan aliquam (m. 2.: aliquem) uerum auctores antiqui tradiderint. M: auctores qui tradiderint | quia nusquā.
15. *decresse uindicias:* PM.
17. *rei tam atrocis:* M m. 3 P. — M m. 1.: rei tam atroci. — PM: aliquamdiu.
19. *ad prehendendam:* cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.] ad prendendam (M). — P: ad prehendam. — M: lamtabilisq. sed *i* m. 3. in ras. est. — M: cōploratio. P: comploratione, m. 2.: comploratio.

comploratio excepisset; Verginius intentans in Appium manus „Icilio“ inquit, „Appi, non tibi filiam despondi, et ad nuptias non ad stuprum educavi. placet pecudum ferarumque ritu promisce in concubitus ruere? passurine haec isti
5 sint nescio: non spero esse passuros illos qui arma habent“. cum repelleretur adsertor virginis a globo mulierum circumstantiumque advocatorum, silentium factum per praeconem.

XLVIII. Decemvir alienatus ad libidinem animo negat ex hesterno tantum convicio Icili violentiaque Verginii
10 — cuius testem populum Romanum habeat — sed certis quoque indiciis conpertum se habere nocte tota coetus in urbe factos esse ad movendam seditionem. itaque se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendisse — non ut quemquam quietum violaret sed ut turbantes civitatis
15 otium pro maiestate imperii coerceret. „proinde quiesse erit melius“, inquit. „lictor submove turbam et da viam

1. *Verginius intentans in Appium manus:* P] Virg. cet. — M: uerginius | intantas in appiū manus. m. 2.: intæntas. — P m. 1.: *in* icilio. m. 2. expunxit *in*.

4. *promisce:* PM Harl. I. Leid. I.] promiscue (M m. 3.). — M: in c̄cubitus.

— *passurine haec isti sint nescio:* PM. — Harl. I.: passurine haec isti *sunt?* nescio. — P m. 1: mul*u*erum. m. 2.: mulierum.

8. *alienatus ad libidinem animo:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — Haverc.: allenato ad libidinem animo. Harl. II.: alienato ab libidine animo. — Cf. 25, 39.: hostes simul ignis clamor caedes — velut alienatos sensibus — nec audire nec providere quicquam sinunt.

8. *negat ex hesterno tantum conu.:* cod. Rhen. — M: negat ex haesterno ēuitio icili. P: negat exsterno tantum conuicio icilio. m. 2.: icili. — PM: uiolentiaque uerginii.

10. *populum rom. habeat:* cod. Rhen. — P: populum romor habeat. m. 2.: rumor. M: populū romōr habeat. — Num *romanorum?* — M: ēptū | se habere.

13. *descendisse:* M. discendisse: P.

15. *proinde quiesse erit melius. inquit. lictor submoue turbam:* PM] proinde quiesse erit melius. i, inquit, lictor summove turbam. — Cf. 1, 26.: Publi Horati, tibi perduellionem iudico, inquit. lictor, conliga manus. al. — M: et da tiam dño.

ıd prendendum mancipium". cum haec intonuisset
ae, multitudo ipsa se sua sponte dimovit deserta-
ɔda iniuriae puella stabat. tum Verginius ubi nihil
auxilii vidit, „quaeso" inquit „Appi, primum igno-
o dolori si quid inclementius in te sum invectus: 5
inas hic coram virgine nutricem percontari quid
sit, ut si falso pater dictus sum, aequiore hinc
iscedam". data venia seducit filiam ao nutricem
oacinae ad tabernas — quibus nunc novis est no-
atque ibi ab lanio cultro arrepto „hoc te uno quo 10
ait „modo, filia, in libertatem vindico": pectus
uellae transfigit respectansque ad tribunal „te" in-
ɔpi tuumque caput sanguine hoc consecro". cla-
tam atrox facinus orto excitus Appius conprendi
n iubet. ille ferro quacumque ibat viam facere, 15
ultitudine etiam prosequentium tuente ad portam

endendum: M. — P: hendendum.
stabat: M. — P: „de-ıe preda iniuriae puelle ". sed eadem m. 1.: — M: iniuririae.
Verginius: PM] tum
P m. 2. — P m. 1. M:
l inclementius: Harl. II. c. — PM Harl. I.: si inclementius. Leid. I.: ıt inclem. — Vix dubiuin *quod* interpretatioco ad *si* adscriptum fueed cum res non extra n dubitationem videresse, cum ed. Frob. *quid tod* expungere non sum cf. 36, 9.: si quid ei tur, secum disceptaret. m. 1. doloris *si*.

6. *percontari:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: percontrari. M m. 1.: pētrari.
7. *si falso pater dictus sum:* PM. — Leid. I.: ductus sum.
9. *prope Cloacinae ad tabernas:* M. — P: prope cloacine tabernas.
10. *ab lanio cultro arrepto:* PM.
11. *filia:* P m. 1. M m. 1. — P m. 2. M m. 2.: filiā. — Cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: filiam. — M: te inquit appii tuūque caput. sed m. 2. expunctum est *ii*. — P: *sanguine hocsecro*. dein *hoc sacro*.
14. *conprendi:* M. — P: conprehendi uerginium.
16. *multitudine etiam prosequentium tuente:* PM. — Modius ex Colon. codd.: prosequentium iuuenum. — M:

perrexit. Icilius Numitoriusque exangue corpus sublatum ostentant populo: scelus Appi, puellae infelicem formam, necessitatem patris deplorant. sequentes clamitant matronae, eamne liberorum procreandorum condicionem, ea pudicitiae praemia esse? cetera quae in tali re muliebris dolor quo est maestior inbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subicit. virorum et maxime Icili vox tota tribuniciae potestatis ac provocationis ad populum ereptae publicarumque indignationum erat.

XLIX. Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris partim spe per occasionem repetendae libertatis. Appius nunc vocari Icilium nunc retractantem arripi, postremo cum locus adeundi apparitoribus non daretur, ipse cum agmine patriciorum iuvenum per turbam vadens in vincula duci iubet. iam circa Icilium non solum multitudo sed duces quoque multitudinis erant L. Valerius et M. Horatius, qui repulso lictore si iure ageret vindicare se a privato Icilium aiebant, si vim adferre conarentur, ibi quoque haud impares fore. hinc atrox rixa oritur. Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit: franguntur a multitudine fasces. in

nūmitoriusq. — PM: exangue corpus.

2. *scelus Appi:* PM] scelus Appii. — PM: infelicem *formam.* Alii: fortunam.

4. *condicionem:* P m. 2. M. — P m. 1.: conditionem.

5. *cetera quae:* cod. Rhen. — P Harl. 1.: ceteraque in tali re. M: ceteraq. in tali re. — M: quaerentib. — PM: subicit.

7. *Icili uox tota:* P. — M: icili uota tribuniciae potestatis ac prouocationis.

11. *per occasionem:* P m. 2. M. — P m. 1.: occassionem. — Harl. 1.: nunc uocare. — M: nunc retractantē.

17. *si iure ageret* (h. e. si Appius pro potestate sua ita se agere posse contenderet:): PM cod. Rhen. Harl. 1. al. — Lips.: *agerent.* Dubito tamen an melius sit: *si iure ageretur.* — P: uindicare. — P: icilium agebant.

18. *si uim adferre conarentur* (scil. et Appius et agmen patriciorum iuuenum): PM Leid. 1.] si vim afferre conaretur.

— *ibi quoque haud inpares fore:* M cod. Rhen.] ibi quoque se haud imparea fore. — M: ibi quoq. haud inpares | hinc.

ontionem Appius escendit: secuntur Horatius Valeriusque: os contio audit, decemviro obstrepitur; iam pro imperio 'alerius discedere a privato lictores iubebat; cum fractis nimis Appius vitae metuens in domum se propinquam foro isciis adversariis capite obvoluto recipit. Sp. Oppius ut 5 uxilio collegae esset, in forum ex altera parte inrumpit. idet imperium vi victum. agitatus deinde consiliis — atque ex omni parte adsentiendo multis auctoribus trepidaerat — senatum postremo vocari iussit. ea res, quod manae parti patrum displicere acta decemvirorum videbantur, 10 pe per senatum finiendae potestatis eius multitudinem sedait. Senatus nec plebem inritandam censuit et multo majis providendum ne quid Verginii adventus in exercitu mous faceret.

L. Itaque missi iuniores patrum in castra, quae tum 15 a monte Vecilio erant, nuntiant decemviris ut omni ope

1. *escendit:* M m. 2. P] ascendit. — M m. 1.: æscendit. — P m. 1.: in con*ten*tionem.
— *secuntur:* PM] sequuntur. — P: oratius. M: secunt^a^ oraticus. — P: contio. M: c̄tio.
3. *cum fractis animis:* PM. — P: appius uitae metuens | *appius figit* in domum se prop. cet. M: appius uitae metuens | appius fugit in domum se prop. — In P verba *appius figit* m. 2. expuncta sunt. — PM: recipit. — PM: ut auxilio collegae esset.
6. *inrumpit.* — M: inrūpit uidit. P: inrump& uidet. m. 2.: inrumpit. — Harl. 1: inrupit.
7. *agitatus deinde consiliis — atque ex omni parte adsentiendo multis auctoribus trepidauerat —:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. scribere voluit *trepida re* pro *trepidauerat*, Drakenborchius *postquam* pro *atque:* sed locus integerrimus est: „da eine Menge von Anschlägen sich in seiner Seele durchkreuzten — und zwar war er dadurch dass er nach jeder Seite hin den vielen Rathgebern sein Ohr lieh zu dieser Unschlüssigkeit gekommen — befahl er zuletzt den Senat zu berufen". cf. 6, 35.: conterriti patres cum trepidassent: „da sie sich nicht zu helfen wussten". al.
11. *sedauit:* P m. 2. M. — P m. 1.: sedebat.
13. *Verginii aduentus:* PM] Virg. — P m. 1.: in*a*castra.
16. *in monte Vecilio:* PM et rell. codd.

ab seditione milites contineant. ibi Verginius maiorem quam reliquerat in urbe motum excivit. nam praeterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens — qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant — con-
5 spectus est, strictum etiam telum respersusque ipse cruore tota in se castra convertit. et togae multifariam in castris visae maioris aliquanto quam erat speciem urbanae multitudinis fecerant. quaerentibus quid rei esset, flens diu vocem non misit: tandem ut iam ex trepidatione concurrentium turba constitit ac silentium fuit, ordine cuncta ut ge-
10 sta erant exposuit. supinas deinde tendens manus commilitones appellans orabat ne quod scelus Appi Claudi esset, sibi adtribuerent, neu se ut parricidam liberum aversarentur. sibi vitam filiae sua cariorem fuisse si libere ac pudice

1. *ab seditione:* P m. 2. M. — P m. 1.: ab seditione*m*. — M: *ctineant:* atque ita semper fere ab hoc inde loco in M pro *con* scriptum est.
— *ibi Verginius:* M. *ubi* uerginius: P et rell. codd. — PM: quam *re*liquerat. — M: nāptquā quod. M: quadr*i*gen | torū.
5. *strictum etiam telum respersusque ipse:* M m. 2. P. — M m. 1.: str*in*ctum (cf. pu*n*ctum).
6. *multifaria:* PM. cf. 10, 31.: nam et terram *multifariam* pluuisse (PM). 21, 8.: multifari*am* distineri (Colb. Medic.). al.
7. *maioris aliquanto quam erat speciem urbanae multitudinis:* P. — M m. 1.: maiores. m. 2.: maioris. M m. 1.: speciē. m. 3.: species. — PM: uocem non misit.
12. *Appi Claudi:* PM] Ap. Claudii.
14. *sibi uitam filiae sua cariorem fuisse:* Harl. II. Haverc. — PM Harl. I. Leid. I.: sibi uitam filiae suae cariorem fuisse. — P: filie suae. M: filie sue.
— *si libere ac pudice uiuere licitum fuisset:* PM Harl. I. Leid. I. al.] si liberae ac pudicae cet. (I. Fr. Gron.). Rhenanus, cum in antiquo suo libro videret *libere ac pudicem*, malebat scribere „si libere *ac pudicam*". — *Libere ac pudice* potius quam *liberae* videbatur, ne haec verba ad unam modo Verginiam referenda essent, eoque magis quod dativus personae omissus est. adverbium enim per se in his dicendi generibus improbandum non est. cf. ex. gr. Cic. Verr. 2, 18.

vivere licitum fuisset: cum velut servam ad stuprum rapi videret, morte amitti melius ratum quam contumelia liberos misericordia se in speciem crudelitatis lapsum. nec se superstitem filiae futurum fuisse nisi spem ulciscendae mortis eius in auxilio conmilitonum habuisset. illis quoque enim 5 filias sorores coniugesque esse: nec cum filia sua libidinem Appi Claudi extinctam esse sed quo inpunitior sit, eo effrenatiorem fore. aliena calamitate documentum datum illis cavendae similis iniuriae. quod ad se adtineat, uxorem sibi fato ereptam, filiam quia non ultra pudica victura fuerit, 10 miseram sed honestam mortem occubuisse: non esse iam Appi libidini locum in domo sua: ab alia violentia eius eodem se animo suum corpus vindicaturum quo vindicaverit filiae: — ceteri sibi ac liberis suis consulerent. haec Verginio vociferanti succlamabat multitudo nec illius dolori nec 15 suae libertati se defuturos. et inmixti turbae militum togati cum eadem illa querendo docendoque quanto visa quam audita indigniora potuerint videri, simul profligatam iam rem nuntiando Romae esse, insecutisque qui Appium

45.: neque enim permissum est, ut impune nobis liceat quod alicui eripuerimus id alteri tradere".

3. *crudelitatis:* P m. 2. M. — P m. 1.: crudelitatem.

— *nec se superstitem:* M. nec superstitem: P. — P m. 1.: cummilitonum.

5. *illis quoque enim filias sorores coniugesque esse:* PM. saepe ita particula *quoque* interiecta apud Livium *enim* in tertio loco videmus positum. cf. 30, 1.: ei quoque enim proconsuli imperium in annum prorogabatur. — Principp. edd.: illis quoque filias.

7. *Appi Claudi:* PM] Ap. Claudii. — M: eo effrenatiorē.

11. *miseram sed honestā mortē occubuisse:* M m. 1. — M m. 2.: misera sed honesta morte. P m. 1.: miseram sed honestam morte. m. 2.: mortē. Harl. 1. Leid. 1.: miseram sed honestam mortem.

12. *Appi:* P] Appii (M). — M: quod uindicauerit. — P m. 1.: cetere sibi. m. 2.: ceteri sibi.

14. *Verginio:* PM] Virg. — P: et inmixte turbae. M: et inmixte turbae.

17. *cum eadem illa querendo:* PM: nisi quod M: querendo.

19. *insecutisque:* ex coni: in.] insecutique (I. Fr. Gron.). — PM et rell. codd.: insecutosque. Saepe sic *os* et *is* a librariis parum diligentibus in

prope interemptum in exilium abisse dicerent, perpulerunt ut ad arma conclamaretur vellerentque signa et Romam proficiscerentur. decemviri simul his quae videbant iisque quae acta Romae audierant perturbati alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt. et leniter agentibus responsum non redditur: imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse respondetur. eunt agmine ad urbem et Aventinum insidunt, ut quisque occurrerat plebem ad repetendam libertatem creandosque tribunos plebis

ter se confusa esse, permulti antiquorum librorum loci docent (cf. ex. gr. 1, 21.: interponendo). Gronovius *insecutique* cum *togati* (h. e. quadringentorum civium turba) coniungi voluit ut utrumque ad *pepulerunt* referretur. sed *insecutisque* a Livio additum est ad „docendo profligatam rem Romae esse", ut id ipsum extra omnem dubitationem videretur esse. simili ratione saepissime apud Livium integrae orationi ablativos absolutos, quibus ea quae iam dicta erant, certiora etiam fierent, interpositos videmus. „Und die unter die Soldaten gemischten Bürger brachten theils dadurch dass sie eben diese Klagen wiederholten und zeigten um wie viel schrecklicher der Anblick von alle dem gewesen als die Erzählung, zugleich auch indem sie die Nachricht brachten dass die Macht der Decemvirn in Rom bereits gestürzt sei — nachdem auch solche hinzugekommen die von der Flucht des Appius berichten konnten —, es dahin, dass man einstimmig zu den Waffen rief und nach Rom zu marschiren beschloss".

3. *simul his quae uidebant iisque quae acta Romae audierant:* P m. 2. M. Harl. 1. Leid. 1. al.] simul his quae videbant simul his quae acta (I. Fr. Gron.): cet. — P m. 1.: xuiri similis his que uidebant iisq. quae acta. m. 2.: xuiri simul his que cet. — Persaepe apud Livium *simul* cum *et* vel *que* coniunctum legimus. cf. 1, 2.: „*simul* Aeneae Latino*que* bellum intulerat". Paulo ante *cum* .. *simul* scriptum erat pro *cum* .. *tum*.

5. *et leniter.* — PM Harl. 1. al.: et leuiter agentibus. (cf. 2, 50.: in editum leniter collem.) cf. 7, 31. 27, 9.: leniter agendo. 3, 41.: leniter ducta re. al.

7. *respondetur:* PM. Harl. 1. Leid. 1. Cf. 21, 8.: ad centum quinquaginta milia habuisse in armis satis creditur.

8. *insidunt:* P. insidiunt: M.

adhortantes. alia vox nulla violenta audita est. senatum Sp. Oppius habet. nihil placet aspere agi, quippe ab ipsis datum locum seditionis esse. mittuntur tres legati consulares Sp. Tarpeius C. Iulius P. Sulpicius, qui quaererent senatus verbis, cuius iussu castra deseruissent aut quid sibi vellent qui armati Aventinum obsedissent belloque averso ab hostibus patriam suam cepissent. non defuit quid responderetur, deerat qui daret responsum nullodum certo duce nec satis audentibus singulis invidiae se offerre. id modo a multitudine conclamatum est ut L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent: iis se daturos responsum.

LI. Dimissis legatis admonet milites Verginius, in re non maxima paulo ante trepidatum esse quia sine capite multitudo fuerint, responsumque — quamquam non inutiliter — fortuito tamen magis consensu quam communi consilio esse. placere decem creari qui summae rei praeessent, militarique honore tribunos militum appellare. cum ad eum ipsum primum is honos deferretur, „melioribus meis vestrisque rebus reservate“ inquit „ista de me iudicia. nec

1. *alia uox nulla uiolenta:* PM.
3. *locum seditionis:* PM et rell. codd. cf. 3, 45.
4. *P. Sulpicius:* PM et rell. codd. — Sigonius: *Seruius* Sulpicius.
6. *ab hostibus:* P. abostibus: M.
10. *conclamatum est:* P m. 2. M. — P m. 1.: conclamantum est.
11. *iis se daturos:* P] his se daturos (M).
12. *Verginius:* PM] Virg.
13. *trepidatum esse:* M. — P Harl. 1.: trepidatum est quia.
14. *multitudo fuerint:* P] multitudo fuerit (M). — Harl. 1.: fuerat. — PM: *responsumque.* Leid. 1. al.: responsum.
15. *fortuito:* PM. *fortuitu:* Harl. 1.
16. *qui summae reip. preessent:* P et rell. codd. — M: reip̄ | p̄eēnt.
17. *appellare:* PM et rell codd.] appellari (ed. Frob.). cf. 5, 43.: igitur exercitu diviso partim per finitimos populos *praedari placuit* partim *obsideri* arcem. 31, 10.: nec in exercitu suo satis praesidii .. fore nisi quinque milia socium quadraginta milibus hostium .. trucidanda *obicere velit* et tanta sua clade iam inflatos excidio coloniae romanae *augeri* (cod. Bamb.) hostium animos. 42, 24.: nec novos *statuere* fines sed veteres *obseruari* (cod. Laurish.) in animo habere. al.

mihi filia inulta honorem ullum iucundum esse patitur, nec in perturbata re publica eos utile est praeesse vobis qui proximi invidiae sint. si quis usus mei est, nihilo minor ex privato capietur". ita decem numero tribunos militares
5 creant. Neque in Sabinis quievit exercitus. ibi quoque auctore Icilio Numitorioque secessio ab decemviris facta est non minore motu animorum Sicci caedis memoria renovata quam quem nova fama de virgine adeo foede ad libidinem petita accenderat. Icilius ubi audivit tribunos militum in
10 Aventino creatos, ne comitiorum militarium praerogativa ur-

1. *filia inulta:* Leid. II. — PM et rell. codd.: nec mihi filia inuita. cf. T. Livi l. xxx. p. xxx. 4.

— *iucundum:* PM. — Leid. I. al.: *io*cundum. — PM: in perturbata rep̄.

3. *nihilo minor:* P. — M: nihil omninor. m. 2.: nihil omnino.

7. *Sicci caedis memoria renouata:* PM cod. Rhen. al.] Siccii caedis memoria revocata. cf. 22, 61.: nec tamen eae clades defectionesque sociorum moverunt ut pacis usquam mentio aput Romanos fieret neque ante consulis Romam adventum nec postquam is rediit renovavitque memoriam acceptae cladis.

8. *quam quem noua fama de uirgine adeo foede ad libidinem petita accenderat:* cod. Rhen. — M: quāq. noua fama de uirgine adeo foede ad libidinem petita acci accenderat. P: quam quę noua fama de uirgine adeo foede ad libidinem petita acciderat. Icilius cet. — P: creatos *ac*comitiorum.

10. *praerogatiua:* PM et opt. quique codd.] praerogatīvam. Cf. Cic. pro Murena 18.: et enim si tanta illis comitiis religio est, ut adhuc semper *omen* valuerit *praerogativom*, quid mirum est cet. — Aliis locis *praerogativa* scil. *sententia* scribebatur, ut 28, 9.: „adiecisse equitum praerogatívae auctoritatem consules". nec dubitandum videtur, quin 21, 3. in Colb. haut scio an prima manu recte emendatum sit „haud dubia res fuit quin praerogativam militarem, qua extemplo iuvenis Hannibal in praetorium delatus imperatorque ingenti omnium clamore atque adsensu appellatus erat, favor plebis sequeretur": cum initio in Colb. et in Med. scriptum fuerit „praerogatiua militaris". Plerumque tamen ad *praerogativa* supplendum est *centuria:* cf. 5, 18. 10. 22. al.

bana comitia hisdem tribunis plebis creandis sequerentur, peritus rerum popularium imminensque ei potestati, et ipse priusquam iretur ad urbem, pari potestate eundem numerum ab suis creandum curat. porta Collina urbem intravere sub signis mediaque urbe agmine in Aventinum pergunt. 5 ibi coniuncti alteri exercitui viginti tribunis militum negotium dederunt ut ex suo numero duos crearent qui summae rerum praeessent. M. Oppium Sex. Manilium creant. Patres solliciti de summa rerum, cum senatus cottidie esset, iurgiis saepius terunt tempus quam consiliis. Sicci cae- 10 des decemviris et Appiana libido et dedecora militiae obiciebantur. placebat Valerium Horatiumque ire in Aventinum. illi negabant se aliter ituros quam si decemviri deponerent insignia magistratus eius quo anno iam ante abissent. decemviri querentes se in ordinem cogi, non ante 15 quam perlatis legibus quarum causa creati essent deposituros imperium se aiebant.

LII. Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs contentionibus adsiduis nihil transigi, in Sacrum montem ex Aventino transit, adfirmante Duilio non 20 prius quam deseri urbem videant, curam in animos patrum descensuram: admoniturum Sacrum montem constantiae plebis, sciturosque quam sine restituta potestate redigi in con-

1. *hisdem tr. plebis* (h. e. his iisdem): PM] iisdem tribunis plebis.
2. *inminensque ei potestati:* ex coni. Rhen. — PM cod. Rhen. al.: inminensque et potestati. Harl. 1. Leid. 1.: inminensque potestati.
4. *porta Collina:* PM al. — Harl. 1. Leid. 1. al.: per portam Collinam. — PM: urbem intrauere.
8. *Sex. Manilium:* M. sex. manilium: P. — M: de summe rerum. m. 2.: summa.
9. *cottidie:* M] quotidie. — P: cotidie.
10. *Sicci:* PM] Siccii. — P: cedes.
17. *aiebant:* P. — Leid. 1.: agebant. M: alebant.
18. *per M. Duilium qui tr. pl. fuerat:* PM.
20. *Duilio.* — PM: adfirmante. c. duilio. Harl. 1. Leid. 1. al.: c. duilio. Cod. Rhen.: c. duellio.
23. *sciturosque quam sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant:* ex coni. Rhen.] scituros quam

cordiam res nequeant. via Nomentana — cui tum Ficulensi nomen fuit — profecti castra in monte Sacro locavere, modestiam patrum suorum nihil violando imitati. secuta exercitum plebs nullo qui per aetatem ire posset re-
5 tractante. prosecuntur coniuges liberique, cuinam se relinquerent in ea urbe in qua nec pudicitia nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes. Cum vasta Romae omnia insueta solitudo fecisset, in foro praeter paucos seniorum nemo esset, vocatis utique in senatum patribus desertum appa-
10 ruisset forum, plures iam quam Oratius ac Valerius voci-

sine cet. (ex eiusdem Rhen. coni.). Drak.: scituros quod sine cet. — PM cod. Rhen. Harl. I. rell.: *sciturosque sine restituta potestate* cet. — *Que* et *quā* nonnumquam a librariis in vicem permutata esse, cum alias tum 1, 56.: „quam postquam" vidimus: nec minus saepe duorum similium verborum alterum omissum constat: cf. T. Livi l. xxx. p. xxiv. ii. (30, 9. in Put. Bamb. Colb. *quisque* pro *quisque quae*). cf. Quintil. inst. or. 9, 2. 80.: „scirent, quam eius modi actionem laturi non fuissent". — Haud scio tamen an recte videam, si a Livio scriptum censeam: „sciturosque nisi restituta potestate redigi in concordiam res nequire" [22, 3.: nequire]. cf. 3, 54.: abnuere. nequi'uia *vel* neg'uianomentana h. e. nequire uia nomentana.

1. *Ficulensi*. cf. 1, 38.: Ficulea. — P: figulensi. M: cui tum figulensi. figulensi | nomen fuit.

5. *prosecuntur*: PM] prosequuntur.

10. *plures iam quam Horatius ac Valerius uociferabantur*] plures iam quam Horatius et Valer. cet. — PM Harl. I. Leid. I. al.: *pluresque iam quam Horatius* (PM: oratius) *ac Valerius uociferabantur*. — Cum in optimis quibusque codd. *pluresque* reperiatur, vix dubitandum est, quin ea quam supra scribi iussimus, oratio integra non fuerit. duae igitur rationes ad hanc difficultatem explicandam iniri possunt: nam aut ante *pluresque* aliquid excidit quo apodosis inceperit, aut Livius primo scripsit *pluresque iam quam Horatius ac Valerius vociferarentur*. id quod ex sequentibus vocibus „cum haec ex omni parte iactarentur" quodam modo veri simile fit. sed cum deinde videretur interrogationum maior copia facta esse, quam quae ita quem ad modum scribi coeptum esset, ferri

erabantur „quid expectabitis patres conscripti? si decemviri finem pertinaciae non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? quod autem istud imperium est, decemviri, quod amplexi tenetis? tectis ac parietibus iura dicturi estis? non pudet lictorum vestrorum maiorem prope numerum in foro conspici quam togatorum aliorumque? quid si hostes ad urbem veniant, facturi estis? quid si plebs mox, ubi parum secessione moveatur, armata veniat? occasune urbis vultis finire imperium? — atqui aut plebs non est habenda aut habendi sunt tribuni plebis: nos citius caruerimus patricis magistratibus quam illi plebeis: novam inexpertamque eam potestatem eripuere patribus nostris, ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium, cum praesertim nec nos temperemus imperiis quo minus illi auxilii egeant“: — cum haec ex omni parte iactarentur, victi consensu decemviri futuros se — quando ita videatur — in potestate patrum adfirmant. id modo simul orant ac monent ut ipsis ab invidia caveatur, nec suo sanguine ad supplicia patrum plebem adsuefaciant.

posset, rationem huius loci mutaverit vel ipse Livius vel librarii: quamquam interdum eiusdem fere longitudinis periodi in Livianis annalibus reperiuntur (cf. 2, 12.: init.). Sic 21, 3. in Colb. et Med. scriptum erat „haud dubia res fuit quin fauor plebis sequebatur“, quamvis „sequeretur“ scribendum esset, id quod in Colb. m. 2. restitutum est. 34, 38. ex Bamb. scribendum est „ut quisque maxime laborabat locus“, cum etiam apud Bekk. sit „laboraret“. Cf. 3, 55.: „supprime*bo*ntur“. al. — PM: quid expectabitis. p. c. — P: ꝑtinatiae. m. 2.: ꝑtinacie. — P: quod h' istud imperium est: h. e. quod hoc istud.

6. *quam togatorum aliorumque:* PM et rell. codd. (cf. prosecuntur coniuges liberique:). Dukerus voluit *que* deleri.

8. *moueatur:* PM cod. Rhen. („sobald durch die Auswanderung nichts erreicht wird“)] moveamur. — P: aut abendi sunt tr̄. p̄l. — M: tr̄. p̄l.

10. *patricis:* M m. 1.] patriciis (M m. 3. P).

11. *plebeis:* PM] plebeiis. — PM: *ne* (h. e. nedum) *nunc dulcedine semel capti.* — P m. 1.: capti fuerant desiderium. m. 2.: ferant.

17. *simul orant ac monent:* PM.

LIII. Tum Valerius Oratiusque missi ad plebem condicionibus quibus videretur revocandam conponendasque res, decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis praecavere iubentur. profecti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei. ob haec his advenientibus gratiae actae. Icilius pro multitudine verba facit. idem cum de condicionibus ageretur, quaerentibus legatis quae postulata plebis essent, conposito iam ante adventum legatorum consilio ea expostulavit ut appareret in aequitate rerum plus quam in armis reponi spei. potestatem enim tribuniciam provocationemque repetebant quae ante decemviros creatos auxilia plebis fuerant, et ne cui fraudi esset concisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem. de decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit: dedi quippe eos aequum censebant vivosque igni concrematuros minabantur. legati ad ea „quae consilii fuerunt, adeo aequa postulastis ut ultro vobis deferenda fuerint: libertati enim ea praesidia petitis non licentiae ad impugnandos alios.

1. *tum ualerius oratiusque:* PM. — P m. 1.: nisi ad plebem. m. 2.: missi ad plebem. — M: condi*t*ionibus.
2. *conponendasque res:* PM. — Harl. 1.: resque componendas.
3. *ab ira et impetu multitudinis:* PM. — Harl. 1.: ab ira multitudinis et impetu.
4. *profecti gaudio ingenti plebis:* PM. — Harl. 1.: ingenti plebis profecti gaudio. — PM: *in castra accipiuntur:* P m. 1.: accipi*e*ntur.
5. *quippe liberatores haud dubie et motus initio et exitu rei:* P. — M cod. Rhen.: quippe liberatores haud dubiae et motus initio | *ex*itu rei. cf. T. Livi l. xxx. p. xxix. 3.
6. *ob hęc his aduenientibus:* PM.] ob haec aduenientibus (Leid. 1.). — PM: de condi*t*ionibus.
9. *ea expostulauit:* ex coni. m.] ea postulavit (P). — M: exapostulauit. Harl. 1. in margine: *expostulauit* pro *ea postul.* — M: ut appararet. m. 3.: ut apparæret.
13. *concisse:* M. — P: conscisse.
16. *aequum:* P. aequm: M. — P m. 1.: sensebant. m. 2.: cens.
17. *adeo aequa postulastis:* PM. — Harl. 1. al.: adeo aequa postulatis. — PM: ut ultro uobis deferenda fuerint.
19. *ad inpugnandos alios:* PM. — P m. 1.: quippe qui cre-

rae vestrae magis ignoscendum quam indulgendum est, quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis et prius pene quam ipsi liberi sitis, dominari iam in adversarios vultis. numquamne quiescit civitas nostra a suppliciis aut patrum in plebem Romanam aut plebis in patres? scuto vobis magis quam gladio opus est. satis superque humilis est qui iure aequo in civitate vivit nec inferendo iniuriam nec patiendo. etiam si quando metuendos vos praebituri estis, cum reciperatis magistratibus legibusque vestris iudicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque, tunc ut quaeque causa erit statuetis. nunc libertatem repeti satis est".

LIV. Facerent ut vellent permittentibus cunctis, mox edituros se legati rebus perfectis adfirmant. profecti cum mandata plebis patribus exposuissent, alii decemviri, quando quidem praeter spes ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud quicquam abnuere: Appius truci ingenio et invilia praecipua odium in se aliorum suo in eos metiens odio „haud ignaro" inquit „imminet fortuna: video, donec arma adversariis tradantur, differri adversus nos certamen: dantus invidiae est sanguis: nihil ne ego quidem moror quo

dulitatis odio in credulitatem. m. 2. emendavit. — M: quam ipsi libera sitis. *dein* liberi sitis.

4. *numquamne quiescit:* PM Leid. 1.] nunquamne quiescet.

6. *satis superque humilis est:* M. humili est: P. — M: qui iure *de*quo | in ciuitate uiuit.

9. *reciperatis:* PM] recuperatis (M m. 3.).

10. *penes uos:* M m. 2. — M m. 1. P: pene*s* *s*uos. — P m. 1.: *non* libertatem repeti. m. 2.: nunc lib. cet.

13. *adfirmant:* PM. — P m. 1.: rebus perfectis adfirmant profecti cet. sed m. 2. emendavit.

15. *praeter spes ipsorum:* P] praeter spem ipsorum (M). — M: suplicii. — M m. 1.: *abnueret.* m. 3.: *abnuerēt:* (nihil tamen praeterea adscriptum est:).

17. *metiens:* P. mentiens: M.

18. *haud ignaro inquit* (M: inquid) *imminet fortuna:* PM. — Harl. 1.: haud ignoro.

— *uideo donec arma aduersariis tradantur:* PM. — Harl. 1.: donec arma aduersariis tradentur.

20. *quo minus* X*uiratum* | *abeom:* PM. et paulo post P: magistratu*s* abdicarent. cf. 2, 2.: abdicauit se consulatu

minus decemviratu abeam". factum senatus consultum ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent, Q. Furius pontifex maximus tribunos plebis crearet, et ne cui fraudi esset secessio militum plebisque. his senatus con-
5 sultis perfectis dimisso senatu decemviri prodeunt in contionem abdicantque se magistratu ingenti hominum laetitia. nuntiantur haec plebi. legatos quidquid in urbe hominum supererat prosequitur. huic multitudini laeta alia turba ex castris occurrit. congratulantur libertatem concordiamque
10 civitati restitutam. legati pro contione „quod bonum faustum felixque sit vobis reique publicae, redite in patriam ad penates coniuges liberosque vestros. sed qua hic modestia fuistis, ubi nullius ager in tot rerum usu necessario tantae multitudini est violatus, eam modestiam ferte in ur-
15 bem. in Aventinum ite unde profecti estis. ibi felici loco ubi prima initia inchoastis libertatis vestrae, tribunos plebi creabitis. praesto erit pontifex maximus qui comitia habeat". ingens adsensus alacritasque cuncta adprobantium fuit. convellunt inde signa profectique Romam certant cum obviis

(PM). 2, 28.: abdicare consulatum iubentes (PM).

1. *factum sc.:* PM. — PM: Q. Furius pontifex maximus.

4. *secessio militum plebisque.* — P: secessio militis. tr̄. plebisq. (tr̄ videtur scriptum pro tū tamquam altera lectio vocis *militis:*). M: secessio militum | tr̄. p̄lebisque. — M: his. s̄. c̄. perfectis. P: his. s. c. p̄fectis. — PM: in contionem.

6. *abdicantque se magistratu:* P m. 2. M. — P m. 1.: magistratus. — Harl. 1.: abdicant. — PM: ingenti *hominum* laetitia. cf. 30, 17.: „omnia ordine exposuit patribus ingenti hominum (Put. Bamb.) et in praesens laetitia et in futurum spe". Bekk.: omnium.

7. *quidquid:* PM] quicquid.

9. *concordiamque ciuitati restitutam:* M. — P: ciuitate.

10. *legati pro contione:* PM. — Harl. 1.: legati pro contione ouantur. — PM: reique p̄. — M: fuisti.

13. *in tot rerum usu necessario:* PM Harl. 1. Leid. 1. — P: tanto. — M: eam modestiam forte in urbem. — M: ibi felici loco *ibi* prima.

16. *inchoastis:* PM. — Leid. 1.: inchoatis.

18. *conuellunt inde signa:* (margini librorum P et Rhen. adscripta lectio:). — PM et rell. codd.: *conuertunt inde si-*

audio. armati per urbem silentio in Aventinum perveniunt. ɔi extemplo pontifice maximo comitia habente tribunos ɩlebis creaverunt, omnium primum L. Verginium, inde L. cilium et P. Numitorium avunculum Verginiae auctores se- ɜessionis, tum C. Sicinium — progenies eius quem primum 5 ribunum plebis creatum in Sacro monte proditum memo- iae est — et M. Duillium, qui tribunatum insignem ante lecemviros creatos gesserat nec in decemviralibus certami- ıibus plebi defuerat. spe deinde magis quam meritis electi M. Titinius M. Pomponius C. Apronius P. Villius C. Op- 10 ɔius. tribunatu inito Lucius Icilius extemplo plebem roga- ɾit et plebs scivit, ne cui fraudi esset secessio ab decem- ɾiris facta. confestim de consulibus creandis cum provoca- ione Marcus Duillius rogationem pertulit. ea omnia in pra-

gna. Cf. 5, 37.: confestim signis convulsis citato agmine iter ingrediuntur. 22, 3.: cum ocius signa convelli iuberet. al. — P m. 1.: cum obuis. m. 2.: cum obuiis.

2. *tr. pl. creauerunt:* PM.

3. *L. Verginium:* cf. 3, 44. — PM et rell. codd.: Aulum Verginium. — Leid. II.: Aulium.

4. *auunculum Verginiae:* Sabellicus. — M: auunculum uergini. P: „auunculum uergini auctores & secessionis“: quod scriptum uidetur pro „uergini & auctores“ (cf. T. Livi l. XXX. p. LXIX. 2.), et id ipsum pro „uerginie“, cum in hoc libro *e* et & persaepe in vicem permutata sint.

5. *progenies:* PM lib. Rhen. et rell. codd.] progeniem. — *Est* enim non modo ad *proditum* sed pro Liviana scribendi ratione etiam ad *progenies* referri potest. — PM: quem primum tr. pl. creatum.

7. *et M. Duillium:* PM] et M. Duilium.

10. *M. Titinius M. Pomponius C. Apronius:* PM.

— *P. Villius:* Sigon. — PM: appius uillius.

— *C. Oppius.* — M: coppius. P: gopius. Harl. I. Leid. I.: soppius.

11. *tribunatu inito:* PM. — Harl. I.: tribunato inito. cf. 1, 15.: „ab illo enim profecto“. al.

— *Lucius Icilius:* P. — M: lucinus icilius.

12. *ne cui fraudi esset:* P m. 2. M. — P m. 1.: neccui. — M m. 1.: de consilibus. m. 3.: de consulibus. — PM: marcus duillius.

tis Flaminiis concilio plebis acta, quem nunc circum Flaminium appellant.

LV. Per interregem deinde consules creati L. Valerius M. Horatius, qui extemplo magistratum occeperunt. quorum consulatus popularis sine ulla patrum iniuria nec sine offensione fuit: quidquid enim libertati plebis caveretur, id suis decedere opibus credebant. omnium primum, cum velut in controverso iure esset tenerenturne patres plebi scitis, legem centuriatis comitiis tulere, ut quod tributim plebis iussisset populum teneret: quà lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est. aliam deinde consularem legem de provocatione — unicum praesidium libertatis — decemvirali potestate eversam non restituunt modo sed etiam in posterum munium sanciendo novam legem, ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, eum ius fasque esset occidi neve ea caedes capitalis noxae haberetur. et cum plebem hinc provocatione hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis ut sacrosancti viderentur — cuius rei prope iam

1. *quem nunc circum:* PM. — Harl. I.: quam. Leid. I.: quā.

4. *occeperunt:* M Harl. I. — P: acceperunt. — PM: quidquid enim cet.

8. *cum uelut in controuerso iure:* M Harl. I. Leid. I.] cum veluti (P). — M: esset ne tenerent — ne patres. — PM: plebi scitis.

9. *quod tributim plebis iussisset:* M. m. 1. P cod. Rhen.] quod tributim plebes cet. — M m. 3.: „quod tribuni plebis iussissēt": cum librarius recentior nesciret etiam *plebis* nominativum esse. — PM: populum teneret.

13. *non restituunt modo:* M. — P: non resistunt modo. — M: santiendo. PM: nouam legem.

16. *qui creasset.* — PM: *quis creasset.* Num *si qui?* — Drakenborchius scribi maluit *creassit*, ut 3, 64.: „cooptassint" (?), 1, 18.: „adclarassis": sed haec scripta sunt pro „adclaraveris, cooptaverint", cum *creasset* idem sit quod *creavisset.* — „*Ius fasque esset*" non *esse*, cum ex praecedente *ne* supplendum sit *ut.*

17. *capitalis noxae:* M. — P: noxie. — P: hinc prouocatione hinc *pro* tribunicio cet. sed *pro* expunctum est.

nemoria aboleverat — relatis quibusdam ex magno intervallo caerimoniis renovarunt, et cum religione inviolatos eos tum lege etiam fecerunt sanciendo ut, qui tribunis plebis aedilibus iudicibus decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset, familia ad aedem Cereris Liberi Liberaeque venum iret. hac iuris lege interpretes negant quemquam sacrosanctum esse sed eum qui eorum cuiquam nocuerit sacrum sanciri: itaque aedilem prendi ducique a maioribus magistratibus, quod et si non iure fiat — noceri enim ei cui hac lege non liceat — tamen argumentum esse non haberi pro sacro sanctoque aedilem: tribunos vetere iure-

2. *caerimoniis:* PM] ceremoniis. — P m. 1.: et cum legione. m. 2.: et cum religione. — M: inuiolatus. m. 3.: inuiolatos. — PM: sanciendo ut qui tr. pl. aedilibus iudicibus decemuiris nocuisset eius caput cet. — P: ad aeden (m. 2.: aedem) caereris. M: cereris. — PM: *uenum iret.*

6. *hac iuris lege interpretes:* PM et rell. codd.] hac lege iuris interpretes. Cf. in prooemio: „dum prisca *tota* illa *mente* reppeto". 1, 4.: „Tiberis nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis": multaque similia.

7. *sed eum qui eorum cuiquam nocuerit sacrum sanciri:* ex coni. Rhen. — Cod. Rhen.: sed eum qui deorum cuiquam (?) nocuerit id sacrum sanciri. M: sed eum qui | deorum cui quem nocuerit id sacrum sanciri. P m. 1.: sed eum quid eorum que cui nocuerit id sacrum sanciri. Harl. I. Leid. I.: sed eum quideorum quem nocuerit: (de accusativo *quem* cf. Ruddim. lat. gramm. II. p. 145. 219.). — I. Fr. Gron.: sed eius qui eorum cui nocuerit, caput sacrum sanciri": sed *id* ante *sacrum* nihil aliud videtur docere, quam in antiquioribus libris non tam *nocuerit* quam *nocuerid* fuisse: et *d* inter *qui* et *eorum* interpositum est, ut eadem littera in *prodesse.* dubitandum tamen est, num *cuiquam* recte se habeat, an quod in Harl. I. est „*qui eorum quem nocuerit*": nam etiam in PM duae lectiones videntur coniunctae esse: (cf. etiam 9, 10.: noxam nocuerunt).

8. *itaque aedilem prendi ducique:* M. — P: „itaque aedilem tri | bunos ducique": sed *tribunos* expunctum et *prendi* supra scriptum est.

10. *cui hac lege:* P. — M: cui hęc lege.

11. *pro sacro sanctoque:* M Leid. I. al.] pro sacro sancto

iurando plebis, cum primum eam potestatem creavit, sacrosanctos esse. fuere qui interpretarentur eadem hac Horatia lege consulibus quoque et praetoribus, quia eisdem auspiciis quibus consules crearentur, cautum esse: iudicem enim
5 consulem appellari. quae refellitur interpretatio quod iis temporibus nondum consulem iudicem sed praetorem appellari mos fuerat. haec consulares leges fuere. institutum etiam ab isdem consulibus ut senatus consulta in aedem Cereris ad aediles plebis deferrentur, quae antea arbitrio
10 consulum supprimebantur vitiabanturque. M. Duillius deinde tribunus plebis plebem rogavit plebesque scivit, qui plebem sine tribunis reliquisset quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur. haec omnia ut invitis ita non adversantibus patriciis transacta, quia non-
15 dum in quemquam unum saeviebatur.

LVI. Fundata deinde et potestate tribunicia et plebis libertate tum tribuni adgredi singulos tutum maturumque iam rati accusatorem primum Verginium et Appium reum deligunt. cum diem Appio Verginius dixisset et Appius sti-

(P). Cf. 3, 19.: neque sacri neque sancti. — PM: tribunos ueteres. — M: interpretarent². — P: hac oratia lege consulibus q̄q̄ & p̄toribus quia eisdem. M: quia *his*dem.

5. *iis temporibus:* PM] his temporibus.

7. *mos fuerat:* P m. 1] mos fuerit (P m. 2. M m. 3.). — M m. 1.: mo fuerit. Cf. 2, 32.: sermo fuerat.

— *haec consulares leges:* PM] hae cet. — P: hec. Cf. 1, 43.: totidem centuriae et haec. 2, 44.: haec spes. al. — PM: ab *his*dem consulibus ut s. c.

9. *Cereris:* M. — P: caereris ad aedeles (m. 2.: aediles) plebis defferentur (m. 2.: defferrentur). — P: que ante arbitrio. — P m. 1.: supprime*rentur*. m. 2.: supprime*bantur*.

10. *M. Duillius:* PM] M. Duilius. — P: dei*l* (m. 2.: dein) de tr. pl. — M: deinde tr̄. p̄l.

12. *reliquisset:* PM cod. Rhen. — P: quiq. magistratu*s*. — M: creassent. P: creassent ergo ac capite. — M: puniret². — P: seuiebatur.

18. *accusatorem:* M. — P: accussatorem. — PM: *Verginium* et paulo post *Verginius*. — PM: *de*ligunt. Leid. L.: diligunt.

patus patriciis iuvenibus in forum descendisset, redintegrata extemplo est omnibus memoria foedissimae potestatis cum ipsum satellitesque eius vidissent. tum Verginius „oratio“ inquit „rebus dubiis inventa est: itaque neque ego accusando apud vos eum tempus teram, a cuius crudelitate vosmet ipsi armis vindicastis, nec istum ad cetera scelera inpudentiam in defendendo se adicere patiar. omnium igitur tibi, Appi Claudi, quae impie nefarieque per biennium alia super alia es ausus, gratiam facio: unius tantum criminis nisi iudicem dices te ab libertate in servitutem contra leges vindicias non dedisse, in vincla te duci iubebo“. nec in tribunicio auxilio Appius nec in iudicio populi ullam spem habebat: at tamen et tribunos appellavit et nullo morante arreptus a viatore „provoco“ inquit. audita vox una vindex libertatis ex eo missa ore quo vindiciae nuper ab libertate dictae erant, silentium fecit. et dum pro se quisque deos tandem esse et non neglegere humana fremunt, et superbiae crudelitatique et si seras non leves tamen venire poenas: provocare qui provocationem sustulisset, et inplorare praesidium populi qui omnia iura populi obtrisset, ra-

1. *descendisset:* P. — M: discendisset.
— *redintegrata:* P m. 2. M. — P m. 1.: sedintegratae.
3. *tum Verginius:* PM] tum Virginius. — P: accussando. — PM: adicere patiar.
8. *Appi Claudi:* PM. — M: quae impie nefarieq. P m. 1.: que impie nefarieq. m. 2.: que impune nefarieq.
10. *nisi iudicem dices:* PM Harl. 1. Leid. 1.] ni iudicem dices. — P: te *ad* libertate. m. 2.: ab. — In Harl. 1. *te* omissum est. — P: contra legis uindicias. M: uinditias.
11. *in uincla te duci iubebo:* M] in vincula te duci iubeo. — P: in uincla deduci iubebo. — Harl. 1.: iubebo.
11. *nec in tribunicio auxilio:* PM. — Harl. 1.: nec tribunicio aux. — M: spem habeat. — M: arreptus a uitiatore.
15. *quo uindiciae nuper:* M. — P: ex eo missa ore euindici aenuper. m. 2.: ex eo missa ore quo uindiciae nuper. — PM: ab libertate dictae erant.
17. *neglegere:* PM] negligere. — PM: uenire poenas.
19. *et inplorare:* M m. 2. — M m. 1. P: et inplorare presidium.

pique in vincla egentem iure libertatis, qui liberum corpus in servitutem addixisset: ipsius Appi inter contionis murmur fidem populi Romani implorantis vox exaudiebatur. maiorum merita in rem publicam domi militiaeque comme-
5 morabat, suum infelix erga plebem Romanam studium quo aequandarum legum causa cum maxima offensione patrum consulatu abisset, suas leges quibus manentibus lator earum in vincla ducatur. ceterum sua propria bona malaque, cum causae dicendae data facultas sit, tum se experturum: in
10 praesentia se communi iure civitatis civem Romanum dicta postulare ut dicere liceat ut iudicium populi Romani experiri. non ita se invidiam pertimuisse ut nihil in aequitate et misericordia civium suorum spei habeat. quod si indicta causa in vincla ducatur, iterum se tribunos plebei
15 appellare et monere ne imitentur quos oderint. quod si tribuni eodem foedere obligatos se fateantur tollendae appellationis causa in quam conspirasse decemviros criminati sint, at se provocare ad populum, inplorare leges de pro-

1. *in uincla:* PM Leid. 1.] in vincula.
2. *ipsius Appi:* PM] ipsius Appii. — M: inter ētiones murmur. — M: fidem pir̄. inplorantis. P: fidem. p̄r. inplor.
3. *exaudiebatur:* Harl. 1.] audiebatur. — M: in remp̄. P m. 1.: inrep̄. m. 2.: in rēp̄. — M: ēmemorabat.
5. *quo aequandarum legum:* Leid. 1. — M: coequandarū legum. P Harl. 1.: coequandarum legum. Haverc.: *quo coequandarum legum:* quod vix dubitem pro vero habere. P: consolatu.
8. *in uincla ducatur:* PM Leid. 1.] in vincula ducatur.
10. *communi iure:* P. — M: cōmunii iure.
11. *ut iudicium p̄r̄.:* P. — M Leid. 1.: ut iudicium r̄. p̄.
13. *quod si indicta causa in uincla ducatur:* M m. 2. P. — M m. 1. indictam causam.
14. *tribunos plebei appellare:* PM Harl. 1. Leid. 1. — M: inquam | inquā conspirasse. — PM cod. Rhen.: criminati *sint.*
18. *at se provocare:* Iac. Gron. Cf. 9, 1.: „quod si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi, *at* ego ad deos vindices intolerandae superbiae confugiam". — PM et rell. codd.: *ait se prouocare.* — *inplorare leges:* P m. 2. M. — P m. 1.: inplorare legis.

vocatione et consulares et tribunicias eo ipso anno latas. quem enim provocaturum si hoc indemnato indicta causa non liceat? cui plebeio et humili praesidium in legibus fore si Ap. Claudio non sit? se documento futurum utrum novis legibus dominatio an libertas firmata sit, et appellatio provocatioque adversus iniuriam magistratuum ostentata tantum inanibus litteris an vere data sit.

LVII. Contra ea Verginius unum Ap. Claudium et legum expertem et civilis et humani foederis esse aiebat. respicerent tribunal homines castellum omnium scelerum, ubi decemvir ille perpetuus bonis tergo sanguini civium infestus virgas securesque omnibus minitans deorum hominumque contemptor carnificibus non lictoribus stipatus iam ab rapinis et caedibus animo ad libidinem verso virginem ingenuam in oculis populi Romani velut bello captam ab conplexu patris abreptam ministro cubiculi sui clienti dono lederit, ubi crudeli decreto nefandisque vindiciis dextram patris in filiam armaverit, ubi tollentis corpus semianime virginis sponsum avunculumque in carcerem duci iusserit stupro interpellato magis quam caede motus. et illi carcerem aedificatum esse, quod domicilium plebis Romanae vocare sit solitus. proinde ut ille iterum ac saepius provocet, sic se iterum ac saepius iudicem illi ferre ni vindicias

1. *eo ipso anno:* P m. 2. M. — P m. 1.: eo anno ipso.
3. *humili:* M. — P: humuli. — M m. 1.: utrū nuis legib. m. 3.: utrū nouis legib. — P: prouocatioque ei aduersus.
8. *contra ea Verginius:* PM] contra ea Virginius. — M: et legū | expertan et ciuilis et humani foederis esse agebat.
11. *sanguini:* P m. 2. M. — P m. 1.: sanguni.
15. *in oculis p r̄.:* PM.
16. *abreptam:* M. — P: ab conplexu patris obreptam. — PM: dono dederit. — PM: uindiciis dextram.
18. *ubi tollentis corpus semianime:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] ubi tollentes cet.
19. *sponsum auunculumque:* Sabellicus. Cf. 3, 45. 54. — P m. 2. M: sponsum auumq. P m. 1.: sponsam auumque.
22. *proinde ut ille.* — M: *siro*| inde ut ille. P: deinde ut ille. — P: ac sepius.
23. *iudicem illi ferre ni uindicias ab libertate in seruitutem dederit:* cod. Kloekia-

ab libertate in servitutem dederit. si ad iudicem non eat, pro damnato in vincla duci iubere. ut haud quoquam improbante sic magno motu animorum, cum tanti viri supplicio suamet plebi iam nimia libertas videretur, in carcerem
5 est coniectus. tribunus ei diem prodixit. Inter haec ab Latinis et Hernicis legati gratulatum de concordia patrum ac plebis Romam venerunt, donumque ob eam Iovi optumo maximo coronam auream in Capitolium tulere parvi ponderis, prout res haud opulentae erant colebanturque religio-
10 nes pie magis quam magnifice. isdem auctoribus cognitum est Aequos Vulscosque summa vi bellum apparare. itaque partiri provincias consules iussi. Horatio Sabini Valerio Aequi evenere. cum ad ea bella dilectum edixissent, favore

nus. — M: iudicem illi ferre | *ne* uindicias cet. P: iudicem illi ferre*nt* indicias ab libertate cet. — Sigonius librum suum manu script. secutus recipi voluit, id quod etiam in Harl. II. Drakenborchius repperit: „iudicem illi ferre, uindicias*ne* ab libertate in seruitutem dederit". atque idem Harl. primi librario ante oculos videtur fuisse, cum ille scriberet „ne uindicias ne", ut 3, 55. in Med. „ne tenerentur ne" pro „tenerenturne" vidimus. nihilo minus tamen *ni*, quod h. l. pro *si non* accipi debet, unice verum videtur. — *Dederint* scriptum est in PM pro *dederit*, ut 3, 55. in eisdem *creassent* pro *creasset*.

1. *si ad iudicem non eat:* PM.
2. *in uincla duci:* PM] in vincula duci.
4. *suamet plebi iam nimia libertas:* PM Leid. I. — Harl. I. al.: sua et plebi cet.
5. *diem prodixit:* PM. — Harl. I. Leid. I. al.: diem praedixit.
7. *donumque:* P m. 2. M. — P m. 1.: domumque.
— *optumo maximo:* PM] optimo maximo. — P: haud oppulente.
10. *isdem auctoribus:* PM] iisdem auct.
11. *Aequos Vulscosque:* P] Aequos Volscosque (M). — P m. 1.: apparere. m. 2.: apparare.
12. *Horatio Sabini Valerio Aequi* (P: equi) *euenere:* PM et opt. quique codd.] Horatio Sabini, Valerio Aequi Volscique evenere (Harl. II. cod. Sig.). — Cum Aequi Volscique vicini populi essent, alterutrum nomen sufficiebat, praesertim cum illi paulo post dicerentur coniunctis viribus contra Romanos dimicasse.
13. *dilectum:* PM Leid. I.] delectum.

ıon iuniores modo sed emeritis etiam stipendiis pars
voluntariorum ad nomina danda praesto fuere, eo-
ı copia modo sed genere etiam militum veteranis
ɜ firmior exercitus fuit. priusquam urbe egrederen-
es decemvirales — quibus tabulis duodecim est no- 5
· in aes incisas in publico proposuerunt. sunt qui
ɜibunorum aediles functos eo ministerio scribant.
'III. C. Claudius, qui perosus decemvirorum sce-
ante omnes fratris fili superbiae infestus Regillum
n in patriam se contulerat, is magno iam natu cum 10
cula eius deprecanda redisset cuius vitia fugerat, sor-
cum gentilibus clientibusque in foro prensabat sin-
rabatque, ne Claudiae genti eam inustam maculam
ut carcere et vinculis viderentur digni: virum hono-
ae imaginis futurum ad posteros legum latorem con- 15
que Romani iuris — iacere vinctum inter fures no-
ac latrones. averterent ab ira parumper ad cogni-
cogitationemque animos et potius unum tot Clau-
ɔrecantibus condonarent quam propter unius odium
m preces aspernarentur. se quoque id generi ac no- 20
ıre nec cum eo in gratiam redisse cuius adversae
ɜ velit succursum. virtute libertatem recuperatam
lementia concordiam ordinum stabiliri posse. erant

ıomina danda praesto
e: PM. — Harl. I.: ad
nanda praesto fuere. —
Iarl. I. Leid. I.: ueteranis
ɛtis. — M m. 1.: fimior
itus. m. 3.: fimior exer-
P: firmior*e* exercitus.
ıquam urbe egrederen-
P] priusquam urbem
erentur (M).
ant: PM. — Voss. II.:
ınt.
fili superbiae infestus:
1. P. — M m. 3.: filii.
ɜid. I. al.: superbiam.

12. *gentilibus clientibusque:* PM. — Harl. I.: gentilibus clientibus. — PM: eam inustam maculam uellent.
14. *uirum.* — PM et cett. codd.: *uerum.* — P: honoratissime. — M: i | magnis.
18. *tot Claudiis:* M. — P: tot claudius. — P m. 1.: propter unus odium. m. 2.: unius.
20. *generi.* — P: generi agnomini. M: generis | ac nomini.
23. *clementia:* M m. 2. — M m. 1. P: clementiam. — P: stabi*li*liri.

quos moveret sua magis pietate quam eius pro quo agebat causa. sed Verginius sui potius ut misererentur orabat filiaeque, nec gentis Claudiae regnum in plebem sortitae sed necessariorum Verginiae — trium tribunorum — pre-
5 ces audirent, qui ad auxilium plebis creati ipsi plebis fidem atque auxilium inplorarent. iustiores hae lacrumae videbantur. itaque spe incisa priusquam prodicta dies adesset, Appius mortem sibi conscivit. Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus invidiae quod in urbe fuerat
10 cum iniustae vindiciae a collega dicerentur. plus tamen facta iniuria Oppio quam non prohibita invidiae fecit. testis productus qui septem et viginti enumeratis stipendiis octiens extra ordinem donatus donaque ea gerens in conspectu populi — scissa veste tergum laceratum virgis ostendit, nihi-
15 lum deprecans quin, si quam suam noxam reus dicere posset, privatus iterum in se saeviret. Oppius quoque ductus in vincula est et ante iudicii diem finem ibi vitae fecit. bona Claudii Oppiique tribuni publicavere. collegae eorum exilii causa solum verterunt, bona publicata sunt. et M.
20 Claudius adsertor Verginiae die dicta damnatus ipso remittente Verginio ultimam poenam dimissus Tibur exulatum abiit: manesque Verginiae — mortuae quam vivae felicio-

1. *pro quo agebat:* P m. 1. M. — P m. 2: pro quo aiebat.
2. *sed Verginius:* PM] sed Virg.
4. *trium tribunorum:* PM cod. Rhen. Harl. 1. al.] et trium tribunorum. — P: uerginie trium tribunorum. M: uerginia trium | tribunorum.
6. *hae lacrumae:* M] hae lacrimae (P). — PM: prodicta dies.
7. *Appius mortem* (P: mortē) *sibi consciuit:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] Appius sibi mortem conscivit.
9. *Sp. Oppius proximus inuidiae:* PM. — M: uinditiae. — PM: inuidiae fecit.
12. *octiens:* PM] octies. — M: scisca ueste. — PM: priuatus iterum in se saeuiret.
17. *finem ibi uitae fecit:* M m. 2. P. — M m. 1.: *ubi.*
20. *adsertor Verginiae:* PM] adsertor Virg. — PM: ipso remittente Verginio.
21. *exulatum abiit:* M m. 2. P. — M m. 1.: *h*abiit.
22. *manesque Verginiae:* PM] manesque Virginiae. — M: mortuae quam uiuae felicio-

ris — per tot domos ad petendas poenas vagati nullo relicto sonte tandem quieverunt.

LIX. Ingens metus incesserat patres vultusque iam inde tribunorum erant qui decemvirorum fuerant, cum M. Duillius tribunus plebis inhibito salubriter modo nimiae potestatis „et libertatis“ inquit „nostrae et poenarum ex inimicis satis est: itaque hoc anno nec diem dici cuiquam nec in vincla duci quemquam sum passurus: nam neque vetera peccata repeti iamiam obliterata placet cum nova expiata sint decemvirorum suppliciis, et nihil admissum iri quod vim tribuniciam desideret, spondet perpetua consulum amborum in libertate vestra tuenda cura“. ea primum moderatio tribuni metum patribus dempsit eademque auxit consulum invidiam, quod adeo toti plebis fuissent ut patrum salutis libertatisque prior plebeio magistratui quam patricio cura fuisset, et ante inimicos satietas poenarum suarum ce-

res. P: mortueque uiue feliciores.

3. *uultusque iam inde tribunorum erant:* PM cod. Rhen. Harl. I. al,] vultusque iam iidem tribunorum erant. — M: „erant. x. | uirorum fuerant“. m. 3. post *erant* adscripsit †.

4. *M. Duillius:* M] M. Duilius (P). — PM: tr. pl.

5. *modo nimiae potestatis:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. malebat scribere *potestati.*

6. *poenarum ex inimicis satis est:* P. — M: poenarum | et inimicis.

7. *nec in uincla duci:* PM Leid. I.] nec in vincula duci.

8. *nam neque uetera peccata:* P. — M: nam neq. uŕa paccata. Harl. I.: nam neque uestra peccata.

9. *iamiam obliterata:* P m. 1.] iam oblitterata. — P m. 2. M: iam obliterata.

9. *placet cum noua expiata sint* (cod. Gaertn.). — M cod. Rhen.: plac*et et* cū noua cet. — P Harl. I. Leid. I. al.: placet cum *et* noua cet. — M: supliciis.

10. *et nihil admissum iri:* PM. — Harl. I.: *ire.*

11. *perpetua:* P. — In M scriptum primo quidem erat *perpetuu*, sed eadem dein manus restituit *perpetua.*

13. *metum patribus dempsit:* P m. 2. M. — P m. 1.: demisit.

14. *quod adeo toti plebis fuissent, ut patrum* cet.: PM. — In Harl. I. excidit *ut.* — P m. 1.: et ante inimic*is.* m. 2.: inimicos.

pisset quam obviam ituros licentiae eorum consules appareret. multique erant qui mollius consultum dicerent, quod legum ab iis latarum patres auctores fuissent: neque erat dubium quin turbato rei publicae statu tempori succubuissent.

5 LX. Consules rebus urbanis conpositis fundatoque plebis statu in provincias diversi abire. Valerius adversus coniunctos iam in Algido exercitus Aequorum Volscorumque sustinuit consilio bellum. quod si extemplo rem fortunae commisisset, haud scio an —. qui tum animi decemvirorum 10 infelicibus auspiciis Romanis hostibusque erant — magno detrimento certamen staturum fuerit. castris mille passuum ab hoste positis copias continebat. hostes medium inter bina castra spatium acie instructa conplebant provocantibus

2. *qui mollius consultum dicerent:* M. — P: qui mullius cons. cet. — P: legum ab *his* latarum.

3. *neque erat dubium:* PM et rell. codd. „Auch meinten Viele, der Senat habe sich zu nachgiebig gezeigt, die von jenen gegebenen Gesetze zu bestätigen: und es schien keinem Zweifel unterworfen, dass derselbe in der allgemeinen Verwirrung nur der Nothwendigkeit nachgegeben". Nonnulli putaverunt, hac posteriore sententia Livium suum ipsius iudicium proponere voluisse, cum doceret patres uni necessitati succubuisse. verum recte Dukerus vidit, tum non ita scribi potuisse, sed „neque *tamen* erat dubium". haec vero verba ex eorundem patrum, de quibus modo relatum est, iudicio scripta sunt, quo multo gravior fieret sententia necesse erat, cum in ea inesset etiam id, si quando tali necessitate non premerentur, non defore qui iugum patribus inpositum conarentur deiicere.

4. *quin turbato rei p̄.:* P. qui *in* turbato reip̄.: M. — P: tempor*e*. m. 2.: tempori succubuissent.

6. *diuersi abire:* M. m. 1. Harl. 1.] diversi abiere (M fortasse eadem m. 1. P). — P m. 1.: aduersos. — Cod. Rhen.: M. Valerius.

9. *decemuirorum infelicibus auspiciis:* M Harl. 1.] ab decemvirorum infel. cet. (P). — M: qui tum animi. x. | uirorum.

11. *mille passuum ab hoste:* PM: nisi quod M: ab oste. — PM: copias continebant.

13. *prouocantibusque ad praelium:* PM. — Leid. 1. al.: prouocantique. — PM: *romanus nemo.* lib. Sigonii: Romanorum nemo. cf. 5, 21.:

que ad praelium responsum Romanus nemo reddebat. tandem fatigati stando ac nequiquam expectando certamen Aequi Volscique postquam concessum prope modum de victoria credebant, pars in Hernicos pars in Latinos praedatum abeunt: relinquitur magis castris praesidium quam satis virium ad certamen. quod ubi consul sensit, reddidit inlatum antea terrorem instructaque acie ultro hostem lacessit. ubi illi conscientia quid abesset virium detractavere pugnam, crevit extemplo Romanis animus et pro victis habebant paventes intra vallum. cum per totum diem stetissent intenti ad certamen, nocti cessere. et Romani quidem pleni spei corpora curabant. haudquaquam pari hostes animo nuntios passim trepidi ad revocandos praedatores dimittunt. recurritur ex proximis locis, ulteriores non inventi. ubi inluxit, egreditur castris Romanus vallum invasurus ni copia pugnae fieret. et postquam multa iam dies erat neque movebatur quicquam ab hoste, iubet signa inferri consul. motaque acie indignatio Aequos et Vulscos incessit, si victores exercitus vallum potius quam virtus et arma tegerent. igitur et ipsi efflagitatum ab ducibus signum pugnae accipere. iamque pars egressa portis erat deincepsque alii

„cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus monuisset". al.

1. *tandem fatigati stando:* P. — M: tandem fatigatis tandem ac neq. cet.

2. *ac nequiquam expectando:* PM.

5. *abeunt:* M m. 2. P. — M m. 1.: *h*abeunt. — P m. 1: abeunt *l* relinquitur. m. 2. *l* expunctum est.

6. *quod ubi consul sensit:* PM. — Cod. Rhen.: quod ubi sensit consul.

— *reddidit:* P] reddit (M Harl. 1.). — PM: lacessit.

11. *nocti cessere:* PM Harl. 1.

12. *haudquaquam:* P m. 2. M. — P m. 1.: haudqua*m*quam (ut semper fere in Put. scriptum est:).

13. *ad revocandos praedatores:* P m. 2. M. — P m. 1.: ad renocandos predicatores. — P m. 1.: ubi inluxit egreditur. m. 2.: egreditur.

18. *Vulscos:* PM] Volscos. — M: si uictores exercitu*m*. — PM: *tegerent.* Harl. 1.: contegerent.

21. *accipere:* P m. 1.] accepere (P m. 2. M). — M: iamque pars ....p|egressa fortis erat.

servabant ordinem in suum quisque locum descendentes, cum consul Romanus, priusquam totis viribus fulta contra staret hostium acies, intulit signa: adortusque nec omnes dum eductos nec qui erant satis explicatis ordinibus, prope fluctuantem turbam trepidantium huc atque illuc circumspectantiumque se ac suos addito turbatis mentibus clamore atque inpetu invadit. rettulere primo pedem hostes: deinde cum animos collegissent et undique duces victisne cessuri essent increparent, restituitur pugna.

LXI. Consul ex altera parte Romanos meminisse iubebat illo die primum liberos pro libera urbe Romana pugnare. sibimet ipsis victuros, non ut decemvirorum victores praemium essent. non Appio duce rem geri sed consule Valerio ab liberatoribus populi Romani orto, liberatore ipso. ostenderent prioribus proeliis per duces non per milites stetisse ne vincerent. turpe esse contra cives plus animi habuisse quam contra hostes et domi quam foris servitutem magis timuisse. unam Verginiam fuisse cuius pudicitiae in pace periculum esset, unum Appium civem periculosae libidinis. at si fortuna belli inclinet, omnium liberis ab tot milibus hostium periculum fore. nolle ominari quae nec Iuppiter nec Mars pater passuri sint his auspiciis

— Littera *p* et quae media fuerant erasa sunt. *r* quoque in *pars* m. 3. est et in ras. — P: alii*s* seruabant. M: alii seruiebant ordinē.

2. *totis uiribus fulta contra staret:* M] totis viribus fulta constaret. — P: *fuilta*, tum *fullta*, dein *fulta constaret.* — M: ad*h*ortusq. — P: *nec omīs* | *dūceductus:* dein *nec dum omīs* | *eductos.*

7. *rettulere:* M. *retulere:* P.

12. *sibimet ipsis uicturos:* PM.

13. *sed consule Valerio:* M m. 2. P. — M m. 1.: sed consulem ualerio. Cod. Rhen.: sed consule M. Valerio.

14. *ab liberatoribus p. r.:* PM] a liberatoribus populi Romani.

15. *prioribus proeliis:* PM. — Harl. II. Haverc.: prioribus bellis. Cf. 3, 61.: carpereat summam unius belli.

18. *Verginiam:* M] Virginiam (P).

20. *at si fortuna:* P m. 2. M. — P m. 1.: atri fortuna. — PM: ab tot milibus.

22. *his auspiciis conditae urbi:* M] iis auspiciis cet. — P: iis auspiciis condite ubbi (m. 2.: urbi). — Harl. I. Leid. I.: conditae urb*is*.

:onditae urbi accidere. Aventini Sacrique montis admone-
›at, ut ubi libertas parta esset paucis ante mensibus, eo
nperium inlibatum referrent, ostenderentque eandem indo-
em militibus Romanis post exactos decemviros esse quae
nte creatos fuerit, nec aequatis legibus inminutam virtutem 5
›opuli Romani esse. haec ubi inter signa peditum dicta de-
lit, advolat deinde ad equites. „agite iuvenes", inquit, „prae-
tate virtute peditem ut honore atque ordine praestatis.
›rimo concursu pedes movit hostem, pulsum vos inmissis
quis exigite e campo. non sustinebunt impetum, et nunc 10
nnctantur magis quam resistunt". concitant equos permit-
untque in hostem pedestri iam turbatum pugna et perru-
›tis ordinibus elati ad novissimam aciem: pars libero spa-
›o circumvecti iam fugam undique capessentes plerosque
castris avertunt praeterequitantesque absterrent. peditum 15
ties et consul ipse visque omnis belli fertur in castra cä-
›tisque cum ingenti caede, maiore praeda potitur. Huius
›ugnae fama perlata non in urbem modo sed in Sabinos
d alterum exercitum in urbe laetitia modo celebrata est,
ı castris animos militum ad aemulandum decus accendit. 20
ım Horatius eos excursionibus sufficiendo proeliisque levi-

1. *admouebat:* P. admouebat: M. — PM: eo inperium inlibatum referrent.
4. *quae ante creatos fuerit:* PM. — Harl. 1.: quae ante *eos* creatos fuerit. — PM: inminutam uirtutem pr. esse.
7. *aduolat:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: auolat. Cf. 2, 20.: tum ad equites dictator advolat cet.
8. *ut honore atque ordine praestatis:* M. — P: ut honore atq. prestatis.
9. *pedes mouit hostem:* P. — M: pedes mou*e*bit hostem.
— *pulsum uos inmisis equis exigite e campo:* P. — M: pulsum uos inmisisse quis (m. 2.: inmisis equis) exigite *de* campo.
15. *a castris auertunt:* M. — P: a castris euertunt.
— *praeterequitantesque absterrent:* P cod. Rhen. — M: praeequitantesque absterrent.
16. *captisque cum ingenti caede maiore praeda potitur:* P m. 2. M. — P m. 1.: captisque cum ingenti cede maiora prede potitur.
21. *excursionibus sufficiendo proeliisque leuibus* (M Harl. 1.: lenibus. P: preliisque le-

bus experiundo adsuefecerat sibi potius fidere quam meminisse ignominiae decemvirorum ductu acceptae, parvaque certamina in summam totius profecerant spei. nec cessabant Sabini feroces ab re priore anno bene gesta lacessere
5 atque instare rogitantes, quid latrocinii modo procursantes pauci recurrentesque tererent tempus et in multa proelia parvaque carperent summam unius belli? quin illi congrederentur acie inclinandamque semel fortunae rem darent?

LXII. Ad id quod sua sponte satis conlectum animo-
10 rum erat, indignitate etiam Romani accendebantur. iam alterum exercitum victorem in urbem rediturum, sibi ultro per contumelias hostem insultare: quando autem se, si tum non sint, pares hostibus fore? ubi haec fremere militem in castris consul sensit, contione advocata „quem ad modum“
15 inquit „in Algido res gesta sit, arbitror vos milites audisse: qualem liberi populi exercitum decuit esse, talis fuit: consulto collegae virtute militum victoria parta est. quod ad

nius) *experiundo adsuefecerat:* PM. („Schon hatte sie Horatius dadurch, dass sie es auf Streifzügen mit dem Feinde aufzunehmen wagten und dass er sie in kleinen Gefechten sich ihrer Kraft bewusst werden liess, dahin gebracht wieder Vertrauen zu sich selbst zu fassen und nicht mehr des unter den Decemvirn erlittenen Schimpfes eingedenk zu sein“.)

3. *in summam totius profecerant spei:* PM. — Leid. 1.: in summa.

— *nec cessabant:* PM. — Harl. 1.: ne cessabant.

4. *lacessere atque instare rogitantes:* PM. — Harl. 1.: lacessere atque rogitantes instare. — PM: *quid latrocinii modo.* — Leid. 1.: quid latrocinio modo procursantesque tererent tempus. — P m. 1.: terrerent.

7. *quin illi congrederentur acie:* M m. 2. — M m. 1.: qui in illi. (cf. 3, 59. M: qui in = quin). — P: quin illi concredentur acie.

14. *contione aduocata:* PM.

16. *consulto collegae:* Harl. 1. Leid. 1. — P: „consul consilto college“: sed eadem m. 1. supra scriptum est *consilio:* et m. 2. expunctum *consul.* M: consilio consulto college. cf. 2, 7.: *fieri.*

17. *uictoria parta est:* PM. Primo tamen in M erat *porta est.*

ne attinet, id consilii animique habiturus sum quod vos
nilites geritis. et trahi bellum salubriter et mature perfici
potest. si trahendum est, ego, ut in dies spes virtusque ve-
stra crescat, eadem qua institui disciplina efficiam. si iam
satis animi est decernique placet, agite dum clamorem qua- 5
lem in acie sublaturi estis, tollite hic indicem voluntatis
virtutisque vestrae". postquam ingenti alacritate clamor est
sublatus, quod bene vertat gesturum se illis morem poste-
roque die in aciem deducturum adfirmat. reliquum die ap-
parandis armis consumptum est. postero die simul instrui 10
Romanam aciem Sabini videre, et ipsi iam pridem avidi
certaminis procedunt. proelium fuit quale inter fidentes si-
bimet ambo exercitus, veteris perpetuaeque alterum gloriae,
alterum nuper nova victoria elatum. consilio etiam Sabini

1. *quod uos milites geritis:* cod. Rhen.] quod vos mihi effeceritis (P). — M: quos uos milites geritis. Harl. 1.: quod uos te geritis. Leid. 1.: quod uos mihi tete geritis. — Cf. 10, 25.: profectus apto exercitu et eo plus fiduciae ac spei gerente. 6, 18.: cur enim aduersus externos tantum animorum geritis. 7, 31.: si ille praepotens opibus populus .. adeo infractos gereret animos. 32, 11.: cum magis vellet credere quam auderet (consul) mixtumque gaudio et metu animum gereret. Sall. Iug. 107.: suos hortatur uti fortem animum gererent. al.
4. *si iam satis animi est:* PM. — Harl. 1.: si iam satis est animi.
5. *agite dum clamorem qualem in acie sublaturi estis tollite hic:* PM cod. Rhen. Harl. 1. al. — Leid. 1.: agite eum clamorem qualem in aciem cet.
7. *ingenti alacritate:* P m. 2. M. — P m. 1.: ingentia | claritate.
9. *deducturum:* PM et rell. codd. — Castra igitur in loco paulo editiore posita erant. I. Fr. Gron. malebat scribi *educturum*.
— *die:* P. *diei:* M. cf. T. Livi prooemium: tuaeque *re*publicae. al. — PM: reliqum.
10. *consumptum est:* M. consumptum: P.
12. *inter fidentes sibimet ambo exercitus:* PM Harl. 1. Leid. 1.
13. *ueteris perpetuaeque alterum gloriae:* PM: („das Eine von altem und lange bewährtem Ruhme"). Sigonius ex libro suo manuscr. malebat *gloriae auiduin* scribere. Non magis recte Drak. supplebat *causa*.
14. *Sabini uires adiuuere:* P

vires adiuvere. nam cum aequassent aciem, duo extra ordinem milia quae in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine inpressionem facerent tenuere. quae ubi inlatis ex transverso signis degravabant prope circumventum cornum, equites duarum legionum sexcenti fere ex equis desiliunt cedentibusque iam suis provolant in primum, simulque et hosti se opponunt et aequato primum periculo pudore deinde animos peditum accendunt. verecundiae erat equitem suo alienoque Marte pugnare, peditem ne ad pedes quidem degresso equiti parem esse.

LXIII. Vadunt igitur in proelium ab sua parte omissum et locum ex quo cesserant repetunt: momentoque non restituta modo pugna sed inclinatur etiam Sabinis cornu. eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit: transvolat inde in partem alteram suis victoriae nuntius: simul et in hostes iam pavidos quippe fuso suae partis validiore cornu impetum facit. non aliorum eo proelio virtus

m. 2. M. — P m. 1.: sabini uideres adiuuere.

2. *milia:* P m. 2. M. — P m. 1.: militiaque.

4. *circumuentum cornum:* P] circumventum cornu (M). — Harl. 1. Leid. 1.: circumuentum cornū. — P: aequites.

5. *sexcenti fere.* — PM Leid. 1.: legionum *ac* fere ex equis desiliunt. Harl. 1.: *ac* fere. — *ac* pro *dc* scriptum esse nemo non videt: et sic haud raro in antiquissimis libris litteras *a* et *d* in vicem permutatas repperi: ex. gr. 41, 11. in Laurishamensi „u. capitum | dc. xxxu. sub corona uenierunt" ita scriptum est ut *dc* etiam pro *ac* haberi possit.

6. *cedentibusque iam suis provolant in primum:* PM. — Harl. 1.: suis iam. — P m. 1.: in primul. m. 2.: in primū.

6. *simulque et hosti se opponunt:* PM. — Leid. 1. al.: simul quoque et hosti cet. — P m. 1.: podore deinde. — P: animos peditum accedunt.

9. *alienoque marte:* P. — M: *marce:* sed *c* m. 3. et in ras. est.

11. *omissum:* P m. 2. M. — P m. 1.: omisum.

13. *cornu:* P m. 2. M. — P m. 1.: corno. — Num *cornō?*

14. *eques:* M. — P: aeques. — P: tectus sedequos. M m. 1.: tectus sed ad aequos. m. 2.: tectus se ad. — P: in parte alteram suis uictoriae nuntiis. — M Leid. 1. al.: quippe fusos suae partis cet.

gis enituit. consul providere omnia, laudare fortis, increpare sicubi segnior pugna esset. castigati fortium statim rorum opera edebant, tantumque hos pudor quantum alios
5 rudes excitabant. redintegrato clamore undique omnes conisi hostem avertunt nec deinde Romana vis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti ad praedam relinquunt. ibi non sociorum — sicut in Algido — res sed suas Romanus populationibus agrorum amissas recipit. Gemina victoria duobus bifariam proeliis parta maligne senatus in unum diem supplicationes consulum nomine decre-
10 vit: populus iniussu et altero die frequens iit supplicatumque est: et haec vaga popularisque supplicatio studiis prope celebratior fuit. consules ex composito eodem biduo ad urbem accessere senatumque in Martium campum evocavere. ubi cum de rebus ab se gestis agerent, questi primores pa-
15 trum senatum inter milites dedita opera terroris causa haberi. itaque inde consules ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc aedes Apollinis est — iam tum

1. *laudare fortis:* P] laudare fortes (M).
2. *castigati:* P. — M: castigat | fortiū.
3. *opera edebant:* PM Harl. I. Leid. I. al.] operam edebant (Voss. II.).
4. *conisi:* P Leid. I.] connisi. — Cod. Rhen.: *consii.* M: cōsii | hostē. cf. T. Livi l. XXX. p. LXVII, VIII. — P m. 1.: deinde *in* romanam uis. — PM: *sustineri potuit.* — P: ad praedam relinqunt.
10. *supplicationes:* P m. 2. M. — P m. 1.: supplicationis.
11. *populus iniussu et altero die frequens iit supplicatumque est* („unaufgefordert fand sich auch am anderen Tage das Volk bei den Tempeln ein und wiederholte die Feier des vorigen Tages"): PM et rell. codd.] populus — iit supplicatum. — P: et hec uaga.
14. *accessere:* P m. 2. M. — P m. 1.: accensere.
16. *terroris causa haberi:* PM. — PM: ne criminationi locus esset.
18. *ubi nunc aedes Apollinis est:* P. — M: ubi nunc aedes appollinis est.
— *iam tum Apollinare appellabant:* Pal. I. Haverc.] iam tum Apollinarem appellabant. — *Circum* nec in M nec in ullo antiquiore libro scriptum est. M: iam tum appollinarē appellabant. P m. 1.: iam tum apollinarum (m. 2.: apollina-

Apollinare appellabant — avocavere senatum. ubi cum ingenti consensu patrum negaretur triumphus, L. Icilius tribunus plebis tulit ad populum de triumpho consulum multis dissuasum prodeuntibus, maxime C. Claudio vociferante
5 de patribus non de hostibus consules triumphare velle, gratiamque pro privato merito in tribunum non pro virtute honorem peti: numquam ante de triumpho per populum actum, semper aestimationem arbitriumque eius honoris penes senatum fuisse: ne reges quidem maiestatem summi or-
10 dinis imminuisse: ne ita omnia tribuni potestatis suae inplerent ut nullum publicum consilium sinerent esse: ita demum liberam civitatem fore ita aequatas leges, si sua quisque iura ordo suam maiestatem teneat. in eandem sententiam multa et ceteris senioribus patrum cum essent dicta,
15 omnes tribus eam rogationem acceperunt. tum primum sine auctoritate senatus populi iussu triumphatum est.

LXIV. Haec victoria tribunorum plebisque prope in haud salubrem luxuriam vertit conspiratione inter tribunos facta ut idem tribuni reficerentur, et quo sua minus cupi-

rem) appellabant. Haverc. m. 1.: iam tum. m. 2.: circum. — *Apollinarem* ab eis scriptum est qui *circum* aut supplebant aut scripserunt. cf. 10, 8.: „antistites eosdem *Apollinaris sacri* caerimoniarumque aliarum plebeios videmus". — I. Fr. Gron. malebat scribere *Apollinar.*

1. *auocauere senatum:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Ceteri: *aduocauere:* prob. I. Fr. Gron. — *ingenti consensu:* PM. — Harl. 1.: ingenti assensu. — — M: L. icilius. tr. pl.

6. *in tribunum:* M m. 3. — M m. 1. P Leid. 1. al.: in tributum.

9. *summi ordinis:* P m. 2. M. — P m. 1.: summi *h*ordinis. — PM: potestatis suae inplerent. — P m. 1.: ita aequitas leges. m. 2.: aequatas.

13. *in eandem sententiam multa et ceteris senioribus patrum cum essent dicta:* M cod. Rhen. Leid. 1.] in eandem sententiam multa et a ceteris cet. (P m. 2.). Cf. 3, 40.: nemini adferri. — P m. 1.: in eadem sententiam.

17. *in haud salubrem:* M m. 3. P. — M m. 1.: in hausalubrem. — P m. 1.: luxoriam. — PM: *uertit.* Harl. 1.: uerti.

19. *idem tribuni:* PM] iidem tribuni. — P m. 1.: cupitas. m. 2.: cupiditas.

itas emineret, consulibus quoque continuarent magistratum. onsensum patrum causabantur quo per contumeliam conulum iura plebis labefacta essent. quid futurum nondum rmatis legibus, si novos tribunos per factiones suas consues adorti essent? non enim semper Valerios Horatiosque 5 onsules fore qui libertati plebis suas opes postferrent. orte quadam utili ad tempus ut comitiis praeesset potissimum M. Duillio sorte evenit, viro prudenti et ex continuaione magistratus invidiam imminentem cernenti: qui cum x veteribus tribunis negaret se ullius rationem habiturum, 10 ugnarentque collegae ut liberas tribus in suffragium mitteet aut concederet sortem comitiorum collegis habituris e ege potius comitia quam ex voluntate patrum, iniecta conentione Duillius consules ad subsellia accitos cum interroasset quid de comitiis consularibus in animo haberent re- 15 pondissentque se novos consules creaturos, auctores popuaris sententiae haud popularis nactus in contionem cum iis rocessit. ubi cum consules producti ad populum interroatique, si eos populus Romanus memor libertatis per illos eceptae domi memor militiae rerumque gestarum consules 20

2. *causabantur:* M m. 2. P. — M m. 1.: causebantur.
3. *iura plebis labefacta essent:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — Alii: labefactata. — M m. 1.: quod futurum. M m. 2. P: quid.
4. *per factiones suas:* M m. 3. P. — M m. 1.: per factionis suas.
7. *forte quadam utili ad tempus:* PM.
8. *M. Duillio:* M] M. Duilio (P). — PM: sorte euenit. — P m. 1. M m. 1.: ex continuationem.
0. *se ullius rationem habiturum:* PM Leid. I. cet.] ullius se rat. cet. — PM: pugnarentque. — M: habituris se lege.
14. *Duillius:* PM] Duilius.
16. *auctores popularis:* PM] auctores populares. — PM: auctores popularis sententie haud populares. — PM: in contionem.
20. *memor militiae rerumque gestarum:* PM et rell. codd. Iac. Gron. scribi voluit „memor militiae rerum gestarum": sed eius generis ἓν διὰ δυοῖν apud Livium saepissime legitur. cf. ex. gr. 2, 42.: „largitiones temeritatisque invitamenta horrebant".

iterum faceret, quidnam facturi essent — nihil sententiae suae mutassent, conlaudatis consulibus quod perseverarent ad ultimum dissimiles decemvirorum esse, comitia habuit, et quinque tribunis plebi creatis cum prae studiis aperte pe-
5 tentium novem tribunorum alii candidati tribus non explerent, concilium dimisit nec deinde comitiorum causa habuit. satisfactum legi aiebat quae numero nusquam praefinito tribunis, modo ut relinquerentur sanciret et ab his qui creati essent cooptari collegas iuberet. recitabatque rogationis car-
10 men, in quo „si tribunos plebei decem rogabo, si qui vos minus hodie decem tribunos plebis feceritis, tum uti quos

1. *nihil sententiae suae mutassent:* PM et rell. codd. — P: mutasset.
4. *tribunis plebi creatis:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] tribunis plebis creatis.
5. *tribus non explerent:* PM. Cf. 37, 47.: „Fulvius consul unus creatur, cum ceteri centurias non explessent". — PM cod. Rhen.: nec deinde comitiorum causa habuit. Harl 1.: comitiorum causam.
7. *satisfactum legi agebat:* PM al. — PM: „quae numero nusquam praefinito tribunis, modo ut" cet. Dukerus malebat: „praefinito, tribuni modo ut relinquerentur" cet.
8. *et ab his qui creati essent, cooptari:* PM] et ab iis qui cet. — Harl. 1. Leid. 1.: coaptari.
10. *si tribunos plebei decem rogabo:* P m. 2. M. — P m. 1.: tribunus.
— *si qui vos minus hodie decem tribunos plebis:* PM.
11. *feceritis:* Fragm. Haverc. m. 2. — P Harl. 1.: *fecerint iis.* M: *fecerint ii.* Sed *fecerint* scriptum videtur pro *fecerit*, et *iis* pro *is*, ex quo deinde in M aliisque *ii* factum est. idem *fecerit* m. 1. etiam in Fragm. Haverc. scriptum erat.
— *tum uti quos sibi collegas cooptassent:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] ii tum uti quos sibi collegas cooptassint. — Rhenanus primus recipi voluit *cooptassint*, quod pro *cooptaverint* scriptum habebat, recentioresque eum omnes secuti sunt. sed *cooptassent* rectissime se habet nec pro *cooptauerint* accipiendum est. in hoc enim loco conditionale dicendi genus inest, ut „quos sibi collegas cooptassent" idem fere sit quod „*si* quos sibi cooptare *vellent*": cum *cooptassint* id ipsum, quod ex lege necesse non erat fieri, prope indubitatum ponat.

ibi collegas cooptassent, uti illi legitimi eadem lege tribuni plebei sint ut illi quos hodie tribunos plebei feceritis". Duillius cum ad ultimum perseverasset negando quindecim tribunos plebei rem publicam habere posse, victa collegarum cupiditate pariter patribus plebeique acceptus magistratu abiit. 5

LXV. Novi tribuni plebis in cooptandis collegis parum voluntatem foverunt, duos etiam et patricios consularesque Sp. Tarpeium et A. Aterium cooptavere. consules creati Spurius Herminius T. Verginius Caelimontanus nihil 10 magnopere ad patrum aut plebis causam inclinati otium domi ac foris habere. L. Trebunius tribunus plebis infestus patribus, quod se ab his in cooptandis tribunis fraude captum proditumque a collegis aiebat, rogationem tulit ut qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret, is usque rogaret 15

1. *uti illi:* ex coni. m.] ut illi (PM). Cum non *ut* sed *uti* praecederet idemque hoc loco iterandum esset, nequaquam vox mutari posse videbatur, eoque minus cum littera *i* quae desideratur sequeretur. — PM: legitimi eadem lege tribuni plebei sint ut illi quos odie (P m. 2.: hodie) tribunos plebei feceritis.
3. *Duillius:* PM] Duilius.
— *quindecim* (M: xv) *tribunos plebei:* PM. — PM: remp̄.
5. *patribus plebeique:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] patribus plebique. — M m. 1.: *h*abiit.
7. *collegis:* P. — M: collegiis.
8. *et patricios consularesque* (h. e. non patricios modo sed etiam consulares): M] patricios consularesque (P).
9. *A. Aterium:* Sigonius. — PM Leid. 1.: *A. Aeternium.* Harl. 1.: *A. Aeternum.* cod. Gaertn.: *A. Aterinum.* sed idem liber 3, 31.: *A. Aterio.* Apud Plinium scriptum est 6, 28. in optimo cod. Chifflet.: *A. Aternio.* atque idem *Aternius* apud Cassiodorum reperitur. Apud Ciceronem ep. ad fam. 9, 18. in praest. cod. Med. „*Atheriano iure*". Aul. Gell. 11, 1.: *lege Aternia.*
10. *Spurius Herminius T. Verginius:* PM et rell. codd.] Lar Herminius T. Virginius (Sigonius Dionysium 11, 51. secutus).
12. *habere:* M] habuere (P).
— *L. Trebunius:* M] L. Trebonius (P). — PM: tr̄. p̄l.
13. *ab his:* PM] ab iis. — P m. 1.: in coaptandis.
14. *proditumque:* PM Harl. 1. al.] proditum (I. Fr. Gron.). — P m. 1.: agebat.
15. *is usque rogaret:* P] is usque eo rogaret (M). — PM:

dum decem tribunos plebei faceret: insectandisque patribus — unde Aspero etiam inditum est cognomen — tribunatum gessit. Inde M. Geganius Macerinus et C. Iulius consules facti contentiones tribunorum adversus nobilium iuventutem ortas sine insectatione potestatis eius conservata maiestate patrum sedavere. plebem decreto ad bellum Vulscorum et Aequorum dilectu sustinendo rem ab seditionibus continuere, urbano quoque otio foris omnia tranquilla esse adfirmantes, per discordias civiles externos tollere animos. cura pacis concordiae quoque intestinae causa fuit. sed alter semper ordo gravis alterius modestiae erat: quiescenti plebi ab iunioribus patrum iniuriae fieri coeptae. ubi tribuni auxilio humilioribus essent, in primis parum proderat, deinde ne ipsi quidem inviolati erant utique postremis mensibus, cum et per coitiones potentiorum iniuria fieret et vis potestatis omnis aliquanto posteriore anni parte languidior ferme esset. iamque plebs ita in tribunatu ponere aliquid spei, si similes Icilio tribunos haberet: nomina tantum se biennio habuisse. seniores contra patrum ut nimis feroces suos credere iuvenes esse, ita malle, si modus excedendus esset, suis quam adversariis superesse animos. adeo moderatio tuendae libertatis, dum aequari velle simulando ita se

dum decem tribunos plebei faceret.

3. *Macerinus:* Sig. ex tab. Capit. — P: m. acrinus. M: inde cn̄. gæganius | m̄. acrinus.

4. *contentiones:* cod. Neapol. et ex coni. Sig.] coitiones (ex eiusdem Sigoni coni.). — PM: *contiones.* Cf. 39, 39.: „hac sedata contentione“ cet.

5. *sine insectatione:* M m. 2. — M m. 1.: sine incessatione. P m. 1.: sine exspectatione. m. 2.: sine inspectatione.

6. *Vulscorum:* PM] Volscorum. — M m. 1. P: dilect*um*.

10. *causa fuit:* M. — P: causae fuit. sed aliter semper ordo cet.

14. *deinde ne ipsi quidem:* P. — M: deinde ipsi quidem. — P m. 1.: iniuria fier*ent*.

18. *si similes Icilio:* M m. 2. — M m. 1. P: si simile*s* *s*icilio. — M: nominata*m* tum se.

20. *credere:* PM. — Leid. 1.: crederent. — M: iuuenes ēent | ita malle. P: iuuenes ita malle.

21. *moderatio:* M. moderatia: P.

22. *ita se quisque extollit:* P m. 2. M. — P m. 1.: ita sequis*se* extollit. — Leid. 1. al.: extollat.

quisque extollit ut deprimat alium, in difficili est, cavendoque ne metuant homines metuendos ultro se efficiunt, et iniuriam ab nobis repulsam, tamquam aut facere aut pati necesse sit, iniungimus aliis.

LXVI. T. Quinctius Capitolinus quartum et Agrippa Furius consules inde facti nec seditionem domi nec foris bellum acceperunt. sed inminebat utrumque. iam non ultra discordia civium reprimi poterat et tribunis et plebe incitata in patres, cum dies alicui nobilium dicta novis semper certaminibus contiones turbaret. ad quarum primum strepitum velut signo accepto arma cepere Aequi ac Volsci, simul quod persuaserant iis duces cupidi praedarum, biennio ante dilectum indictum haberi non potuisse abnuente iam plebe inperium: eo adversus se non esse missos exercitus: dissolvi licentia militandi morem nec pro communi iam patria Romam esse: quidquid irarum simultatiumque cum externis fuerit, in ipsos verti: occaecatos lupos intestina rabie opprimendi occasionem esse. coniunctis exercitibus Latinum primum agrum perpopulati sunt, deinde postquam ibi nemo vindex occurrebat, tum vero exultantibus belli auctoribus ad moenia ipsa Romae populabundi regione portae Exquilinae accessere vastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes. unde postquam inulti praedam

1. *in difficili est:* PM. — Harl. I. al.: in difficile est. — P m. 1.: ne metuat.
3. *ab nobis:* M Harl. I.] a nobis (P). — PM: tāquā.
5. *T. Quinctius:* P Leid. I.] T. Quintius (M).
9. *cum dies alicui nobilium dicta:* PM.
11. *arma cepere:* M. — P: caepere.
13. *dilectum indictum haberi non potuisse:* PM] delectum cet. — Leid. I. al.: habere. PM: abnuente. — P m. 1.: misos exercitos.
16. *quidquid:* PM] quicquid. — P: occassionem. — P: agrum *pro*populati sunt.
21. *moenia:* P. — M: męnia.
22. *portae Exquilinae:* PM] portae Esquilinae. — M: exquilinę. P: porte exquiline acexcessere. — Cf. 1, 48.: in collem Exquiliarium.

prae se agentes retro ad Corbionem agmine iere, Quinctius consul ad contionem populum vocavit.

LXVII. Ibi in hanc sententiam locutum accipio: „etsi mihi nullius noxae conscius Quirites sum, tamen cum pu-
5 dore summo in contionem vestram processi: hoc vos scire hoc posteris memoriae traditum iri, Aequos et Vulscos vix Hernicis modo pares T. Quintio quartum consule ad moenia urbis Romae inpune armatos venisse. hanc ego ignominiam — quamquam iam diu ita vivitur, is status rerum
10 est ut nihil boni divinet animus — si huic potissimum imminere anno scissem, vel exilio vel morte si alia fuga honoris non esset vitassem. ergo si viri arma illa habuissent quae in portis fuere nostris, capi Roma me consule potuit? satis honorum satis superque vitae erat: mori consulem ter-
15 tium oportuit. quem tandem ignavissimi hostium contempsere? nos consules an vos Quirites? si culpa in nobis est, auferte imperium indignis, et si id parum est, insuper poenas expetite: si in vobis — nemo deorum nec hominum sit qui vestra puniat peccata Quirites, vosmet tantum eo-
20 rum paeniteat. non illi vestram ignaviam contempsere nec suae virtuti confisi sunt: quippe totiens fusi fugatique ca-

1. *agmine iere:* P m. 2. M. — P m. 1.: agmine gere.
— *Quinctius:* M] Quintius.
6. *Vulscos:* P] Volscos (M).
10. *diuinet animus:* M m. 3. P. — M m. 1.: diuine animus. — P: animus huic potissimum. — M m. 1. P: imminere annoscissem. M m. 2.: imminere agnoscissem.
12. *ergo si uiri arma illa habuissent:* P. — M: ergo si uiri armilla habuissent.
14. *mori consulem tertium oportuit:* PM Harl. I. Leid. I. — Harl. II. al.: mori me consulem tertium oportuit. Cf. T. Livi prooem.: *et ipsum consuluisse.* al.
16. *nos consules.* — M m. 1.: nos c̄sules annos quirites. m. 2. additum est *os* supra *nos qui.* — P: nos consules annuos quirites.
18. *si in uobis.* — PM Harl. I.: *sin uobis.* — Num *sin in uobis?* — P: peniteat.
20. *ignauiam:* P. — M: igno| uiam. — P m. 1.: confusi sunt.
21. *totiens:* PM] toties. — M m. 1. P: multati. M m. 3.: multctati.

stris exuti agro multati sub iugum missi et se et vos novere: discordia ordinum est venenum urbis huius, patrum ac plebis certamina: dum nec nobis imperii nec vobis libertatis est modus, dum taedet vos patriciorum hos plebeiorum magistratuum, sustulere illi animos. pro deum fidem 5 quid vobis vultis? tribunos plebis concupistis: concordiae causa concessimus. decemviros desiderastis: creari passi sumus. decemvirorum vos pertaesum est: coegimus abire magistratu. manente in eosdem privatos ira vestra, mori atque exulare nobilissimos viros honoratissimosque passi sumus. 10 tribunos plebis creare iterum voluistis: creastis. consules facere vestrarum partium, etsi patribus videbamus iniquum — patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus. auxilium tribunicium provocationem ad populum scita plebis iniuncta patribus — sub titulo aequandarum legum 15 nostra iura oppressa tulimus et ferimus. qui finis erit discordiarum? ecquando unam urbem habere ecquando communem hanc esse patriam licebit? victi nos aequiore animo quiescimus quam vos victores. satisne est nobis vos metuendos esse? adversus nos Aventinum capitur, adversus 20 nos Sacer occupatur mons. Esquilias quidem ab hoste

4. *est modus:* P m. 2. M. — P m. 1.: est mudus dum tedæ.
— *hos plebeiorum:* P. hos plebiorum: M. — PM: sustulere illi animos.
6. *quid uobis uultis. tr̄. p̄l. concupistis:* P m. 2. M. — P m. 1.: quid uobis. tr̄. p̄l. concupistis.
7. *desiderastis:* M m. 2. P. — M m. 1.: desideratis. — P: uos ptesum est.
8. *abire magistratu:* P. — M: abire magistratum.
10. *exulare.* — PM rell.: exulari.
11. *creare iterum uoluistis:* PM. — Harl. 1.: *creari:* sed sequitur *consules facere.*
11. *creastis:* M. — P: *creatis.* Num *creati s̄?*
12. *iniquum:* P m. 2. M. — P Harl 1. Leid. 1.: *iniquos.* Fortasse fuerat *iniquō.* — Harl. 1.: plebi iniquum donum fieri uidimus.
17. *ecquando.* — PM: et (P: æ) quando unam urbem habere et (P: æ) quando cet. — P: qui finis erat.
19. *satisne est nobis uos metuendos esse:* PM. — Leid. 1. al.: satisne est uobis uos met. cet.
21. *aesquilias quidem ab hoste prope captas et candentem in agerem:* P. *aesquilias*

prope captas — et scandentem in aggerem Volscum hostem nemo submovit. in nos viri, in nos armati estis".

LXVIII. „Agite dum, ubi hic curiam circumsederitis et forum infestum feceritis et carcerem impleveritis princi-
5 pibus, hisdem istis ferocibus animis egredimini extra portam Exquilinam, aut si ne hoc quidem audetis, ex muris visite agros vestros ferro ignique vastatos, praedam abigi, fumare incensa passim tecta. at enim communis res per haec loco est peiore: ager uritur, urbs obsidetur, belli glo-
10 ria penes hostis est. quid tandem privatae res vestrae quo statu sunt? — iam unicuique ex agris sua damna nuntiabuntur. quid est tandem domi unde ea expleatis? tribuni vobis amissa reddent ac restituent? vocis verborumque quantum voletis ingerent, et criminum in principes et legum
15 aliarum super alias et contionum. sed ex illis contionibus numquam vestrum quisquam re fortuna domum auctior re-

quidem ab oste (m. 2.: hoste) *prope capta* | *set scandentem in aggerem:* M: sed m. 2. addidit *es* ad *set* ut *esset* fieret. — I. Fr. Gron. scribendum esse coniecit „Aesquiliae quidem ab hoste prope captae, et scandentem in aggerem Volscum nemo summovit": sed accusativum cum infinitivo etiam sine particula interrog. *ne*, si quid magna cum indignitate dicendum esset, scribi esse solitum notum est. „Wie viel fehlte dagegen, so waren die Esquilien vom Feinde erobert: — und doch kam Niemand um den Feind zurückzutreiben". — PM: *Volscum hostem nemo submouit.* Cf. 1, 44. de aggere.

5. *hisdem istis ferocibus animis* („mit eben diesem eurem wilden Muthe"): PM] iisdem istis cet. Cf. 3, 51.: „hisdem tribunis plebis creandis".

6. *Exquilinam:* P] Esquilinam. — M: aesquilinam. Cf. 3, 66.: portae Exquilinae. — P m. 1.: incensa passim *decta*.

8. *at enim communis res:* P. — M: at enim communis *ses* per cet. — P m. 1.: loc*a* est peiore. — M: urbs obscidetur.

10. *penes hostis:* P] penes hostes (M).

— *quo statu sunt:* PM cod. Rhen. al. — Harl. 1. Leid. 1.: in quo statu sunt.

16. *re fortuna:* M m. 1. P cod. Rhen. — M m. 2.: re fortunaq. | — Harl. 1. Leid. 1.: fortuna re. „Noch nie ist einer von euch aus jenen Versammlungen an Hab und Gut reicher in sein Haus zurückgekehrt". — M m. 1. P: rediit. M. m. 2.: redi*ct*.

diit. ecquis retulit aliquit ad coniungem ac liberos praeter odia offensiones simultates publicas privatasque? a quibus semper non vestra virtute innocentiaque sed auxilio alieno tuti sitis. at hercules cum stipendia nobis consulibus non tribunis ducibus et in castris non in foro faciebatis, et in 5 acie vestrum clamorem hostes non in contione patres Romani horrebant, praeda parta agro ex hoste capto pleni fortunarum gloriaeque simul publicae simul privatae triumphantes domum ad penates redibatis: — nunc oneratum vestris fortunis hostem abire sinitis. haerete adfixi contionibus et 10 in foro vivite: sequitur vos necessitas militandi quam fugitis. grave erat in Aequos et Volscos proficisci: ante portas est bellum. si inde non pellitur, iam intra moenia erit et arcem et Capitolium scandet et in domos vestras vos persequetur. biennio ante senatus dilectum haberi et educi 15 exercitum in Algidum iussit: sedemus desides domi muliebrum ritu inter nos altercantes praesenti pace laeti nec cernentes ex otio illo brevi multiplex bellum rediturum. his ego gratiora dictu alia esse scio, sed me vera pro gratis loqui et si meum ingenium non moneret, necessitas cogit. 20

1. *ecquis retulit:* M m. 1. — M m. 2. P: et quis retulit. — Harl. 1. Leid. 1.: ac quis.
— *aliquit ad coniungem:* P m 1.] aliquid ad coniugem (P m. 2. M). Cf. ex. gr. 26, 10.: si quit (Put.). — PM: ac liberos.
2. *a quibus semper non uestra uirtute innocentiaque sed auxilio alieno tuti sitis:* PM. Haec verba ironice dicta videntur: „wogegen ihr euch stets nicht durch eure eigene Kraft und Unschuld sondern durch fremden Beistand gewahrt sehen möget".
4. *at hercules:* P m. 1. M. — P m. 2. al.: at hercule. Cf. 5, 4.: „si hercules nulla alia causa" cet. Cic. Lael. 11.: „et hercule ita fecit vel plus etiam quam dixit".
5. *non in foro faciebatis:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: non in foribus faciebatis. — PM: non in contione. P m. 1.: orrebant. m. 2.: horrebant.
9. *redibatis.* — PM et rell. codd.: *rediebatis.* Eandem formam et alias in optimis quibusque libris repperimus.
10. *haerete adfixi contionibus:* PM: nisi quod P *herete.*
15. *dilectum haberi:* PM] delectum haberi.
20. *necessitas cogit:* M. — P: necessitas colligit. — P: *uelle*

vellem equidem vobis placere Quirites, sed multo malo vos salvos esse, qualicumque erga me animo futuri estis. natura hoc ita comparatum est ut qui apud multitudinem sua causa loquitur, gratior eo sit cuius mens nihil praeter pu-
5 blicum commodum videt: nisi forte adsentatores publicos — plebicolas istos qui vos nec in armis nec in otio esse sinunt — vestra vos causa incitare et stimulare putatis. concitati aut honori aut quaestui illis estis, et quia in concordia ordinum nullos se usquam esse vident, malae rei se
10 quam nullius — turbarum ac seditionum duces esse volunt. quarum rerum si vos taedium tandem capere potest et patrum vestrosque antiquos mores vultis pro his novis sumere, nulla supplicia recuso nisi paucis diebus hos populatores agrorum nostrorum fusos fugatosque castris exuero,
15 et a portis nostris moenibusque ad illorum urbes hunc belli terrorem quo nunc vos attoniti estis transtulero".

LXIX. Raro alias tribuni popularis oratio acceptior plebi quam tunc severissimi consulis fuit. iuventus quoque, quae inter tales metus detractationem militiae telum acer-

*me*quidem uobis placere. M m. 1.: uellet | me quidem. m. 2.: uelle*m* | *me* quidem. — PM: qualicumque erga me animo.

3. *qui apud multitudinem sua causa loquitur:* PM.

5. *adsentatores:* M m. 3. P. — M m. 1.: adsentatore.

8. *concitati aut honori aut quaestui* (M: questui) *illis estis:* PM. „Haben sie euch aufzureizen vermocht, so wissen sie daraus ihren Vortheil an Ehre oder an Gewinnst zu ziehen". — P m. 1.: null*us* se usquam. m. 2.: nullos. — PM: si uos tedium. — M m. 1.: carpere. m. 2.: capere.

14. *fusos fugatosque:* PM.

15. *et a portis:* P. — M m. 1.: set a portis.

16. *quo nunc uos attoniti estis:* M m. 2. P. — M m. 1.: „qui nunc": haud scio an verum sit: hanc enim ablativi formam et alias in antiquis libris vidimus. — PM: *transtulero.* Harl. 1. al.: transtulere.

17. *raro alias:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: raro alia. Cf. 45, 20.: raro alias quisquam rex aut privatus tanto favore tantoque omnium adsensu est auditus.

18. *seuerissimi:* M m. 2. P. — M. m. 1.: souerissimi.

19. *detractationem:* P Harl. 1.

rimum adversus patres habere solita erat, arma et bellum spectabat. et agrestium fuga spoliatique in agris et vulnerati foediora iis quae subiciebantur oculis nuntiantes totam urbem ira inplevere. in senatum ubi ventum est, ibi vero in Quintium omnes versi ut in unum vindicem maiestatis 5 Romanae intueri: et primores patrum dignam dicere contionem imperio consulari, dignam tot consulatibus ante actis, dignam vita omni plena honorum saepe gestorum saepius meritorum. alios consules aut per proditionem dignitatis patrum plebi adulatos aut acerbe tuendo iura ordinis aspe- 10 riorem domando multitudinem fecisse: Titum Quintium orationem memorem maiestatis patrum concordiaeque ordinum et temporum in primis habuisse. orare eum collegamque ut capesserent rem publicam, orare tribunos ut uno animo cum consulibus bellum ab urbe ac moenibus propulsari vel- 15 lent plebemque obedientem in re tam trepida patribus praeberent: appellare tribunos communem patriam auxiliumque eorum implorare vastatis agris urbe prope obpugnata. consensu omnium dilectus decernitur habeturque. cum consu-

— M: detractionem. — PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al.: *arma et bellum spectabat.*

2. *et agrestium fuga*: P m. 2. M. — P m. 1.: et agrestum fuga. — PM: *spoliatique in agris et uulnerati.* Harl. 1.: spoliataque in agris et uulnerata.

3. *foediora iis:* P. — M: foediora his. — PM: totam urbem ira inpleuere (M: impl.). Cod. Klock.: irae.

5. *ut in unum uindicem:* P] ut unum vindicem (M). — PM: contionem.

7. *dignam tot consulatibus anteactis:* M m. 1. P. — In M tamen *ti* erasum est in *consulatib.*

8. *dignam uita omni plena honorum* (m. 1.: onorum): P. — M: dignam uitam omni plena honorū. m. 3.: dignam uitam omniu plenā honorū. — PM: *saepe gestorum saepius meritorum:* nisi quod in P *sepe* et *sepius.*

11. *fecisse:* M m. 2. — M m. 1. P: fecissē titum quintium.

14. *ut capesserent remp.:* PM.

16. *obedientem:* P. — M: obedientem. — P: appellarē tribunos.

19. *dilectus:* PM] delectus.

— *cum consules in contione pronuntiassent:* Harl. 1. cod.

les in contione pronuntiassent tempus non esse causas cognoscendi, omnes iuniores postero die prima luce in campo Martio adessent, cognoscendis causis eorum qui nomina non dedissent bello perfecto se daturos tempus, pro desertore
5 futurum cuius non probassent causam: omnis iuventus adfuit postero die. cohortes sibi quaeque centuriones legerunt, bini senatores singulis cohortibus praepositi. haec omnia adeo mature perfecta accepimus, ut signa eo ipso die a quaestoribus ex aerario prompta delataque in cam-
10 pum quarta diei hora mota ex campo sint, exercitusque novus paucis cohortibus veterum militum voluntate sequentibus manserit ad decimum lapidem. insequens dies hostem in conspectum dedit castraque ad Corbionem castris sunt coniuncta. tertio die cum ira Romanos, illos cum totiens
15 rebellassent conscientia culpae ac desperatio inritaret, mora dimicandi nulla est facta.

LXX. In exercitu Romano cum duo consules essent potestate pari — quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est — summa imperii concedente Agrippa

Rhen. — P: *cum* consules cum in contione. m. 2. prius *cum* expunctum est. — M: „cum ∞*uso* in contione“: sed ∞*uso* erasa sunt.

3. *cognoscendis causis:* PM. Cf. 4, 26.: cognitio vacantium militiae munere post bellum differtur.

4. *pro desertore futurum:* P. — M m. 1.: pro deserto re futurū. m. 2.: deserta.

6. *cohortes sibi quaeque centuriones legerunt:* M. — P: sibi quoque.

8. *adeo mature:* P m. 2. M. — P m. 1.: adeo m*u*tare. — Harl. L.: eo ipso die *quaestoribus* ex aerario prompta. — P m. 1.: quarta diei *m* hora.

12. *insequens dies hostem* (M m. 1.: ostem) *in conspectum dedit:* PM.

14. *tertio die:* PM. — PM: *totiens.* — M: consientia. M m. 2. P: conscientia. Harl. L.: cum scientia. — M: ora dimicandi.

18. *quod saluberrimum in administratione magnarum rerum est:* PM. Haec verba ad *summa imperii* cet. pertinere nemo non videt. Cf. 4, 31.: tres dilectu habito profecti sunt Veios documentoque fuere quam plurium imperium bello inutile esset.

penes collegam erat, et praelatus ille facilitate summittentis se comiter respondebat communicando consilia laudesque et aequando inparem sibi. in acie Quinctius dextrum cornum, Agrippa sinistrum tenuit: Sp. Postumio Albo legato datur media acies tuenda, legatum alterum P. Sulpicium 5 equitibus praeficiunt. pedites ab dextro cornu egregie pugnavere haud segniter resistentibus Volscis. P. Sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. unde cum eadem reverti posset ad suos priusquam hostis turbatos ordines reficeret, terga inpugnare hostium satius visum 10 est: momentoque temporis in aversam incursando aciem ancipiti terrore dissupasset hostes, ni suo proprio eum proelio equites Vulscorum et Aequorum exceptum aliquamdiu tenuissent. ibi vero Sulpicius negare cunctandi tempus esse, circumventos interclusosque ab suis vociferans ni equestre 15

1. *et praelatus ille facilitate summittentis se comiter respondebat:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Alii: facilitati. „Und jener, dem durch die Gefälligkeit des sich ihm unterordnenden Amtsgenossen freie Hand gelassen war, entsprach seiner Seits dieser Güte dadurch, dass er ihn an seinen Plänen und dem daraus hervorgehenden Ruhme Theil nehmen liess und somit einen Mann, der es keinesweges mit ihm aufnehmen konnte, sich gleich stellte". — P: summitentis.

3. *Quinctius:* M] Quintius (P). — *dextrum cornū:* M m. 1.] dextrum cornu (M m. 2. P). Cf. 3, 62.: *cornum.* al.

5. *P. Sulpicium:* PM et rell. codd.] Ser. Sulpicium (Sig.). Cf. 3, 31. 50. — Sic paulo post *P. Sulpicius* ex omnium antiquorum librorum fide scribendum erat. — PM: *resistentibus.*

8. *unde cum eadem* („auf demselben Wege") *reuerti posset ad suos:* M m. 1. P. — M m. 2.: cū *ab* eadem. Cf. 30, 33.: „ut esset spatium *qua* elephanti hostium acti nihil ordines turbarent". al. Cf. T. Livi l. xxx. p. xcvii. 26.

11. *in auersam.* — PM: in *aduersam.* — M m. 1.: incorsando.

12. *dissupasset:* M m. 1.] dissipasset (M m. 2. P). Hanc formam passim in antiquissimis libris repperimus.

13. *Vulscorum:* PM] Volscorum. — PM: *aliquamdiu.*

proelium conixi omni vi perficerent. nec fugare equitem integrum satis esse: conficerent equos virosque ne quis reveheretur inde ad proelium aut integraret pugnam: non posse illos resistere sibi quibus conferta peditum acies cessisset. haud surdis auribus dicta. inpressione una totum equitatum fudere, magnam vim ex equis praecipitavere, ipsos equosque spiculis confodere. is finis pugnae equestris fuit. tunc adorti peditum aciem nuntios ad consules rei gestae mittunt: ubi iam inclinabatur hostium acies: nuntius deinde et vincentibus Romanis animos auxit et referentes gradum perculit Aequos. in media primum acie vinci coepti, qua permissus equitatus turbaverat ordines. sinistrum

1. *conixi:* PM] connisi. — Cf. 1, 33.: conisus. 3, 63.: conisi. (Sic et *mistus* et *mixtus* al. in antiquis libris legitur.)
— *equitem integrum:* M. — P Harl. I. al.: equitem interdum satis esse.
2. *reueheretur:* M. — P: reuehereatur: h. e. vel *reueheretur* vel *reuehatur*. In Harl. I. Leid. I. scriptum esse dicitur *reuereatur*, quod ex eadem interpretatione vel *reueretur* vel *reuehatur* significaret. et hac forma contracta *reueretur* dubito an Livius nonnumquam vere usus sit. quasdam enim huius verbi formas aeque ac verbi *prehendere* contractas esse, antiqui libri videntur docere. sic 30, 21. in Put. „quibus (scil. navibus) in hispaniam reuerentur" scriptum est, quod cum recentiores non intelligerent, scripserunt *reuerterentur*. atque ita etiam supra in multis recentioribus libris vel *reuertere-tur* vel *reuertatur* scriptum reperitur.
3. *non posse illos resistere quibus sibi conferta peditum acies cessisset:* PM. Cf. T. Livi l. xxx. p. LXIX. 2.
5. *inpressione una:* PM.
8. *nuntios ad consules rei gestae mittunt:* M. — P: nuntios ad consules rei gestae mittuntur. m. 2.: nuntii. — *Ubi* (PM) referendum est ad *consules*.
10. *animos auxit et referentes:* P m. 2. M. — P m. 1.: animos auxit | ireferentes.
12. *qua permissus equitatus turbauerat:* M m. 1. P. — M m. 2.: premissus. — Cf. 3, 61.: concitant equos permittuntque in hostem. 8, 30.: eques etiam . . detraxit frenos equis atque ita concitatos calcaribus permisit ut sustinere eos nulla vis posset. 29, 2.: Lentulus . . Ser. Cornelio tr. mil. imperat, equites per patentis in hostium acie vias

deinde cornu ab Quintio consule pelli coeptum. in dextro plurimum laboris fuit. ibi Agrippa aetate viribusque ferox cum omni parte pugnae melius rem geri quam apud se videret, accepta signa ab signiferis ipse inferre, quaedam iacere etiam in confertos hostes coepit. cuius ignominiae 5 metu concitati milites invasere hostem. ita aequata ex omni parte victoria est. nuntius tum a Quintio venit victorem am se imminere hostium castris, nolle inrumpere antequam sciat debellatum et in sinistro cornu esse: si iam fudisset hostes, conferret ad se signa ut simul omnis exercitus praeda 10 potiretur. victor Agrippa cum mutua gratulatione ad victorem collegam castraque hostium venit. ibi paucis defendentibus momentoque fusis sine certamine in munitiones inrumpunt, praedaque ingenti conpotem exercitum suis etiam rebus recuperatis quae populatione agrorum amissae erant, 15 reducunt. triumphum nec ipsos postulasse nec delatum is ab senatu accipio, nec traditur causa spreti aut non sperati honoris: ego quantum in tanto intervallo temporum conicio, cum Valerio atque Oratio consulibus qui praeter Volscos et Aequos Sabini etiam belli perfecti gloriam pepere- 20

permittere equos iubeat. 40, 40.: duplicate turmas et permittite equos in cuneum hostium. — Atque ita vix dubitem quin etiam 30, 18. scribendum sit: „et ut, ubi in rem permissus uti cuspide uti comminus gladio posset, roboris maioris romanus eques erat, ita in ablatum paventibus procul equis melius ex intervallo Numidae iaculabantur“: quamquam in melioribus codd. inest *permixtus*. — P m. 1.: ordine sinistrum. m. 2.: ordinē. — M m. 1.: ab quintio consu*lul*e.

3. *melius rem geri:* P] melius res geri (Harl. I. Leid. I.). — M: melius regeri |. — M: inferrae.

7. *tum a Quintio:* M. — P: tum a quiantio.

15. *quae populatione agrorum amissae erant:* M m. 2. P. — M m. 1.: agrorum | anmissae. — P: triumphum nec ipsos postulasse*s*.

16. *delatum is ab senatu:* P] delatum iis ab senatu (M).

17. *causa spreti aut non sperati honoris:* PM et opt. quique codd. — Cf. T. Livi l. xxx. p. LXV. 1.

18. *conicio:* P. — M: conitio.

19. *Valerio atque Oratio:* PM] Valerio atque Horatio. Cf. T. Livi l. xxx. p. LXXVII. x. 1.

rant, negatus ab senatu triumphus esset, verecundiae fuit pro parte dimidia rerum consulibus petere triumphum, ne etiam si impetrassent magis hominum ratio quam meritorum habita videretur.

5 LXXI. Victoriam honestam ex hostibus partam turpe domi de finibus sociorum iudicium populi deformavit. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro cum saepe bello certassent, multis in vicem cladibus fessi iudicem populum Romanum cepere. cum ad causam orandam venissent, conci-
10 lio populi a magistratibus dato magna contentione actum. iamque editis testibus cum tribus vocari et populum inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe magno natu et „si licet" inquit, „consules, de re publica dicere, errare ego populum in hac causa non patiar". cum ut va-
15 num eum negarent consules audiendum esse vociferantemque prodi publicam causam submoveri iussissent, tribunos appellat, tribuni ut fere semper reguntur a multitudine magis quam regunt, dedere cupidae audiendi plebi ut quae vellet Scaptius diceret. ibi infit annum se tertium et octoge-

— M m. 1.: negatus ab sena triumphus. m. 2.: ab senatu.

5. *uictoriam honestam ex hostibus partam:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: uictoriam honestam partam. — M: sotiorum. — PM: sepe.

8. *multis in uicem cladibus fessi:* P m. 2. M. — P m. 1.: multis in uicem clad*is* fessi. Cf. 3, 72.: iudicibus.

— *iudicem pm̄ r̄. cepere:* PM.

11. *et populum inire suffragium oporteret:* P. — M: „et populum inirer | ut fragium oporteret". sed littera *r* ita scripta est, ut etiam pro *t* haberi possit.

12. *P. Scaptius:* PM. — Leid. 1. al.: Captius.

12. *de plebe:* P m. 2. M. — P m. 1.: de plebem.

13. *si licet:* M m. 2. P. — M m. 1. Harl. 1.: scilicet. — PM: de re publica dicere. — In Leid. 1. omissum est *dicere.*

15. *negarent:* PM. sed in M primo erat *negaret.*

16. *publicam causam:* M. — P m. 1.: publicam causau. m. 2.: causā.

18. *ut quae uellet:* P. — M: ut q. | uellet. m. 2.: ut q̃. | uellet. — PM Harl. 1. Leid. 1.: Scaptius.

19. *octogesimum:* P m. 2. M. — P m. 1.: octagessimum. — Leid. 1.: nonagesimum annum se tertium et octogesimum agere. — Rhenanus quoque

simum agere et in eo agro de quo agitur militasse non iuvenem, vicesima iam stipendia merentem, cum ad Coriolos sit bellatum. eo rem se vetustate obliteratam ceterum suae memoriae infixam adferre: agrum de quo ambigitur finium Coriolanorum fuisse captisque Coriolis iure belli publicum 5 populi Romani factum. mirari se quonam more Ardeates Aricinique, cuius agri ius numquam usurpaverint incolumi Coriolana re, eum se a populo Romano, quem pro domino iudicem fecerint, intercepturos sperent. sibi exiguum vitae tempus superesse, non potuisse se tamen inducere in animum quin, quem agrum miles pro parte virili manu cepisset, eum senex quoque voce qua una posset vindicaret. magnopere se suadere populo ne inutili pudore suam ipse causam damnaret.

LXXII. Consules cum Scaptium non silentio modo 15 sed cum adsensu etiam audiri animadvertissent, deos hominesque testantes flagitium ingens fieri, patrum primores arcessunt. cum is circumire, tribunos orare ne pessimum fa-

in sui libri antiqui margine „*nonagesimum*“ adscriptum repperit.

2. *uicesima:* M m. 2. — M m. 1. P.: uicensima. Cf. 5, 54.: trecentesimus sexagesimus quintus.

3. *eo rem se uetustate obliteratam:* PM. — PM: publicum pr. factum.

7. *incolumi Coriolana re:* M. — P: incolumi coriola re. — PM: eum se a pr. — M: quē p dño iudice iudi | cem fecerint.

9. *exiguum:* M. — P: exguum.

10. *non potuisse se tamen inducere:* PM. — In Leid. 1. *se* omissum est.

11. *quem agrum miles pro parte uirili manu cepisset, eum senex:* P. — M cod. Rhen.: *pro parte uiri.* In his libris syllaba *li* perinde post *ri* neglecta est, atque paulo ante in P *nā* in voce *Coriolana.* Cf. T. Livi prooem.: pro virili parte et ipsum consuluisse. 7, 7.: inmunes quoque operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem reservati plus sibi quam pro virili parte adnitendum scirent. al. — M: manu cepisse*t* tum senex. — Idem *tum* in Harl. 1. Leid. 1. pro *eum* est.

17. *arcessunt:* PM. Cf. 3, 45.: arcessiri.

18. *cum is circumire:* P] cum his circumire. — M: cum iis circūire.

— *tribunos orare:* PM et rell.

cinus peiore exemplo admitterent iudices in suam rem litem vertendo, cum praesertim, etiam si fas sit curam emolumenti sui iudicibus esse, nequaquam tantum agro intercipiendo adquiratur, quantum amittatur alienandis iniuria socorum animis. nam famae quidem ac fidei damna maiora esse quam quae aestimari possent. hoc legatos refferre domum, hoc vulgari: hoc socios audire, hoc hostes — quo cum dolore hos, quo cum gaudio illos! Scaptione hoc contionali seni adsignaturos putarent finitimos populos? clarum

codd. — Cf. quod 3, 71. scriptum est: „tribunos appellat. tribuni . . dedere cupidae audiendi plebi ut quae vellet Scaptius diceret". 3, 69.: orare. — Bekk. ex coni. Iac. Perizoni: cum his circumire tribus, orare ne cet.

3. *iudicibus esse.* — PM et rell. codd.: *iudicis esse.* Hanc esse contractam formam dativi *iudicibus* multi antiquorum librorum loci docent. (Sic paulo ante in P c. 71.: *cladis* pro *cladibus* scriptum erat; 30, 25.: *quis deficientibus* pro *quibus.* al.) *Iudicibus* vero h. l. potius videtur quam *iudici*, cum etiam *iudices* praecedat. — M: iudicis ēē. nequaquam | agro intercipiendo adquiratur.

5. *nam famae quidem:* M. — P m. 1.: „nam *etiam si fas sit* fame quidem". sed media verba expuncta sunt. — P: estimari.

6. *refferre:* P. referre: M. — P: hoc socies audire hoc ostes (m. 2.: hostes). — M: sotios. — M: quo cum dolore hos cum (m. 2.: qum) cum gaudio illos.

8. *Scaptioni hoc contionali seni adsignaturos putarent finitimos populos:* PM: — *Scaptioni* pro *Scaptione* scriptum videtur ut 3, 57. *ne uindicias ded.* pro *ni uindicias dederit.* — I. Fr. Gron. delendum censuit *putarent:* sed *Scaptione putarent* idem videtur quod „*qui putarent finitimos populos hoc illi seni adsignaturos esse*" (cf. 28, 42. 35, 31. adsign.).

9. *clarum hac fore imagine Scaptium set populum rom.* cet. — Hanc extremam libri III. partem, quae in Harleiano I. tota omissa est, et in Med. quidem libri quarti priorem multis librariorum mendis erroribusque depravatam esse facile apparet. Cum igitur id quod h. l. in melioribus libris et in nostris PM est „clarum hoc fore imagine scaptium esse populum rom." non integrum videretur, I. Fr. Gronovius scripsit „clarum hac fore imagine Scaptium, populum

ıac fore imagine Scaptium set populum Romanum qua lruplatoris et interceptoris litis alienae personam laturum. quem enim hoc privatae rei iudicem fecisse ut sibi controversiosam adiudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem, etsi praemortui iam sit pudoris, non facturum. haec consules 5 ıaec patres vociferantur. sed plus cupiditas et auctor cupiditatis Scaptius valet. vocatae tribus iudicaverunt agrum puplicum populi Romani esse. nec abnuitur ita fuisse si ıd iudices alios itum foret, nunc haut sane quicquam bono

rom.": eumque recentiores secuti sunt. aliam quidem emendandi loci rationem inierant Palatini I. et III. aliorumque codicum librarii, cum scriberent „clarum hac forte imagine Captium esse, populum rom.": sed Gronovius recte videtur vidisse, non *esse* sed *fore*, ut in optt. libris reperitur, huius loci esse. In Gronoviana igitur emendatione nihil mutavimus nisi quod loco verbi *esse* scripsimus *set*, persaepe enim ab librariis has ipsas voces permutatas esse constat, et vocem, quae in omnibus codd. inesset, totam deleri paulo audacius videbatur. Scaptium igitur Livius dicit, hominem nullius dignitatis, hac potissimum re, dignissima quae in eius imagine inscripta etiam ad posteros perveniret, clarum fore (cf. 7, 31.: „ille populus luxuria superbiaque clarus"), h. e. celebritatem quandam nominis consecuturum esse, sed omnem eius rei ignominiam inlatum iri populo romano, quod tam improbi hominis consilium repudiare noluisset.

5. *haec consules haec patres:* M. — P: hec consul (m. 2.: consules) hec patres.

7. *Scaptius ualet.* — P: scaptius uocate uallæ (m. 2.: ualæ) tribus iudicauerunt. M: „scapsius uoce . . . ualet tribus iudicauerunt". littera *e* in *uoce* m. 3. est et in ras. eiusdemque vocis posteriores litterae erasae sunt. — Cf. T. Livi l. xxx. p. LXIX. 2. — M m. 1.: agrum puplicum. cf. 1, 1. al. — PM: p. r. esse.

9. *nunc haut sane.* — M m. 1.: nunc aut sane. m. 2.: haud. P m. 1.: nunc haus sane.

— *bono causae leuatur:* P. — M: bono causa eleuatur. m. 2.: „bone causa": quod ab errante librario scriptum videtur pro „bono causę". *eleuatur* enim integrum videtur. — M: „aricinis ardentib. quam patribus". m. 2. emendavit. — P m. 1. M: reliqum. P m. 2.: reliquum. — P: ab extrenis mansit. — Cum in fine huius libri quattuordecim ver-

causae levatur dedecus iudicii: idque non Aricinis Ardeatibusque quam patribus Romanis foedius atque acerbius visum. reliquum anni quietum ab urbanis motibus et ab externis mansit.

suum lineae in Med. supersint neque quidquam tituli ut assolet subscriptum sit, cumque libri quarti initium docere videatur, in extrema libri tertii parte consulum prioris anni mentionem factam fuisse quae facta non est: aliquid hoc loco deesse veri simile videtur. — Sed cf. T. Livi l. XXX. p. LVI. 3.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER IV.

Hos secuti M. Genucius et C. Curtius consules. fuit annus domi forisque infestus. nam anni principio et de conubio patrum et plebis C. Canuleius tribunus plebis rogationem promulgavit, qua contaminari sanguinem suum patres confundique iura gentium rebantur: et mentio primo 5 sensim inlata a tribunis ut alterum ex plebe consulem liceret fieri, eo processit deinde ut rogationem novem tribuni promulgarent, ut populo potestas esset seu de plebe seu de patribus vellet consules faciendi. id vero si fieret, non volgari modo cum infimis sed prorsus auferri a primoribus 10

1. *M. Genucius et C. Curtius:* Sigonius. — PM Harl. I. al.: *m. genucius et p. curatius.* Leid. I.: *m. genucius et p. curtius.* Sed 4, 7. idem vir et in P et in Drakenb. codd. nominatur *Caius.* Cf. Varro. l. l. 5, 150.: „Cornelius et Lutatius scribunt, eum locum esse fulguritum et ex senatus con. septum esse, id quod factum esset a Curtio consule cui Marcus Genutius fuit collega, Curtium appellatum". — M: et p. cura | tius domi forisq. — P m. 1.: infertus. m. 2.: infestus.
2. *nam anni principio:* P m. 2. — P m. 1.: nam animi principio. — M cod. Rhen.: „anni | nam principio": quare Rhen. scribi voluit: „anni namque principio". Cf. T. Livi l. XXX. p. LXIX. 2.
3. *conubio:* PM] connubio. — PM: C. Canuleius tr. pl. rogationem promulgauit.
7. *deinde ut rogationem nouem tribuni promulgarent:* PM Harl. I. Leid. I. al. — Harl. II. al.: rogationem *nouam.*
9. *id uero si fieret:* P m. 2. M. — P m. 1.: id uero *fi*eret.
10. *uolgari:* P Leid. I.] vulgari.

tate, eam maxumis semper auctibus crescere: sic pace bonos sic bello fieri. maximum Romae praemium seditionum esse, id et singulis universisque semper honori fuisse. reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis traditurí essent, ut — quem ad modum plebs — gloriari possent auctiorem amplioremque esse. finem ergo non fieri nec futuram, donec quam felices sedi-

1. *maxumis:* PM. In M quidem primo erat *maximis*, sed eadem manu antiqua *u* scriptum est supra *i*. — P: sempost auctibus. m. 2.: sempauctibus.
3. *id et singulis uniuersisque semper honori fuisse:* PM.
4. *quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent:* P. — M: quam maiestatem | senatus a patribus accepissent.
5. *ut — quem ad modum plebs — gloriari possent auctiorem amplioremque esse:* ex coni. Dukeri. — In PM et rell. codd. est *gloriari posset:* sed persaepe etiam in optimis libris singularem ita pro plurali vel contra a librariis errantibus scriptum esse satis constat. nam si „quem ad modum plebs gloriari posset" coniungere voluerimus, *ut* verbo suo carebit: nec videtur *ampliorem* bene pertinere posse ad *plebem*. in vehementiore quidem ac turbatiore oratione nonnumquam apud Livium hoc abruptum dicendi genus reperimus (ex. gr. 7, 40.: „ut neque in hos meos et patriae meae milites mitior quam in uos — horreo dicere — hostis":) aut sicubi alterum ex altero verbum facile suppleri poterat (34, 31.: „ibi permisso ut seu dicere prius seu audire mallet, ita coepit tyrannus"): sed hoc loco res aliter se habet, nisi forte arbitramur Livium ita scripsisse, ut consules ominis causa dicere noluisse viderentur „ut — quem ad modum plebs gloriari posset auctiorem amplioremque esse — *non ita possent*". Nihilo minus tamen recepta lectio non ex omni parte mihi placet, et ipse scripserim: „reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepissent, quam liberis traditurí essent, ut — quem ad modum plebs — gloriari *non* possent auctiorem amplioremque esse": aut „— traditurí essent: *num* — quem ad modum plebs — gloriari possent auctiorem (scil. eam maiestatem) amplioremque esse?" — P m. 1.: auctorem amplieremque ēē. m. 2.: amplioremque. — *Auctorem* pro *auctiorem* etiam in Harl. 1. Leid. 1. al. reperitur.
7. *nec futuram:* PM et rell. codd. — Cf. 9, 26.: sine fine

tiones tam honorati seditionum auctores essent. quas quantasque res C. Canuleium adgressum! conluvionem gentium perturbationem auspiciorum publicorum privatorumque adferre, ne quid sinceri ne quid incontaminati sit, ut discri-
5 mine omni sublato nec se quisquam nec suos noverit. quam enim aliam vim conubia promiscua habere nisi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? ut qui natus sit ignoret, cuius sanguinis quorum sacrorum sit, dimidius patrum sit dimidius plebis, ne secum quidem
10 ipse concors. parum id videri quod omnia divina humanaque turbentur: iam ad consulatum vulgi turbatores accingi. et primo ut alter consul ex plebe fieret, id modo sermonibus temptasse: nunc rogari, seu ex patribus seu ex plebe velit populus consules creet. et creaturos haud dubie ex
15 plebe seditiosissimum quemque. Canuleios igitur Iciliosque consules fore. ne id Iuppiter optimus maximus sineret, regiae maiestatis imperium eo reccidere: et se miliens morituros potius quam ut tantum dedecoris admitti patiantur. certum habere maiores quoque, si divinassent concedendo
20 omnia non mitiorem in se plebem sed asperiorem alia ex aliis iniquiora postulando cum prima impetrasset futuram. primo quamlibet dimicationem subituros fuisse potius quam

ulla. 22, 57.: quaenam futura finis tantis cladibus foret (Put. Colb.). — P: tam honerati. — M: c̄. canulegium.

4. *ne quid sinceri ne quid:* M m. 1. P. — M m. 2.: sinceris. — M: ne quid incontaminatis | ut discrimine.

6. *conubia promiscua habere:* PM] connubia cet. — P m. 1.: uulgerent. m. 2.: uulgentur.

10. *parum id uideri:* P. — M: concors patrum id uideri. — Num *set parum?*

13. *nunc rogari seu ex | patribus* cet.: M] nunc rogari ut, seu ex patribus. — P: temptasse non rogari ut seu ex patribus cet. — Leid. n.: nunc rogare.

15. *Canuleios igitur Iciliosque consules fore:* M. — P: canulegius (m. 2.: gios) igitur ciliosque cet. — M: iupiter. P: reccidere.

17. *miliens:* M m. 1. P] milies (M m. 2.). — M: paciantur. — M: maiores quoque | maiores quoque si cet.

21. *cum prima impetrasset:* PM et rell. codd.] cum prima impetrassent.

:as leges sibi inponi paterentur. quia tum concessum sit le tribunis, iterum concessum esse: finem non fieri: non ›osse in eadem civitate tribunos plebis et patres esse: aut ıunc ordinem aut illum magistratum tollendum esse, poiusque sero quam numquam obviam eundum audaciae te- 5 neritatique. illine ut inpune primo discordias serentes con- itent finitima bella, deinde adversus ea quae concitaverint rmari civitatem defendique prohibeant: et cum hostes ar-

1. *quia tum concessum sit:* M. P: quia dum concessum sit.
2. *non posse:* Sigonius. — PM et opt. quique codd.: finem non fieri posse in eadem ciuitate cet. — Haverc.: finem fieri non posse cet. Lovel. 4.: finem non posse fieri cet. Cf. T. Livi l. xxx. p. lxix. 2. — Si id quod in P est „in eadem ciuitate *tribuni* plebis" integrum est, scribendum erit: „finem fieri non posse si in eadem ciuitate tribuni plebis et patres essent". — M: tr. pl. et patres.
6. *illine ut:* PM et rell. codd. — Sigonius voluit *ut* deleri: sed supplendum est: „qui fieri posse" vel „qui concedi posse ut". Cf. 5, 24.: „uictamne ut quisquam uictrici patriae praeferret?" al. — P m. 1.: serentes continent. m. 2.: concitent.
8. *et cum hostes arcessierint, exercitus conscribi aduersus hostes non tantum non patiantur, sed audeat* cet. ex coni. m.] et cum hostes tantum non arcessierint, exercitus conscribi adversus hostes non patiantur, sed audeat (PM: nisi quod M „paciantur"). — I. Fr. Gronovius *tantum non* („fast") restitui voluit, quod eadem qua hoc loco significatione apud optimos quosque scriptores legeretur. id quamquam per se verissimum est, tamen non huius loci esse, non est difficile intellectu. in praecedente enim sententia Livius dixerat fieri non posse ut inpune tribuni pl. discordias serentes concitarent finitima bella, deinde adversus concitata armari civitatem prohiberent. quod si ita quem ad modum Gron. voluit perrexerimus, non modo nulla gradatio in sequente sententia erit, sed minus etiam quam quod iam dixerant, consules videbuntur dicere. verum si ita scripserimus, ne illud *sed* quidem ferri potest. namquamquam interdum „non modo — sed etiam" pro *non modo non* scriptum esse dicitur (ex. gr. 24, 40.: „ut non modo alius *quisquam*" h. e. „so dass nicht nur *kein* Anderer"), tamen „*non — sed*" ita scribi potuisse, mihi vix

cessierint, exercitus conscribi adversus hostes non tantum non patiantur, sed audeat Canuleius in senatu proloqui se nisi suas leges tamquam victoris patres accipi sinant, dilectum haberi prohibiturum! quid esse aliud quam minari se pro-
5 diturum patriam, oppugnari atque capi passurum? quid eam vocem animorum non plebi Romanae sed Volscis et Aequis et Veientibus allaturam! nonne Canuleio duce se spe-

possum persuadere. Sed hunc locum de quo agimus, a librariis (PM) depravatum esse, aliorum codicum lectiones docent. In Leid. I. enim aliisque scriptum est: „et cum hostes *tantum non* arcessierint, exercitus conscribi adversus hostes *tantum non* patiantur": idemque fere ante oculos habuisse videtur is qui Harleianum I. scripsit, cum ibi ita „et cum hostes *tantum non* patiantur". deinde in Palat. I. et III., qui trium Pall. optimi sunt, et in Voss. II., qui ex eadem qua Med. recensione prodiit, repertum est „*et cum hostes arcessierint, exercitus conscribi aduersus hostes tantum non patiantur*". id igitur quod in PM reperitur, eodem errore scriptum est quo 30, 15. integra oratio corrupta erat, ut cum vox quaedam initio a librariis omissa esset, dein supra versum vel antiqua vel recentiore manu adderetur, ut illa non suo loco a posterioribus interponeretur (cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII. v.). nec raro ita peccatum esse, antiquissimi libri ostendunt. sic enim ex. gr. 4, 28. in P quidem *circumagentes* scriptum sed in M *circum* ex priore versu in sequentem nescio quo casu profectum est: sic 10, 39. *enim:* al. Totum igitur locum ita interpretamur: „Wie? jene sollten ungestraft durch die unter den Ständen veranlasste Zwietracht die Nachbarvölker zum Kriege gegen uns ermuthigen dürfen, und dann gegen eben diese durch sie herbeigeführten Kriege die Stadt zu beschützen verhindern? und während sie den Feind herangelockt, nicht nur nicht zugeben, dass gegen diesen Feind ein Heer gerüstet werde, sondern ein Canulejus sollte es sogar wagen dürfen im Senate öffentlich auszusprechen, dass wenn die Väter die von ihm gemachten Vorschläge nicht annähmen, er es zu verhindern wissen werde dass eine Truppenaushebung Statt finde!" — PM: dilectum haberi prohibiturum.

4. *quid esse aliud:* P m. 2. M. — P m. 1.: quid *est* aliud.

6. *non plebi Romanae.* — PM: non plebis romane.

raturos Capitolium atque arcem scandere posse, si patribus tribuni cum iure ac maiestate adempta animos etiam eripuerint? consules paratos esse duces prius adversus scelus civium quam adversus hostium arma.

III. Cum maxume haec in senatu agerentur, Canuleius 5 pro legibus suis et adversus consules ita disseruit: „quanto opere vos Quirites contemnerent patres, quam indignos ducerent qui una secum urbe intra eadem moenia viveretis, saepe equidem et ante videor animadvertisse, nunc tamen maxime, quod adeo atroces in has rogationes nostras coorti 10 sunt — quibus quid aliud quam admonemus cives nos eorum esse et si non easdem opes habere eandem tamen patriam incolere? altera conubium petimus quod finitumis externisque dari solet — nos quidem civitatem, quae plus quam conubium est, hostibus etiam victis dedimus — altera nihil 15 novi ferimus sed id quod populi est repetimus atque usurpamus, ut quibus velit populus Romanus honores mandet. quid tandem est cur caelum ac terras misceant, cur in me

2. *cum iure ac maiestate adempta:* PM: nisi quod M „adepta".
3. *paratos esse duces:* P m. 2. M. — P m. 1.: paratos duces.
5. *maxume:* PM] maxime.
6. *quanto opere:* PM] quantopere. — PM: *contempnerent.* Ita etiam in antiquissimo libro Med. Tacit. historiarum prima manu *autumni*, paulo recentiore *autumpni* supra scriptum legi.
8. *qui una secum urbe:* P. — M: quia una septū urbe. — P m. 1.: saepe equidem. — P: in as rogationes. m. 2.: in has. — P: cohorti sunt. M: quo horti sunt.
12. *et si non easdem opes habere eandem tamen patriam incolere:* P m. 2. M. (M m. 1.: incolore). — P m. 1.: et si non easdem opus habere eadem tamen patriā | patriam incolere.
13. *conubium:* PM] connubium. — *finitumis:* M m. 1. P] finitimis. — M m. 1.: quid finitumis. m. 2.: quod finitimis. — PM: quae plus quam conubium est.
16. *repetimus:* M m. 2. P. — M m. 1.: repimus.
17. *ut quibus uelit psr. honores mandet:* P. — M m. 1.: prō. m. 2.: pr̄. — P m. 1.: quid dandem est. m. 2.: tandem.
18. *caelum ac terras:* PM. — Harl. 1.: caelum et terras.

impetus modo pene in senatu sit factus, negent se manibus temperaturos violaturosque denuntient sacrosanctam potestatem? si populo Romano liberum suffragium datur ut quibus velit consulatum mandet, et non praeciditur spes
5 plebeio quoque — si dignus summo honore erit — apiscendi summi honoris, stare urbs haec non poterit, de imperio actum est, et perinde hoc valet „plebeius ne consul fiat“ tamquam servum aut libertinum aliquis consulem futurum dicat? ecquid sentitis in quanto contemptu vivatis?
10 lucis vobis huius partem si liceat adimant: quod spiratis quod vocem mittitis quod formas hominum habetis, indignantur: quin etiam — si dis placet — nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. obsecro vos, si non ad fastos non ad conmentarios pontificum admittimur — nec ea quidem sci-
15 mus quae omnes peregrini etiam sciunt, consules in locum regum successisse nec aut iuris aut maiestatis quicquam habere quod non in regibus ante fuerit? en numquam credi-

3. *si pr. liberum suffragium datur:* PM. — M: et ñ pretiditur spes.

5. *apiscendi summi honoris:* PM Harl. I. Leid. I. — M: *urbs haec.* dein eadem m. 1.: *urbis haec:* quam formam huius vocis et alias in antiquis libris repperi. — M: de imperio factum est. — P m. 1.: et post inde hoc ualet. m. 2.: et pinde.

7. *plebeius ne consul fiat:* P. — M: plebeius ne*c* consul fiat. — Alii *plebeiusne.* „Und läuft das was die Patricier wollen, dass nur kein Plebejer Consul werde, darauf hinaus, als ob jemand einen Sklaven oder Freigelassenen zum Consulat befördert wissen wollte?“ — P m. 1.: tāquā serum. m. 2.: seruum. M: „tāquā seruum aut | aut libertinū“ cet.

9. *ecquid sentitis.* — P: ecquid. M et rell. codd.: et quid.

12. *si dis placet:* PM] si diis placet. — M m. 1.: aiund ee. m. 2.: aiunt. — M: obseco. m. 2.: obsero (littera *c* expuncta).

14. *pontificum:* PM. — Harl. I.: pontificium.

— *nec ea quidem:* PM („wissen wir da *auch* das nicht einmal“)] ne ea quidem. — *Si* tamen cum Perizonio pro *etsi* accipi non debet.

17. *en numquam creditis fando auditum esse* („glaubt ihr denn, dass es uns *nie* zu Ohren gekommen“): Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.] en unquam cet. — M: en umquam

is fando auditum esse, Numam Pompilium non modo non patricium sed ne civem quidem Romanum ex Sabino agro accitum populi iussu patribus auctoribus Romae regnasse? 2. deinde Tarquinium non modo Romanae sed ne Italicae quidem gentis Demarati Corinthi filium incolam ab Tarqui- 5

creditis. P m. 1.: enimquā creditis. m. 2. supra *im* scriptum est *n*. — I. Fr. Gronovius eis omnibus locis, ubi simili ratione scriptum est, *en umquam* restituendum esse censuit; eumque recentiores secuti sunt. nec tamen vir doctissimus animadvertisse videtur, non semper eandem horum locorum rationem esse. nam quem ad modum cum *dubito an* modo *umquam* modo *numquam* et utrumque diverso sensu coniungi poterat, sic non modo *en umquam* sed etiam *en numquam* scribebatur. particulis *en umquam* igitur scriptores veteres utebantur, cum aliquid summo quidem cum studio appeteretur, sed cum tot tantaeque difficultates intercedere viderentur, ut qui rebus ipsis intererant, vix sibi viderentur voti sui compotes fieri posse. verum si quid iam actum erat sed e memoria videbatur excessisse, dicebatur *en numquam* maiore quadam vi ab eis qui homines eius ipsius rei admonitos voluerunt. Cf. 10, 8.: en *numquam* fando audistis, patricios primo esse factos non de caelo demissos („habt ihr denn *nie* gehört"). Contra vero recte scriptum est 24, 14.: senserat tamen hibernis egrediens murmur in agmine esse quaerentium, en *umquam* (Put. m. 1.) liberi militaturi essent („ob sie denn *je* als freie Männer dienen würden"). 9, 10.: en *umquam* futurum ut congredi armatis cum Samnite liceat („o dass es doch bald dahin komme"). 30, 21.: quotiens in conciliis voces manus ad caelum porgentium auditas, en *umquam* (Put. m. 1.) ille dies futurus esse cet.: (ob denn *je* der Tag erscheinen würde").

1. *non modo non patricium:* PM. — P m. 1.: acsitum. m. 2.: accitum.

3. *patribus auctoribus:* Lipsiensis cod. — P: patribus rome regnasse. M: patribus ro | mae regnasse.

4. *non modo Romanae sed ne Italicae quidem gentis:* P] non Romanae modo sed cet. (M Harl. 1. Leid. 1.). Cf. 1, 40.: „regnare Romae advenam non modo vicinae sed ne Italicae quidem stirpis".

5. *Demarati Corinthi filium*] Damarati Corinthii filium. — PM: demarathi corinthi (P: chorinthi) filium. — Harl. 1.: Damarathi. Cf. 1, 34.: Demarati. — *ab Tarquiniis:* P. — M: a tarquiniis.

niis vivis liberis Anci regem factum? Servium Tullium post hunc captiva Corniculana natum — patre nullo matre serva — ingenio virtute regnum tenuisse? quid enim de T. Tatio Sabino dicam, quem ipse Romulus parens urbis in societa-
5 tem regni accepit. ergo dum nullum fastiditur genus in quo eniteret virtus, crevit imperium Romanum. paeniteat nunc vos plebei consulis, cum maiores nostri advenas reges non fastidierint et ne regibus quidem exactis clausa urbs fuerit peregrinae virtuti? Claudiam certe gentem post reges exa-
10 ctos ex Sabinis non in civitatem modo accepimus sed etiam in patriciorum numerum. ex peregrinone patricius deinde consul fiat — civis Romanus si sit ex plebe, praecisa consulatus spes erit? utrum tandem non credimus fieri posse ut vir fortis ac strenuus pace belloque bonus ex plebe sit
15 Numae L. Tarquinio Ser. Tullio similis: an ne si sit quidem ad gubernacula rei publicae accedere eum patiemur potiusque decemviris — teterrimis mortalium, qui tamen omnes ex patribus erant — quam optimis regum novis hominibus similis consules sumus habituri?"

20 IV. „At enim vero nemo post reges exactos de plebe

2. *patre nullo matre serua:* PM. — Cf. Hor. serm. 1, 6. 7.: „cum referre negas, quali sit quisque parente natus, dum ingenuus: persuades hoc tibi vere, ante potestatem Tulli atque ignobile regnum multos saepe viros nullis maioribus ortos et vixisse probos amplis et honoribus auctos". — PM: *ingenio uirtute regnum tenuisse.*

5. *in quo eniteret uirtus:* M m. 2. P. — M m. 1.: enuteret.

6. *peniteat nunc uos plebei consulis:* P. — M: paeniteat uos | plebei consulis. — Bekk.: plebeii.

13. *non credimus fieri posse:* PM. — M: Nummę.

15. *an ne si sit quidem:* P. — M: anne sit quidem. — PM: ad gubernacula. — M: reip. accedere cū paciemur.

17. *teterrimis:* M. — P: tęterrimus. m. 2.: mis.

— *qui tamen omnes:* Leid. u. Portug. — P et rell. codd.: qui tum omnes. M: q̃ tum | omnes. — P: erant quasi optimis.

19. *similis consules:* M] similes (P).

20. *at enim uero:* P m. 1.] at enim (P m. 2. M). — P: multa enim nondum sunt facta.

consul fuit. quid postea? nullane res nova institui debet, et quod nondum est factum — multa enim nondum sunt facta in novo populo — ea ne si utilia quidem sunt fieri oportet? pontifices augures Romulo regnante nulli erant: a Numa Pompilio creati sunt. census in civitate et descriptio 5 centuriarum classiumque non erat: ab Ser. Tullio est facta. consules numquam fuerunt: regibus exactis creati sunt. lictatoris nec imperium nec nomen fuerat: apud patres esse coepit. tribuni plebi aediles quaestores nulli erant: institutum est ut fierent. decemviros legibus scribendis intra de- 10 cem hos annos et creavimus et e re publica sustulimus. quis dubitat quin in aeternum urbe condita in inmensum crescente nova imperia sacerdotia iura gentium hominumque instituantur? hoc ipsum ne conubium patribus cum plebe esset — non decemviri tulerunt paucis his annis pes- 15 simo exemplo publico cum summa iniuria plebis? an esse illa maior aut insignitior contumelia potest quam partem civitatis velut contaminatam indignam conubio haberi? quid est aliut quam exilium intra eadem moenia quam relegationem pati? ne adfinitatibus ne propinquitatibus inmisceamur 20

3. *ne si utilia quidem sunt:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] ne si utilia quidem sint. Cf. 3, 2.: dederit.
4. *a Numa:* M] ab Numa (P). — M: pampilio creata sunt.
6. *classiumque:* P m. 2. M. — P m. 1.: classi | usque.
7. *consules numquam fuerunt:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] consules nunquam fuerant.
9. *tribuni plebi:* PM Harl. 1. Leid. 1. — PM: questores.
12. *in aeternum urbe condita in inmensū crescente:* PM.
14. *conubium:* PM] connubium.
15. *pessimo exemplo publico:* M cod. Rhen. Harl. 1.] pessimo [exemplo] publico. — P: pessimo exemplo cum summa iniuria plebis. — I. Fr. Gron. *exemplo* deletum voluit, nec est infitiandum, *pessimum publicum* apud Livium saepe legi (cf. 2, 1.): verum tamen h. l. Livius videtur id ipsum dicere voluisse, *pessimo exemplo* fore latam eam ab decemviris legem, quod non deforent qui similes leges plebi iniungere vellent.
17. *insignitior:* P m. 1. M cod. Rhen. Leid. 1. — P m. 2.: insignior. — PM: conubio. — P m. 1.: quid est aliut quam exilium intra eadem moenia quam legationem. m. 2.: *aliud* et *relegationem.*
20. *inmisceamur caueant:* PM

caveant, ne societur sanguis! quid — hoc si polluit nobilitatem istam vestram, quam plerique oriundi ex Albanis et Sabinis non genere nec sanguine sed per cooptationem in patres habetis aut ab regibus lecti aut post reges exactos
5 iussu populi — sinceram servare privatis consiliis non poteratis nec ducendo ex plebe neque vestras filias sororesque ecnubere sinendo e patribus? nemo plebeius patriciae virgini vim adferret: patriciorum ista lubido est. nemo invitum pactionem nuptialem quemquam facere coegisset: ve-
10 rum enim vero lege id prohiberi et conubium tolli patrum ac plebis, id demum contumeliosum plebi est. cur enim non confertis ne sit conubium divitibus ac pauperibus? quod privatorum consiliorum ubique semper fuit ut in quam cuique feminae convenisset domum nuberet, ex qua pactus es-
15 set vir domo in matrimonium duceret, id vos sub legis superbissumae vincula conicitis, qua dirimatis societatem civi-

cod. Rhen. Harl. I. al.] immisceamur cavent. — *Caveant* rectissime se habet. pertinet enim haec sententia ad illam sequentem „verum enim vero lege id prohiberi contumeliosum plebi est". „Mögen sie immerhin darauf bedacht sein, dass sich unser Blut durch eine Heirath nicht mit dem ihren vermische! Denn, wenn das jenen euren eingebildeten Adel befleckt, nun so — Nur dass jede Annäherung an euch durch ein Gesetz uns unmöglich gemacht werde, das können wir nicht ertragen". — P m. 1.: atfinitatibus. — P m. 1.: ne sotietur. — M: nobilitatem iustā | uīam. — P: qum plerique. — M: plerique oriundū ex albanis. — P m. 1.: ex albinis.

4. *ab regibus lecti:* PM. — Alii: a regibus. — *iussu populi:* cf. Dionys. 5, 40.: ἀφ' ὧν ἥ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος εἴς τε τοὺς κατρικίους αὐτὸν (Τίτον Κλαύδιον) ἐνέγραφεν.

6. *sororesque ecnubere.* — P: ænubere. M: etnubere. — Cf. 3, 11.: ecquid.

8. *ista lubido est:* M m. 1.] ista libido est (M m. 2. P).

9. *pactionem:* M m. 2. P. — M m. 1.: actionem. — P: nuptialem. q. quam facere. m. 2.: quēquam.

10. *conubium:* PM] conn. — P: „plebi est curent non confertis". h. e. curenī.

14. *ex qua pactus esset:* PM. — M: esseturdomo. m. 2.: uir. P: uir dono.

15. *superbissumae:* P. In Laurishamensi libro haec superlativi forma persaepe reperitur.

lem duasque ex una civitate faciatis. cur non sancitis ne vicinus patricio sit plebeius nec eodem itinere eat, ne idem convivium ineat, ne in foro eodem consistat? quid enim in re est aliut, si plebeiam patricius duxerit si patriciam plebeius? quid iuris tandem immutatur? nempe patrem secun- 5 tur liberi. nec quod nos ex conubio vestro petamus quicquam est praeter quam ut hominum ut civium numero simus: nec vos nisi in contumeliam ignominiamque nostram certare iuvat, quod contendatis quicquam est".

V. „Denique utrum tandem populi Romani an ve- 10 strum summum inperium est? regibus exactis utrum vobis dominatio an omnibus aequa libertas parta est? oportet licere populo Romano si velit iubere legem, an ut quaeque rogatio promulgata erit, vos dilectum pro poena decernetis? et simul ego tribunus vocare tribus in suffragium coepero, 15 tu statim consul sacramento iuniores adiges et in castra educes et minaberis plebi minaberis tribuno? quid — si non quantum istae minae adversus plebis consensum valerent, bis iam experti essetis? scilicet quia vobis consultum

1. *duasque ex una ciuitate:* P. — M: ciuitates. Cf. 3, 9.: duos pro uno dominos. — M: „cur n̄ sancti | tis ne † uicinus patritio". Post *ne* aliquid erasum est.
2. *nec eodem itinere eat:* PM al.] ne eodem cet. — P: aliut. — P: plebeeius.
5. *immutatur:* M] mutatur (P). — PM: secuntur. — PM: ex conubio.
8. *ignominiamque nostram:* PM. — Leid. I. al.: uestram. — P m. 1.: certare iubx. m. 2.: iuuat.
10. *denique utrum tandem pr. an.:* PM.
12. *oportet licere p̄. r. si uelit:* PM. — Voss. II.: populum romanum.
14. *uos dilectum* (PM) *pro poena decernetis:* M. — P: decernitis.
15. *et simul ego tribunus uocare tribus in suffragium coepero tu statim consul:* P. — M: et simul ergo tribunus uocare tribus in suffragium coeperit ut statim consul. — P m. 1.: in castre duces. m. 2.: in castra educes.
17. *quid si non quantum istae minae:* M. — P: quid si nunquam tum ista emine.
19. *quia uobis consultum uolebatis:* PM al.] quia nobis cet. — „Als ob ihr nicht zwei

volebatis, certamine abstinuistis: — an ideo non est dimicatum, quod quae pars firmior eadem modestior fuit? nec nunc erit certamen Quirites. animos vestros illi temptabunt semper, vires non experientur. itaque ad bella ista — seu
5 falsa seu vera sunt — consules, parata vobis plebes est, si conubiis redditis unam hanc civitatem tandem facitis, si coalescere si iungi miscerique vobis privatis necessitudinibus possunt, si spes si aditus ad honores viris strenuis et fortibus datur, si in consortio si in societate re publicae esse,
10 si — quod aequae libertatis est — in vicem annuis magistratibus parere atque imperitare licet. si haec inpediet aliquis, ferte sermonibus et multiplicate fama bella — nemo est nomen daturus, nemo arma capturus, nemo dimicaturus pro superbis dominis, cum quibus nec in re publica hono-
15 rum nec in privata conubii societas est".

VI. Cum in contionem et consules processissent et res a perpetuis orationibus in altercationem vertissent, interroganti tribuno cur plebeium consulem fieri non oporteret, ut fortasse vere sic parum utiliter in praesens certamen
20 respondit, quod nemo plebeius auspicia haberet, ideoque decemviros conubium diremisse ne incerta prole auspicia turbarentur. plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod

Mal schon erfahren hättet, was jene eure Drohungen gegen den festen Willen des Volkes vermöchten! Natürlich weil ihr für euer Leben fürchtetet, standet ihr vom Streite ab: — oder ist vielmehr darum der Kampf nicht fortgesetzt worden, weil der stärkere Theil auch zugleich der gemässigtere war?" —

5. *parata uobis plebes est:* PM. — PM: conubiis. — M: unā haec ciuitatem. m. 2.: unā hāc.

9. *si in societate rep. esse:* M] si in societate reip. esse (P). Cf. T. Livi prooemium. al. — P m. 1.: imperitale. m. 2.: imperitare.

11. *si haec inpediet:* PM. — P: inpediæ. Harl. 1.: inpedit. — M m. 1.: famā. m. 2.: fama. — P: cum quibus nec in replublice (m. 2.: ca). M: nec in rp.

16. *in contionem:* PM. — P m. 1.: aeres. m. 2.: æres.

17. *uertissent:* Mal.] vertisset (P).

20. *respondit* (scil. alter consul): PM. — PM: conubium.

22. *plebes ad id maxime indi-*

i tamquam invisi diis inmortalibus negarentur posse:
: finis contentionum fuit, cum et tribunum acerri-
ictorem plebes nacta esset et ipsa cum eo pertina-
aret, quam victi tandem patres ut de conubio ferre-
cessere, ita maxime rati contentionem de plebeis 5
us tribunos aut totam deposituros aut post bellum
esse, contentamque interim conubio plebem para-
ectui fore. cum Canuleius victoria de patribus et
avore ingens esset, accensi alii tribuni ad certamen
atione sua summa vi pugnant et crescente in dies 10
Hi dilectum inpediunt. consules, cum per senatum
entibus tribunis nihil agi posset, consilia principum
abebant. apparebat aut hostibus aut civibus, de vi-
oncedendum esse. soli ex consularibus Valerius at-
ratius non intererant consiliis. C. Claudi sententia 15
armabat in tribunos, Quintiorum — Cincinnatique
ulini — sententiae abhorrebant a caede violandis-
s foedere icto cum plebe sacrosanctos accepissent.

one exarsit: M. — P:
s ad id maxime indigna-
quod auspicari.
uam inuisi diis inmor-
is (M: immort.): PM. —
negante" pro „*nec ante*".
s nacta: PM. — M: per-
a. — M m. 1.: „de cu-
feretur". eadem m. 1.:
io. — P: conubio.
essere: M cod. Rhen.]
nsere (P). — Cod. Rhen.:
nsere concessere. M: con-
serere. concessere. —
s nequaquam consense-
sed necessitate coacti
sserunt plebi ut de co-
ferretur. — P: ita ma-
rati contionem de pleis
libus. M: de plebeis con-
is. — P: contemptamque
interim conubio. M: conubio.
— PM: dilectui fore.

8. *uictoria:* P. — M: uictoriā.

11. *fama belli dilectum inpediunt:* P. — M: fama dilectum.

12. *nihil agi posset:* P. — M: possit.

— *consilia principum:* PM et rell. codd.] concilia (I. Fr. Gron.) principium. — Cf. 2, 54.: consilia.

13. *apparebat aut:* P. — M: apparebat ut hostibus aut ciuibus de uictoria concedendum ēē (m. 2.: ēēt).

15. *C. Claudi sententia:* PM] C. Claudii sententia. — M: tribunos quintia | norum cincinnatiq. et capitulini.

per haec consilia eo deducta est res ut tribunos militum consulari potestate promiscue ex patribus ac plebe creari sinerent, de consulibus creandis nihil mutaretur. eoque contenti tribuni contenta plebs fuit. comitia tribunis consulari potestate tribus creandis indicuntur. quibus indictis extemplo quicumque aliquid seditiose dixerat aut fecerat, quam maxime tribunicii, et prensare homines et concursare toto foro candidati coepere, ut patricios desperatio primo inritata plebe apiscendi honoris, deinde indignatio si cum his gerendus esset honos deterreret: postremo coacti tamen a primoribus petiere ne cessisse possessione rei publicae viderentur. eventus eorum comitiorum docuit alios animos in contione libertatis dignitatisque alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse: tribunos enim omnes patricios creavit populus contentus eo quod ratio habita plebeiorum esset. hanc modestiam aequitatemque et altitudi-

1. *deducta est res:* PM et rell.] deducta res est. — P: promiscuae. — M: creati. m. 2.: creari.
4. *contenta:* M. — P: contempta. — M m. 1.: inducuntur. m. 2.: indicuntur.
6. *quam maxime.* — PM et rell. codd.: *hunc quam maxime.* Sigonius scribi voluit „hinc quam maxime“: sed initio videtur fuisse aut *tum* aut *cum:* h. e. vel *cum maxime* vel *quam maxime.* — PM: prensare homines. — P m. 1.: caepere.
9. *apiscendi honoris:* P. — M: adpiscendi.
10. *gerendus:* PM. — Voss. II.: gerundus.
11. *petiere:* P. — M m. 1.: petire. m. 2.: petere. — M: possessione r. p̄. — P: possessione reiplublice.
13. *in contione:* PM et rell. codd.] in contentione. — *Libertatis dignitatisque* cohaerent cum *alios animos* simili fere modo quo 3, 59. „totum plebis esse“ dictum est. nolim enim suppleri verbum (h. l. *tuendae* vel sim.) in his dicendi generibus praesertim apud Livium qui eo genitivo uti soleat. „Der Ausgang der Comitien lehrte, dass sich die Gemüther in der Volksversammlung, wenn es sich um die Aufrechthaltung der Freiheit und Würde handelt, ganz anders zeigen, als wenn die Leidenschaften schweigen und sich ein unbefangenes Urtheil wieder geltend machen kann“. — M: libertati dignitatisq. — P m. 1.: ratio habita pleiorum. m. 2.: plebeiorum.
16. *et altitudinem animi:* P. —

nem animi ubi nunc in uno inveneris, quae tum populi universi fuit!

VII. Anno trecentesimo decimo quam urbs Roma condita erat, primum tribuni militum pro consulibus magistratum ineunt A. Sempronius Atratinus L. Atilius T. Cloelius, 5 quorum in magistratu concordia domi pacem etiam foris praebuit. sunt qui propter adiectum Aequorum Volscorumque bello et Ardeatum defectioni Veiens bellum, quia duo consules obire tot simul bella nequirent, tribunos militum res creatos dicant sine mentione promulgatae legis de con- 10 sulibus creandis ex plebe, et imperio et insignibus consularibus usos. non tamen pro formato iam stetit magistratus eius ius, quia tertio mense quam mierunt augurum decreto perinde ac vitio creati honore abiere, quod C. Curtius, qui comitiis eorum praefuerat, parum recte tabernaculum cepis- 15 et. Legati ab Ardeatibus Romam venerunt ita de iniuria que-

M: et habitudinē animi. — P m. 1.: quae *d*um populi *h*uniuersi fuit. m. 2.: *tum* et *uniuersi*.

3. *anno trecentesimo decimo quam urbs:* M. — P: anno trecentesimo | quam urbs. — M: a. sempronius. a. tratinus. — P m. 1.: l. *t*atilius. t. cecilius. M: „l. atilius. t. caecilius". Sigonius videtur recte scripsisse hoc tertio loco „T. Cloelius", cum Caecilia gens plebeia fuerit. Dionysius 11, 62. hunc virum sec. Vatic. cod. nominat Τίτον Κλούλιον Σικελόν. et apud Livium 6, 31. reperitur „Q. Cloelius Siculus". 4, 11. quidem scriptum est in optt. libris „T. Cluilius Siculus", sed *Cluilius* idem videtur nomen esse quod *Cloelius*. Cf. 1, 30.: „principes Albanorum in patres legit Tullios Servilios . . Cloelios".

8. *Ardeatum:* M] Ardeatium (P). Cf. T. Livi l. xxx. p. xci. 31. — *Veiens bellum:* PM. — P m. 1.: ex plebem.

12. *pro formato:* PM et rell. codd.] pro firmato. — *Formari* videtur a Livio eodem sensu scriptum esse quo alias verbo *fundari* usus est (3, 56. 60. al.). cf. 1, 45.: formatis omnibus domi et ad belli et ad pacis usus. — M: eius uis. — P: augurum decreto *post* inde ac. — P m. 1. M m. 1.: honore *h*abiere. — P: „quod. c. curiatius qui comitiis" cet. M: „quod centū curiatius qui comitiis". Cf. 4, 1. — P: caepisset.

16. *legati ab Ardeatibus:* M]

rentes ut, si demeretur ea, in foedere atque amicitia mansuros restituto agro appareret. ab senatu responsum est iudicium populi rescindi ab senatu non posse — praeterquam quod nullo nec exemplo nec iure fieret — concordiae etiam ordinum causa. si Ardeates sua tempora expectare velint arbitriumque senatui levandae iniuriae suae permittant, fore ut postmodo gaudeant se iram moderatos sciantque patribus aeque curae fuisse ne qua iniuria in eos oreretur ac ne orta diuturna esset. ita legati cum se rem integram relaturos dixissent, comiter dimissi. Patricii, cum sine curuli magistratu res publica esset, coiere et interregem creavere. contentio, consulesne an tribuni militum crearentur, in interregno rem dies conplures tenuit. interrex ac senatus consulum comitia, tribuni plebis et plebs tribunorum militum ut habeantur tendunt. vicerunt patres, quia et plebs patriciis seu hunc seu illum delatura honorem frustra certare supersedit, et principes plebis ea comitia malebant quibus non haberetur ratio sui quam quibus ut indigni praeterirentur. tribuni quoque plebi certamen sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. T. Quinctius Barbatus interrex consules creat Lucium Papirium Mugilanum L. Sempronium Atratinum. his consulibus cum Ardeatibus foedus renovatum est: idque monumenti est con-

legati ab Ardea. — P: legati ab ardea*t* romam. Cf. 5, 33. al.

4. *nullo nec exemplo nec iure:* P. — M: nullo haec exemplo nec iure. — P: p̄tquā. — M: senatui | leuan leuandae iniuriae. — P: postmodo.

7. *se iram moderatos:* P] se irae moderatos. Cf. 42, 62. — M: permittant | fore moderatos sciantq. — PM Harl. 1. Leid. 1.: *oreretur.*

10. *comiter dimissi:* P m. 2. M. — P m. 1.: comitér dimiter dimisit.

11. *curuli:* P m. 2. M. — P m. 1.: curili. — M: r̄p. ēēt coiere et interregem. P: resp̄. esset colere & interregem. — M: consulesne | ante tribuni. M: in interregnorum dies conplures. — PM: tr̄. p̄l. et plebs.

18. *ratio sui:* Lips. Gaerta. — PM: ratio sua. — P: preterirent. — P m. 1.: certamen.

19. *tribuni quoque plebi:* PM al.

20. *T. Quinctius:* P. — M: reliquere*tur* quintius. — P: lucium papyrium mugilanum. M: mugilanum.

ules eos illo anno fuisse, qui neque in annalibus priscis
neque in libris magistratuum inveniuntur. credo quod tri-
buni militum initio anni fuerunt, eo perinde ac si totum an-
num in imperio fuerint, suffectis iis consulibus praetermissa
nomina consulum horum. Licinius Macer auctor est et in 5
foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae inventa. et
foris, cum tot terrores a finitimis ostentati essent, et domi
otium fuit.

VIII. Hunc annum — seu tribunos modo seu tri-
bunis suffectos consules quoque habuit — sequitur annus 10
haud dubiis consulibus M. Geganio Macerino iterum T. Quin-
ctio Capitolino quintum consule. idem hic annus censurae
initium fuit, rei a parva origine ortae, quae deinde tanto
incremento aucta est ut morum disciplinaeque Romanae pe-
nes eam regimen, senatus equitumque centuriae decoris de- 15
decorisque discrimen sub dicione eius magistratus, publico-
rum ius privatorumque locorum vectigalia populi Romani
sub nutu atque arbitrio essent. ortum autem initium est

3. *perinde:* M. — P: postinde.
4. *suffectis iis consulibus:* PM. „Nachdem *an ihre Stelle* Consuln gewählt worden". Bekk.: suffectis his consulibus.
6. *ad Monetae:* PM. — PM: inuente & foris.
7. *ostentati essent:* M. — P: ostenti essent. — M: ocium.
9. *quintum consule:* PM Harl. I. Leid. I. al.] quintum consulibus. — P: „t. quinctio capitolino quintum consule. id est hic annus": habebat igitur librarius *idē* pro *id ē*.
5. *centuriae:* Voss. II. — PM Harl. I. Leid. I. al.: *centuriis*. — Alii: centuriarum. — P: decoris decorisque discrimen.
5. *sub ditione eius magistratus:* M. — P: sub conditione. m. 2.: sub condicione. — M: publicorum priuatorūq. | locorum. — PM: uectigalia pr. sub nutu atque arbitrio essent. — Cf. Cicer. de leg. 3, 3. 7.: „censores populi aeuitates suboles familias pecuniasque censento. urbis templa uias aquas aerarium uectigalia tuento populique partes in tribus distribuunto. exin pecunias aeuitates ordines partiunto. equitum peditumque prolem describunto. caelibes esse prohibento. mores populi regunto. probrum in senatu ne relinquunto. bini sunto. magistratum quinquennium habento".
18. *initium est rei:* P et rell.] initium rei est. — M: „initiū sunt rei". sed littera *n* in

rei, quod in populo per multos annos incenso neque differri census poterat neque consulibus, cum tot populorum bella imminerent, operae erat id negotium agere. mentio inlata ad senatum est rem operosam ac minime consularem suo
5 proprio magistratu egere, cui scribarum ministerium custodiaeque et tabularum cura, cui arbitrium formulae censendi subiceretur. et patres quamquam rem parvam tamen quo plures patricii magistratus in re publica essent, laeti accepere, id quod evenit futurum credo etiam rati, ut mox opes
10 eorum qui praeessent ipsi honori ius maiestatemque adicerent. et tribuni id quod tunc erat magis necessarium quam

sunt erasa est. in antiquiore igitur libro sine dubio scriptum erat *initium'st rei.* — P: neque in consulibus.

3. *mentio inlata ad senatum est*] mentio illata ab senatu est (M). — P: *mentio inlata ab senatum est:* h. e. *ad senatum.* vix enim dici potest, quotiens praepositiones *ab* et *ad* in vicem permutatae a librariis sint. nec minus notum est, Livium praepositione *ad* loco dativi persaepe usum esse (cf. 2, 13.: ad propinquos restituit. 24, 47. al.): quamquam hoc loco alia quaedam vis in praepositione *ad* inest. hac enim voce scriptores diligentiores in similibus rebus utebantur, cum penes eum ad quem aliqua res deferebatur, rei inlatae iudicium et potestas esset: atque hoc ipsum discrimen inter praepositiones *ad* et *apud* intercedebat: (cf. 3, 9.: ad plebem criminari. 30, 1.: ad populum suadendi ac dissuadendi locus. Cic. pro Lig. 10.: „ad parentem sic agi solet: ad iudices". de leg. agr. 3, 2.: „neque apud vos ante feci mentionem"). Denique *inlata* (non *facta*, *habita*) a Livio eodem sensu scriptum est quo 4, 1.: „*mentio* primo *sensim inlata* a tribunis". Cf. 3, 43.: „secessionisque mentiones *ad* vulgus militum sermonibus occultis serentem". al. — Pighius scribendum coniecit: „mentio illata ab *consulibus in* senatu est". consules enim eius rei auctores fuisse Dionys. 11, 63. dicit. — M: arbitrium formulae censendi. — PM: subiceret².

8. *in rep̄. essent:* M. — P: in rp̄ essent.

10. *ipsi honori ius maiestatemque adicerent:* P. — M: ipsi honorius mai. cet.

11. *id quod tunc erat magis necessarium:* PM al.] id quod tunc erat, magis necessariam cet. — *Magis* et ad *necessarium* et ad *intuentes*

speciosi ministerii procurationem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haut sane tetendere. cum a primoribus civitatis spretus honor esset, Papirium Semproniumque — quorum de consulatu dubitabatur — ut eo magistratu parum solidum consulatum explerent, censui agendo populus suffragiis praefecit. censores ab re appellati sunt.

IX. Dum haec Romae geruntur, legati ab Ardea veniunt pro veterrima societate renovatoque foedere recenti auxilium prope eversae urbi inplorantes. frui namque pace optimo consilio cum populo Romano servata per intestina arma non licuit, quorum causae atque initium traditur ex certamine factionum ortum, quae fuere eruntque pluribus populis magis exitio quam bella externa quam fames morbive quaeque alia in deum iras velut ultima publicorum malorum vertunt. virginem plebei generis maxime forma notam petiere iuvenes alter virgini genere par tutoribus fretus qui et ipsi eiusdem corporis erant, nobilis alter nulla re praeter quam forma captus. adiuvabant eum optumatium studia, per quae in domom quoque puellae certamen partium

referendum est: „mehr auf das was für den Augenblick ihre Aufmerksamkeit zu fordern schien als auf die Verwaltung eines Scheinamtes achtend". — M: aut sane tetendere.

4. *dubitabatur:* PM al.] dubitatur. — Dubitatum enim erat de horum consulum magistratu antequam nomina eorum in foedere Ardeatino et in linteis libris ad Monetae inventa erant: cf. 4, 7.

11. *cum p. r. servata:* PM. — P: post intestina arma. m. 2.: p intestina arma.

12. *quorum causae atque initium:* M] quorum causa cet. (P). — M: ex certamine sociorum] ortū.

13. *fuere eruntq.:* P Leid. 1. al.] fuerunt eruntque (M). — *Fuere* facile poterat haberi pro *fuerit.* — P: ortumq; fuere. — M: „quaeq. alia in deos iras". sed eadem m. restituit *deū.*

16. *plebei generis:* PM] plebeii generis.

19. *optumatium:* P] optimatium (M). — Harl. 1.: optimatum. — P m. 1.: in domom. M: per qua in do | mo quoque. — *Per qua* etiam in Harl. 1. — M: iungi puellam uobat. m. 2.: uolebat.

penetravit. nobilis superior iudicio matris esse quae quam splendidissimis nuptiis iungi puellam volebat: tutores in ea quoque re partium memores ad suum tendere. cum res peragi intra parietes nequisset, ventum in ius est. postulatu audito matris tutorumque magistratus secundum parentis arbitrium dant ius nuptiarum. sed vis potentior fuit. namque tutores inter suae partis homines de iniuria decreti palam in foro contionati manu facta virginem ex domo matris rapiunt. adversus quos infestior coorta optumatium acies sequitur accensum iniuria iuvenem. fit proelium atrox. pulsa plebs — nihil Romanae plebi similis — armata ex urbe profecta colle quodam capto in agros optumatium cum ferro ignique excursiones facit, urbem quoque omnis etiam expertem ante certaminis multitudine opificum ad spem praedae evocata obsidere parat. nec ulla species cladesque belli abest velut contacta civitate rabie duorum iuvenum funestas nuptias ex occasu patriae petentium. parum parti utrique domi armorum bellique est visum. optumates Romanos ad auxilium urbis obsessae, plebs ad expugnandam secum Ardeam Vulscos excivere. priores Vulsci duce Aequo Cluilio Ardeam venere et moenibus hostium vallum obiecere. quod ubi Romam est nuntiatum, extem-

4. *intra parietes:* P. — M: inter parietes.

— *postulatu audito:* PM. — Lips. al.: postulato. — M: arbitrium dantiū nuptiarū.

6. *sed uis potentior fuit:* M. — In P excidit integer versus a *potentior* ad *coorta*, sed in margine m. 2. adscriptus est.

9. *optumatium:* P. — M: obtumatiū.

11. *nihil romanae plebi similis:* PM.

12. *optumatium:* PM] optim.

15. *euocata:* M m. 2. P. — M m. 1.: reuocata. — Leid. 1. al.: aduocata.

18. *optumates:* PM Leid. 1.] optimates. — PM: ad expugnandam secum ardeam uulscos exciuere. priores uulsci cet.

21. *Aequo Cluilio:* ed. Frob.] Aequo Cloelio. — PM Harl. 1. Leid. 1.: aequo ciuili. — Alii: aequo ciuilio. Cf. 1, 22, 23. — PM Harl. 1. al.: Ardeam uenere et moenibus hostium uallum obiecere.

22. *quod ubi Romam est nuntiatum:* P. — M: quod ubi

plo M. Geganius consul cum exercitu profectus tria milia passum ab hoste locum castris cepit praecipitique iam die curare corpora milites iubet. quarta deinde vigilia signa profert, coeptumque opus adeo adproperatum est ut sole orto Vulsci firmiore se munimento ab Romanis circumvallatos quam a se urbem viderent. et alia parte consul muro Ardeae brachium iniunxerat, qua ex oppido sui commeare possent.

X. Vulscus imperator, qui ad eam diem non commeatu praeparato sed ex populatione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem, postquam septus vallo repente inops omnium rerum erat — ad conloquium consule evocato — si solvendae obsidionis causa venerit Romanus, abducturum se inde Vulscos ait. adversus ea consul victis conditiones accipiendas esse non ferendas respondit, neque ut venerint ad oppugnandos socios populi Romani suo arbitrio ita abituros Vulscos esse. dedi imperatorem, arma poni iubet fatentes victos se esse et imperio parere. aliter tam

roma est nuntiatum. — Num *Romae'st?*

1. *III mil. passum:* PM] tria millia passuum. — P: castris caepit.

5. *Vulsci:* P. — M: Volsci firmiore se monumento a romanis.

6. *et alia parte:* PM. — Sig. et I. Fr. Gron.: ex alia parte. — M: quae ex oppido sui comeare possent.

9. *Vulscus imperator:* P m. 2. M] Volscus imp. — P m. 1.: uulscos imperator.

11. *postquam septus uallo repente inops omnium rerum erat:* P. — M: postquam septus uallo re | repente inobsoniū rerū erat. — Voss. II. al.: „repente inopem omnium rerum videt": prob. I. Fr. Gron.

12. *ad conloquium consule euocato:* P. — M: consulis euocato. — M: se inde uulscus ait. — P m. 1. M: conditiones. P m. 2.: condiciones.

15. *neque ut uenerint | ad pugnandos socios pr. suo arbitrio:* M. — P: neque ut uenerint ad oppugnandos socios suo arbitrio. — M: ita habituros uulscos esse. m. 2.: abituros.

18. *fatentes uictos se esse et imperio parere:* PM] faten-

abeuntibus quam manentibus se hostem infensum victoriam potius ex Vulscis quam pacem infidam Romam relaturum. Vulsci exiguam spem in armis — alia undique abscisa — cum temptassent, praeter cetera adversa loco quoque ini-
5 quo ad pugnam congressi iniquiore ad fugam cum ab omni parte caederentur, ad preces ab certamine versi dedito imperatore traditisque armis sub iugum missi cum singulis vestimentis ignominiae cladisque pleni dimittuntur. et cum haud procul urbe Tusculo consedissent, vetere Tusculano-
10 rum odio inermes oppressi dederunt poenas vix nuntiis caedis relictis. Romanus Ardeae turbatas seditione res principibus eius motus securi percussis bonisque eorum in publicum Ardeatium redactis composuit: demptamque iniuriam iudicii tanto beneficio populi Romani Ardeates credebant,
15 senatui superesse aliquid ad delendum publicae avaritiae monimentum videbatur. consul triumphans in urbem redit Cluilio duce Vulscorum ante currum ducto praelatisque spoliis quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat. Aequavit — quod haud facile est — Quinctius con-

tes victos se esse imperio parere. — M: aliter tam abuten | tib. quam manentib. Cf. T. Livi l. xxx. p. LXVII. VIII.

2. *ex Vulscis:* M. — P: ex uulcis.

3. *alia undique abscisa* (scil. spe): PM cod. Rhen. al.] alia undique abscissa. Cf. 4, 3.: praecisa spes. — P: uulsci exiguum spem. — M: cederentur.

6. *ad preces ab certamine uersi:* Haverc. al.] ad preces a cert. cet. (M). — P: ad preces *ad* certamine uersi: h. e. *ab.* Cf. T. Livi l. xxx. p. LXIII. 3.

10. *inermes:* P m. 2. M. — P m. 1.: inhermes.

10. *uix nuntiis caedis relictis:* PM. — Leid. I. al.: uix nuntius caedis relictus. — P m. 1.: romanis ardeæ. m. 2.: romanus. — M: turbatasedi-tione res.

14. *tanto beneficio populi r.:* PM. — M: ad delendum publicae auaritiae monimentum. Cf. prooem. T. Livi.

16. *conš. triumphans in urbem redit:* PM. — M: ciuilio duce uulscorum ante circū ducto. — — P: ciuili duce. Cf. 4, 9.: Aequo Cluilio.

19. *Quinctius cōs.:* P. — P: argati gloriam college. m. 2.: armati.

sul togatus armati gloriam collegae: qua concordiae pacisque domesticam curam iura infimis summisque moderando ita tenuit, ut eum et patres severum consulem et plebs satis comem crediderint. et adversus tribunos auctoritate plura quam certamine tenuit. quinque consulatus eodem tenore gesti vitaque omnis consulariter acta verendum paene ipsum magis quam honorem faciebant, eo tribunorum militarium nulla mentio his consulibus fuit.

XI. Consules creant M. Fabium Vibulanum Postumum Aebutium Cornicinem. Fabius et Aebutius consules quo maiori gloriae rerum domi forisque gestarum succedere se cernebant — maxime autem memorabilem annum apud finimos socios hostesque esse quod Ardeatibus in re praeciniti tanta foret cura subventum — eo inpensius ut delerent prorsus ex animis hominum infamiam iudicii, senatus consultum fecerunt ut, quoniam civitas Ardeatium intestino tumultu redacta ad paucos esset, coloni eo praesidii causa adversus Vulscos scriberentur. hoc palam relatum in tabu-

1. *qua:* PM Leid. I. al.] qui (Harl. II. al.). — Harl. I.: quia. — In universum quidem hoc *qua* pro *qua ratione* dictum accipi potest: quamquam ille ablativus feminini generis multo plura complectebatur. sic etiam *qua-qua* pro *et-et* dicebatur (2, 35. al.). cf. T. Livi l. XXX. p. XCVII. 26.
— *concordiae pacisque domesticam curam:* PM Harl. I. Leid. I. al.] concordiae pacisque domesticae curam (Iac. Gron.). Cf. 1, 1.: ad maiora rerum initia. 1, 9.: uiolati hospiti foedus. al.
3. *ut eum et patres seuerum consulem et plebs satis comem:* P. — M: ita tenuit | et patres et seuerū consulem et plebs | comem. — PM: *crediderint.* — P: quam certamin*a* tenuit.
7. *tribunorum militarium nulla mentio:* M. — P: tribunorum militarium nunc lamentatio his consulibus fuit.
9. *Postumum Aebutium Cornicinem:* PM. — P: succedere *re*cernebant. m. 2.: se.
12. *memorabilem annum:* P. — M: memorabile mānū. — P: hostemque esse. m. 2.: hostesque esse.
15. *s. c. fecerunt ut qm̄ ciuitas:* PM. — PM: coloni eo praesidii causa aduersus uulscos scriberentur. — P: hoc palam relat*am*. m. 2.: relatum.

las, ut plebem tribunosque falleret iudicii rescindendi consilium initum. consenserant autem ut — multo maiore parte Rutulorum colonorum quam Romanorum scripta — nec ager ullus divideretur nisi is qui interceptus iudicio in-
5 fami erat, nec ulli prius Romano ibi quam omnibus Rutulis divisus esset, gleba ulla agri adsignaretur. sic ager ad Ardeates rediit. triumviri ad coloniam Ardeam deducendam creati Agrippa Menenius T. Cloelius Siculus M. Aebutius Elva: qui — praeter minime populare ministerium — agro
10 adsignando sociis quem populus Romanus suum iudicasset cum plebem offendissent, ne primoribus quidem patrum satis accepti, quod nihil gratiae cuiusquam dederant, vexationes, ad populum iam die dicta ab tribunis, coloni adscripti remanendo in colonia quam testem integritatis iustitiaeque
15 habebant vitavere.

XII. Pax domi forisque fuit et hoc et insequente anno C. Furio Pacilo et M. Papirio Crasso consulibus. ludi ab

1. *iudicii rescindendi consilium initum:* PM.
6. *gleba ulla agri adsignaretur:* P m. 2., cum m. 1. *gelba* fuisset. — M: asignaretur.
8. *T. Cloelius Siculus:* cf. 4, 7. — PM: t. cluilius siculus. — P: m. ebutius helus. M: m̄. ebucius elus.
9. *praeter minime populare ministerium:* PM Harl. 1. Leid. 1. al. } per minime cet. (cod. Sig. Haverc.). — P: preter. M: preter. „Die — abgesehen davon dass ein solches Geschäft überhaupt nicht geeignet ist die Gemüther zu gewinnen — als sie dadurch dass sie das Gebiet, welches das röm. Volk für sein Eigenthum erklärt hatte, den Bundesgenossen überwiesen, die Plebejer vollends gegen sich eingenommen hatten“: u. s. w. Cf. 4, 10.: praeter. — PM: quem. pr. suum iudicasset.
13. *die dicta ab tribunis:* PM. — Harl. 1. al.: a tribunis.
— *coloni adscripti:* P Harl. 1. Leid. 1. al. Coniungenda igitur sunt „coloni adscripti vitavere vexationes remanendo in colonia“ cet. — M: coloni adscri*bitū*. Cf. T. Livi l. xxx. p. xcix. 17. — M: in colonia *con*testem integritatis.
16. *et hoc et insequente anno:* PM Harl. 1.
17. *C. Furio Pacilo:* Sig. — P: c. furio pacilio & m. papyrio crasso cōs. — M: c̄. furio |. p̄. et m̄. papirio crasso cōs. ludi ad. x. uiris. m. 2.: a. x. uiris. — PM: a patribus ex s. c. uoti.

decemviris per secessionem plebis a patribus ex senatus consulto voti eo anno facti sunt. causa seditionum nequiquam a Poetilio quaesita, qui tribunus plebis iterum ea ipsa denuntiando factus neque ut de agris dividendis plebi referrent consules ad senatum pervincere potuit, et cum magno certamine obtinuisset ut consulerentur patres consulum an tribunorum placeret comitia haberi, consules creari iussi sunt: ludibrioque erant minae tribuni denuntiantis se dilectum inpediturum, cum quietis finitimis neque bello neque belli apparatu opus esset. Sequitur hanc tranquillitatem rerum annus Proculo Geganio Macerino L. Menenio Lanato consulibus multiplici clade ac periculo insignis, seditionibus fame regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto. unum afuit bellum externum, quo si adgravatae res essent, vix ope deorum omnium resisti potuisset. coepere a fame mala, seu adversus annus frugibus fuit seu dulcedine contionum et urbis deserto agrorum cultu: nam utrumque traditur. et patres plebem desidem et tribuni plebis nunc fraudem nunc neglegentiam consulum accusabant. postremo perpulere plebem haud adversante senatu, ut L. Mi-

2. *nequiquam:* Leid. 1. — PM: nequaquam. — P: a poetilio quaesita qui tr̄. p̄l. (cf. 3, 35. 41.). — M: a poetirio quaesita qui tr̄. p̄l. — In M fuerat m. 1.: causa seditionem.

6. *ut consulerentur patres:* M m. 2. P. — M m. 1.: ut consolarentur patres. — M: consulū ante | tribunorum.

8. *se dilectum inpediturum:* PM] se del. cet.

11. *Proculo Geganio Macerino:* PM. — P: coñss. M: cōss. — P: multiplic*ari* clade.

13. *in ceruices accepto:* PM et rell. — Haverc. *in ceruicem.*

14. *unum afuit bellum externum:* PM Harl. 1. Leid. 1. — M: quo*d* si adgrauatae.

15. *resisti* (scil. tot tantisque malis): PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. scribi voluit *sisti.* Ed. Frob.: *res sisti.*

16. *seu dulcedine contionum:* PM.

19. *neglegentiam:* PM] neglig.

— *accusabant:* M. — P: accussabant.

— *postremo perpulere plebem* (nim. tribuni pl.): PM Leid. 1. al.] postremo perpulere plebeii (Harl. 1.?). — P: hauuersante senatu. — M: praefectus anone. — P: ineumagistratu. — M m. 1.: postremo quoq. anonae.

ncius praefectus annonae crearetur, felicior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus quam ad curationem ministerii sui, quamquam postremo annonae quoque levatae haud inmeritam et gratiam et gloriam tulit. qui cum multis circa finitimos populos legationibus terra marique nequiquam missis nisi quod ex Etruria haud ita multum frumenti advectum est, nullum momentum annonae fecisset, et revolutus ad dispensationem inopiae profiteri cogendo frumentum et vendere quod usu menstruo superesset fraudandoque parte diurni cibi servitia, criminando inde et obiciendo irae populi frumentarios, acerba inquisitione aperiret magis quam levaret inopiam, multi ex plebe spe amissa potius quam ut cruciarentur trahendo animam capitibus obvolutis se in Tiberim praecipitaverunt.

XIII. Tum Sp. Maelius ex equestri ordine ut illis temporibus praedives rem utilem pessimo exemplo peiore consilio est adgressus. frumento namque ex Etruria privata pecunia per hospitum clientiumque ministeria coempto, quae credo ipsa res ad levandam publica cura annonam impedimento fuerat, largitiones frumenti facere instituit, plebemque hoc munere delenitam quacumque incideret conspectus ela-

victu suo. al. — M: criminando et obiciendae | irae. — M m. 1.: apæriret. — P: „spe amisa (m. 2.: amissa) potius *ut* quam ut“: prius *ut* erasum est.

4. *haud inmeritam et gratiam et gloriam tulit:* M Harl. 1. — P: haud inmeritam gratiam et gloriam.

5. *nequiquam:* P] nequicquam (M). — P m. 1.: haud ita multum frumenti aduentum est. m. 2.: aduectum. — PM: *ut* nullum momentum. — M: anone.

8. *profiteri cogendo frumentum:* PM cod. Rhen. Harl. 1. — Leid. 1. al.: confiteri cog. cet.

9. *usu menstruo:* P. — M: usui menstruo.

10. *partem diurni cibi:* P. — M: partem diuturni cibi. — Cf. 2, 10.: fraudans se ipse

15. *sp. melius:* PM. sed 4, 15. PM: maelium. — P m. 1.: exsequestri ordine. — P m. 1.: peiorem consilio.

18. *hospitum.* — P: per hostium clientium ministeria. M: per hostium clientiumq. — Primo videtur scriptum fuisse *hospitium.* cf. 4, 35. — M: anonam.

21. *delenitam:* P] delinitam (M). Cf. 30, 13.: delenimentis (Put.). — *quacūque incideret* (scil. in

usque supra modum hominis privati secum trahere, haud lubium consulatum favore ac spe despondentem. ipse — ut est humanus animus insatiabilis eo quod fortuna spondet — ad altiora et non concessa tendere, et quoniam consulatus quoque eripiendus invitis patribus esset, de regno agitare: 5 ad unum dignum tanto apparatu consiliorum et certaminum, quod ingens exsudandum esset praemium fore. iam comitia consularia instabant. quae res eum necdum compositis naturisve satis consiliis oppressit. consul sextum creatus T. Quinctius Capitolinus minime oportunus vir novanti res: 10 collega additur ei Agrippa Menenius cui Lanato erat cognomen. et Lucius Minucius praefectus annonae seu refectus seu quoad res posceret in incertum creatus — nihil enim constat nisi in libros linteos utroque anno relatum inter magistratus praefecti nomen — hic Minucius eandem rei pu- 15

plebem): M] quacunque incederet. — P: quacumque incedere et conspectus. — Cf. 1, 9.: in quem quaeque inciderat. 3, 3. 41, 2. al. — Dein 2, 38.: ut quisque eveni*ret*.

2. *fauore ac spe despondentem:* PM. — Leid. 1. al.: ei fauore cet.

4. *et qm̄ consulatus:* PM. — P m. 1.: eripiendos. — M: inuitis partib. ēēt.

6. *consiliorum et certaminum:* PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al.] consiliorum et certamine (ed. Frob.). — Cum „quod exsudandum esset" ad proxime antecedens nomen referendum videretur, pro *certaminum* scribendum putaverunt *certamine*. sed *quod exsudandum esset* perinde atque *tanto apparatu* referendum est ad *dignum:* „dies allein werde ein so vielen Sorgen und Mühen entsprechender Lohn sein, wohl werth dass er als etwas Ausgezeichnetes auch mit Schweiss und Anstrengung erworben werde". — P m. 1.: *tante*. m. 2.: tanto apparatu. — M: exudandum ēēt proemium fore. — P: „iam comitia consulari instabant". dein *consularia*. —

10. *T. Quinctius Capitolinus:* P. — M: oportunus. — PM: nouanti res. — M: collega additur ei agrippā | iamanilius enenius cui lanato erat cognomen. — P: Lanato. Harl. 1.: lanata.

12. *et l. minucius:* P. — M: et lucius minutius. — M: praefectus anonae. — M: seu refectus seuseuquod (m. 2.: quoad). P: seu quodad res. PM: *in libros linteos*. cf. 4, 7.

15. *eandem rei publicae curationem agens:* codd.] ean-

blicae curationem agens quam Maelius privatim agendam susceperat, cum in utraque domo genus idem hominum versaretur, rem conpertam ad senatum refert, tela in domum Maelii conferri eumque contiones domi habere ac non du-
5 bia regni consilia esse: tempus agendae rei nondum stare: cetera iam convenisse et tribunos mercede emptos ad prodendam libertatem et partita ducibus multitudinis ministeria esse: serius se pene quam tutum fuerit, ne cuius incerti vanique auctor esset, ea deferre. quae postquam sunt audita,

dem publice curationem agens (Florebellus). — *Publice* scribendum videbatur ut responderet adverbio *privatim*. sed *privatim* idem est quod *privato consilio:* et *reip.* longe maiore vi dictum est quam *publice:* „eben dasselbe Geschäft für den Staat und im Auftrage des Staates verwaltend, was Maelius in eigenem Interesse unternommen hatte". Cum enim Minucius a populo praefectus annonae creatus esset, ei cura quae rei publicae ipsius esse debebat, perfungendum erat. — P: hic minutius eandem reip curationem agens. M: hic minutius eandem rep curationem agens. PM: quam melius.

3. *ad senatum refert:* PM. — M: maelii. P: melii. — PM: *eumque contiones domi habere.* Cf. 1, 16. init. I. Fr. Gron. *coitiones* scribi voluit, quod propter *habere* non videtur probandum.

6. *et tribunos mercede emptos:* P. — M: et tribunos | emptos.

9. *quae postquam sunt audita et undique — increparent:* PM et rell. codd. — Quamquam interdum etiam apud Ciceronem *posteaquam* cum coniunctivo vel imperfecti vel plusquamperfecti coniunctum legitur, tamen facere non possum, quin hoc loco a librariis peccatum esse censeam: non tam quod alterum eiusdem generis apud Livium locum non reppererim quam quod ratio huius loci ipsa aliud quoddam dicendi genus postulare videtur. nam verba „quae postquam sunt audita" rem actam ostendunt, quam peractam alia ex rerum nexu secuta sunt, id quod etiam ablativo consequentiae explicari poterat. aliter vero se habet proxima pars orationis „et increparent": quibus verbis causae quae T. Quinctium ad obloquendum concitarint adferuntur, atque ita adferuntur ut ab hoc demum loco sententiae vis incipere videatur. ut igitur nemo *increparent* cum *increparunt* permutandum esse contenderit, sic non admodum reprehendendi videbimur, quod *cum* pro *et*

:um undique primores patrum et prioris anni consules in-
:reparent, quod eas largitiones coetusque plebis in privata
lomo passi essent fieri, et novos consules, quod expectas-
:ent donec a praefecto annonae tanta res ad senatum de-
erretur, quae consulem non auctorem solum desideraret 5
:ed etiam vindicem, tum Quinctius consules inmerito incre-
:ari ait, qui constricti legibus de provocatione ad dissolven-

scribendum censemus. et multa sane exempla proponi possunt quibus ita in primis apud Livium *postquam* et *cum* coniuncta esse apparet. in hoc etiam id non parvi momenti est, quod *x* pro *c* his proximis capitibus persaepe vel in optimis libris scriptum vidimus et quod *un* sequitur, ut *cū* facillime etiam hoc loco praetermitti potuerit, quem ad modum simili incuria sexcenties similia neglecta sunt. Cf. 30, 10.: cum diu stetissent, postquam nihil moveri ab hostibus viderunt, tum demum onerariae adgrediuntur. 7, 23.: gens ferox et ingenii avidi ad pugnam cum procul visis Romanorum signis ut extemplo proelium initura explicuisset aciem, postquam neque in aequum demitti agmen vidit — Romanos — truci clamore adgreditur. 8, 27.: namque Tarentini cum rem Palaepolitanam vana spe auxilii aliquamdiu sustinuissent, postquam Romanos urbe potitos accepere, — increpare Palaepolitanos. 32, 21.: qui pollicendo se adversus Nabidem bellum gesturum cum temptasset nostram iuuentutem hinc in Euboeam extrahere, postquam nos vidit cet. 25, 15.: ibi proditores conglobati cum popularium agmen patentibus portis accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt, conclamant cet. al. — M: et undiq. minores patrū. — P: et priores anni consules. — M: donec a praefato annonae.

5. *quae consulem non auctorem solum desideraret sed etiam uindicem:* PM. Diligentius scribendum erat „quae consulem non uindicem solum desideraret sed etiam auctorem“: nisi forte primo fuit „non actorem solum — sed etiam indicem“.

6. *tum Quinctius:* P] tum T. Quintius. — M: tum quintius consulinmerito increpari ait.

7. *legibus de prouocatione ad dissoluendum imperium latis:* PM: nisi quod in M primo *de prouotione* erat. Legibus igitur his constricti videbantur consules quae dissolvendi imperii forent, non quae ad dissolvendum imperium latae essent. huius alterius interpretationis causa

dum imperium latis nequaquam tantum virium in magistratu ad eam rem pro atrocitate vindicandam quantum animi haberent: opus esse non forti solum viro sed etiam libero exsolutoque legum vinclis. itaque se dictatorem L. Quinctium
5 dicturum: ibi animum parem tantae potestati esse. adprobantibus cunctis primo Quinctius abnuere et quid sibi vellent rogitare qui se aetate exacta tantae dimicationi obicerent: dein cum undique plus in illo senili animo non consilii modo sed etiam virtutis esse quam in omnibus aliis di-
10 cerent laudibusque haud inmeritis onerarent et consul nihil remitteret, precatus tandem deos inmortales Cincinnatus ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecorive rei publicae esset, dictator a consule dicitur. ipse deinde C. Servilium Ahalam magistrum equitum dicit.

15 XIV. Postero die dispositis praesidiis cum in forum descendisset conversaque in eum plebs novitate rei ac miraculo esset, et Maeliani atque ipse dux eorum in se intentam vim tanti imperii cernerent, expertes consiliorum regni qui tumultus quod bellum repens aut dictatoriam maiesta-
20 tem aut Quinctium post octogesimum annum rectorem rei puplicae quaesisset rogitarent, missus ab dictatore Servilius

I. Fr. Gron. *natis* pro *latis* legi maluit. — P m. 1.: in magistratum ad eam rem. — In P primo erat „non forti uiro sed ciam“: sed eadem m. 1. additum est „solum“.

4. *legum uinclis:* PM Leid. 1. al.] legum vinculis. — P: l. quinctium. — P: quinctius abnuere.

7. *obicerent:* P. — M: obiecerent.

8. *non consilii modo.* — PM: non consilia modo sed etiam uirtutis esse. Cf. 4,7.: ratio sui.

10. *onerarent:* M. — P primo „honorarent“, dein „honerarent“. — P: in tam trepidis rebus damno rebus decoriue reip. esset. — M: dedecoriue reip. esset. — *Et consul:* „nicht nachliess in ihn zu dringen“.

13. *C. Seruilium Ahalam:* M. — P: c. seruilium | halam.

16. *plebs:* P. — M: ples. — P m. 1.: couersaq. m. 2.: conuersaq. — PM: nouitate rei ad miraculo.

18. *cernerent:* PM. — Harl. 1.: cerneret. — P: aut quinctium. — M: reipuplice quesisset. P: reip̄. — P m. 1.: miss. m. 2.: missus. — P: magister equitum. — PM: ad maeuium.

magister equitum ad Maelium „vocat te“ inquit „dictator“. cum pavidus ille quid vellet quaereret, Servilius causam dicendam esse proponeret crimenque a Minucio delatum ad senatum diluendum, tunc Maelius recipere se in catervam suorum et primum circumspectans tergiversari, postremo 5 cum apparitor iussu magistri equitum duceret, ereptus a circumstantibus fugiensque fidem plebis Romanae inplorare et opprimi se consensu patrum dicere quod plebi benigne fecisset: orare ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent neve ante oculos suos trucidari sinerent. haec eum vocife- 10 rantem adsecutus Ahala Servilius obtruncat, respersusque cruore obtruncati stipatus caterva patriciorum iuvenum dictatori renuntiat vocatum ad eum Maelium repulso apparitore concitantem multitudinem poenam meritam habere. tum dictator „macte virtute“ inquit, „C. Servili esto libe- 15 rata re publica“.

XV. Tumultuantem deinde multitudinem incerta existimatione facti ad contionem vocari iussit, et Maelium iure caesum pronuntiavit etiam si regni crimine insons fuerit, qui vocatus a magistro equitum ad dictatorem non venis- 20 set: se ad causam cognoscendam consedisse, qua cognita abiturum fuisse Maelium similem causae fortunam: vim

2. *Seruilius causam dicendam esse proponeret:* P m. 1.] Serviliusque cet. (P m. 2. M). — M: a minutio. — PM: *delatum ad senatum diluendum.* In Harl. I. excidit *ad senatum.* — PM: tunc melius. — M m. 1.: tergineri. m. 3.: tergiuersari. — P m. 1.: aparitor.

7. *inplorare et opprimi se consensu patrum dicere:* P. — M: imploraret. — M m. 1.: dicere. m. 2.: diceret.

9. *neue ante oculos suos trucidari sinerent:* PM. — Harl. I.: neque ante cet.

12. *stipatus caterua:* PM. — Alii: stipatus a caterua. — P: patriciiorum. — M: melium.

15. *C. Seruili:* M. — P: mactae uirtute inquid seruili esto. — PM: liberata rep̄. — P: multitudinem *meritam* incerta existimatione. — PM: ad contionem. — P: cesum. — PM: etiam si regni crimine insons fuerit.

22. *uim parantem:* M m. 2. P.

parentem ne iudicio se committeret, vi caesum esse, nec enim ea tamquam civi agendum fuisse, qui natus in libero populo inter iura legesque, ex qua urbe reges exactos sciret eodemque anno sororis filios regis et liberos consulis liberatoris patriae propter pactionem indictam recipiendorum in urbem regum a patre securi esse percussos, ex qua Conlatinum Tarquinium consulem nominis odio abdicare se magistratu atque exulare iussum, in qua de Spurio Cassio post aliquot annos propter consilia inita de regno supplicium sumpsimus, in qua super decemviros bonis exilio capite multatos ob superbiam regiam — in ea Sp. Maelius spem regni conceperit, et quis homo? quamquam nullam nobilitatem nullos honores nulla merita cuiquam ad dominationem pandere viam — sed tamen Claudios Cassios consulatibus decemviratibus suis maiorumque honoribus splendore familiarum sustulisse animos quo nefas fuerit: Spurium Maelium, cui tribunatus plebis magis optandus quam sperandus fuerit, frumentarium divitem, bilibris farris sperasse libertatem se civium suorum emisse ciboque obiciendo

— M m. 1.: *uim parentē.* — M: *neēeo* tamquam. — M: inter iura legesq. exactos | sciret. — P m. 1.: exacto sciret.

4. *sororis filios regis:* P m. 2. M. — P m. 1.: filio. — Non *nepotes* sed *filios sororis* regis Tarquinii dicit quo res etiam gravior videretur (cf. 1, 60, 2, 4.): et loquebatur ad imperitam multitudinem.

5. *propter pactionem indictū:* M | propter pactionem indicatam (P). *Indictum* h. l. idem fere quod *initum* significat „eingegangen, zugesagt". — Harl. 1.: „a patre *e* securi". Num *et securi?*

7. *Conlatinum:* PM] Collatinum.

10. *supplicium:* P. — M: suplicium. — P: bonis exilio capite multatos. M: bonis auxilio capiente multatos. — P: *et quis homo quisquam ad dominationem* cet. Duo versus qui in P exciderant, ab *quāquā* usque ad *cuiquā*, et ab *spurium melium* usque ad *sperandus fuerit*, in margine adscripti sunt.

16. *quo nefas fuerit:* PM cod. Rhen. — Harl. 1.: quos nefas fuerit. — M: obtandus.

18. *bilibris farris:* cod. Rhen. — M: *bi*libre *libris* farris | sperasse. P Harl. 1.: bilibre farris. Haverc.: bilibri farris. Cf. 5, 47.: selibras farris,

atum victorem finitimorum omnium populum in servitutem perlici posse, ut quem senatorem concoquere civitas vix posset, regem ferret, Romuli conditoris — ab diis orti, recepti ad deos — insignia atque imperium habentem. non pro scelere id magis quam pro monstro habendum. nec satis esse sanguine eius expiatum nisi tecta parietesque, intra quae tantum amentiae conceptum esset, dissiparentur bonaque contacta pretiis regni mercandi publicarentur. iubere itaque quaestores vendere ea bona atque in publicum redigere.

XVI. Domum deinde, ut monumento area esset oppressae nefariae spei, dirui extemplo iussit. id Aequimaelium appellatum est. L. Minucius bove aurato extra por-

1. *uictorem finitimorum omnium populum:* P m. 2. M. — P m. 1.: uictori. — Haverc.: finitimorum omnium populorum.
2. *perlici posse:* P m. 2. M. — P m. 1.: possæ. — Harl. 1.: pellici. — M: senatorem conquoquere ciuitas uix posset regem ferre romuli † conditoris ab diis sorti recepti ad eos insignia cet. Inter *romuli* et *conditoris* aliquid erasum est.
6. *expiatum:* M. — P: piatum. — PM: intra quae tantum amentiae conceptum esset.
8. *contacta* („befleckt dadurch dass sie zum Kauf der Herrschaft dienen sollten"): P m. 1. M. — Cf. 21, 48.: Scipio caedem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus contactosque eo scelere velut iniecta rabie ad arma ituros. 29, 8.: omnibus contactis ea violatione templi furorem obiecit. — P m. 2.: *contracta:* „zusammengescharrt um zum Kauf der Herrschaft zu dienen". — M: preciis.
8. *iubere itaque:* PM. — Harl. 1.: lubere itaque. — M: redicere.
11. *area esset:* M m. 2. P. — M m. 1.: area ēē oppressae nefarirae spei.
12. *id Aequimaelium appellatum est:* P. — M: id aequimaelium appellatū ēē. l. minutius. Cf. Varro. l. l. 5, 157.: Aequimelium, quod aequata Meli domus publico, quod regnum occupare voluit is.
13. *boue aurato extra portam Trigeminam est donatus:* PM et rell. codd. — Loco *bove aurato* Lipsius scribi voluit „bove et agro". I. Fr. Gron.: „bove et arvo". Iac. Gron.: „bove ac prato". verum *bove aurato donatus est* nihil aliud significat quam „bovis aurati vel inaurati signo in columna extra portam Trigeminam posito donatus est" (2, 13.).

tam Trigeminam est donatus ne plebe quidem invita, quia frumentum Maelianum assibus in modios aestimatum plebi divisit. hunc Minucium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem undecimumque tribunum plebis cooptatum seditionem motam ex Maeliana caede sedasse invenio. ceterum vix credibile est numerum tribunorum patres augeri passos idque potissimum exemplum a patricio homine introductum, nec deinde id plebem concessum semel optinuisse aut certe temptasse. sed ante omnia refellit falsum

nec est cogitandum de bove auratis cornibus, qualis cum centum aliis bubus P. Decio (7, 37.) dono datus est, quem bovem ille decoratum insignibus Marti immolavit. dicit quidem Livius 40, 34., si locus integer est, statuam quam M'. Acilius Glabrio patri suo posuerat, primam omnium in Italia auratam fuisse, sed de signis auratis in urbe positis et alias meminerat. ita enim commemorantur 33, 27.: signa aurata in fornicibus posita; 38, 35.: seinges in Capitolio aurati a Cornelio positi — duo signa aurata; 39, 7.: signum Pollentiae auratum: al. Et vel antiquissimis temporibus statuas et signa honoris causa posita fuisse multis locis videre licet. nam praeter statuam Atti Navi auguris Horatio Cocliti positam esse statuam 2, 10. legimus, Cloeliae virgini statuam equestrem in summa Sacra via 2, 13. al. multarumque aliarum eiusdem aetatis Plinius 34, 4. 5. 6. meminit. Denique bovem aratorem non modo aptissimum rei frumentariae signum esse nemo non videt, sed etiam Plinius l. l. tradit Minucio praefecto annonae columnam extra portam Trigeminam statutam, idemque altero loco (18, 3. 15.) huic eidem Minucio qui Sp. Maelium coarguisset, statuam extra portam Trigeminam a populo stipe collata positam fuisse auctor est.

3. *hunc Minucium:* P. — M: hunc Minutium. Cf. Plinius 18, 3. 15. — M: ex meniana cede. P: ex maeniana caedae. — M: a patritio homine. — PM: nec deinde id *plebi* concessum semel. — P: optinuisse. M: obtinuisse.

9. *refellit falsum imaginis titulum:* PM. Cf. 8, 40.: „vitiatam memoriam funebribus laudibus reor falsisque imaginum titulis, dum familiis ad se quaeque famam rerum gestarum honorumque fallenti mendacio trahunt. inde certa et singulorum gesta et publica monumenta rerum confusa“. — P: lege cautemae

imaginis titulum paucis ante annis lege cautum ne tribunis collegam cooptare liceret. Q. Caecilius Q. Iunius Sext. Titinius soli ex collegio tribunorum neque tulerant de honoribus Minuci legem et criminari nunc Minucium nunc Servilium apud plebem querique indignam necem Maelii non 5 destiterant. pervicerant igitur ut tribunorum militum potius quam consulum comitia haberentur, haut dubii quin sex locis — tot enim iam creari licebat — et plebei aliqui profitendo se ultores fore Maelianae caedis crearentur. plebs quamquam agitata multis eo anno et variis motibus erat, 10 nec plures quam tres tribunos consulari potestate creavit et in is L. Quinctium Cincinnati filium, ex cuius dictaturae invidia tumultus quaerebatur. praelatus suffragiis Quintio Mamercus Aemilius vir summae dignitatis. L. Iulium tertium creant. 15

XVII. In horum magistratu Fidenae colonia Romana ad Lartem Tolumnium Veientium regem ac Veientes defecere. maius additum defectioni scelus: G. Fulcinium Cloelium Tullum Sp. Antium L. Roscium legatos Romanos cau-

tribunis. m. 2.: cautum. — *Collegam cooptare* nimir. undecimum. cf. 3, 65.

2. *Q. Cecilius. Q. Iunius. Sext. Titinius:* P. — M: q̄. celius catilius. q. iunius. sext. titinius.

4. *Minuci:* P] Minucii. — M: minuti. — P: nunc municium. M: nunc minutium.

5. *pervicerant:* PM] pervicerunt. — P: haut dubii quin. M: haud dubii quin.

8. *et plebei aliqui:* PM] et plebeii aliqui.

12. *et in is. l. quinctium:* P] et in iis L. Quintium. — M: et in his. l. quintium cincinnati filium ex cuius iudicaturae inuidia.

14. *Mamercus Aemilius:* P m. 2. — P m. 1.: mamercuisaemilius. M: mamerci | us aemilius. — PM: l. iulium tertium creant.

17. *ac Veientes defecere:* PM. — Leid. 1. m. 1.: deficere. — PM: maius additum defectioni scelus.

18. *G. Fulcinium:* P. — M: *c.* fulginium: litterarum metathesi, ut 30, 17. in Put. Bamb. *cum. l. caelio* pro *cum. c. laelio.*

— *Cloelium Tullum:* P. sic ex. gr. 1, 56.: *Tarquinius Sextus.* M: „cloetium tullum espantiū". sed *e* ante *sp̄.* erasum est. Cf. Plinius 34, 6. 23.: „inter antiquissimas

sam novi consilii quaerentes iussu Tolumni interfecerunt. levant quidam regis facinus: in tesserarum prospero iactu vocem eius ambiguam ut occidi iussisse videretur, a Fidenatibus exceptam causam mortis legatis fuisse: — rem in-
5 credibilem — interventu Fidenatium novorum sociorum consulentium de caede ruptura ius gentium non aversum ab intentione lusus animum nec deinde in errorem versum facinus. propius est fidem obstringi Fidenatium populum ne respicere spem ullam ab Romanis posset, conscientia tanti
10 sceleris voluisse. legatorum qui Fidenis caesi erant statuae publice in Rostris positae sunt. cum Veientibus Fidenatibusque — praeterquam finitumis populis — ab causa etiam tam nefanda bellum exorsis atrox dimicatio instabat. itaque ad curam summae rerum quieta plebe tribunisque eius ni-
15 hil controversiae fuit quin consules crearentur M. Geganius Macerinus tertium et L. Sergius Fidenas: — a bello credo quod deinde gessit appellatum: hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo proelio conflixit nec in-

(scil. statuas) sunt et Tulli Cloelii Lucii Roscii Spurii Nautii C. Fulcinii in Rostris a Fidenatibus in legatione interfectorum". — M: *noui concilii.* sed eadem m. 1. *s* scriptum est supra *ci.* — P: quaerentes ius tolumni. Leid. 1.: *Tolumni.*

3. *a Fidenatibus:* PM] ab Fidenatibus. — P: de cede. — M: de caede rupturā.

6. *non auersum ab intentione lusus animum:* Harl. 1. — P: ab intentione clusus animum (sed *u* m. 2. est). M: ab intentione elusus animū|.

7. *nec deinde in errorem uersum facinus:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] nec deinde in horrorem versum facinus. — Incredibilem igitur L. dici esse rem, quod fieri non potuisset ut non averteretur in tanta re animus regis ab intentione lusus, et quod si quid male esset a Fidenatibus exceptum, non ita posthac res excusata esset, ut errore non consilio id tantum facinus commissum esse dicerent.

8. *propius est fidem:* PM. — P: *obstringe.* dubium igitur est an m. 1. *obstringere* scriptum fuerit. — M: fidenatium populorū. — PM: ne respicere spem ullam ab romanis posset. — M: conscientiā.

11. *publice:* M. — P: publicę. — P: finit*u*mis populis. — PM: ab causa etiam tam nefanda.

16. *a bello credo quod deinde*

cruentam victoriam retulit. maior itaque ex civibus amissis dolor quam laetitia fusis hostibus fuit, et senatus ut in trepidis rebus dictatorem dici Mamercum Aemilium iussit. is magistrum equitum ex collegio prioris anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerant, L. Quintium Cincinnatum dignum parente iuvenem dixit. ad dilectum a consulibus habitum centuriones veteres belli periti adiecti et numerus amissorum proxima pugna expletus. legatos Quintium Capitolinum et M. Fabium Vibulanum sequi se dictator iussit. cum potestas maior tum vir quoque potestati par hostes ex agro Romano trans Anienem submovere: collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt referentes castra, nec ante in campos digressi sunt quam legiones auxilio Faliscorum venerunt. tum demum castra Etruscorum pro moenibus Fidenarum posita. et dictator Romanus haud procul inde ad confluentis consedit in utriusque ripis amnis

gessit appellatum: PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. Iam B. Rhenanus id quod ante eum fuerat *appellatus* emendavit. non enim semper ab antiquis scriptoribus appositionis ratio habita est. Cf. 3, 54.: progenies.

1. *retulit:* PM] rettulit. — P m. 1.: amisis. — M: mamercum aemilium. P: mam.

5. *L. Quintium:* P. — M: l. quincium. — M: iuuenū.

6. *ad dilectum a consulibus habitum:* PM] ad delectum cet. Harl. 1. omisit *a*. — PM: *centuriones ueteres belli periti adiecti.* I. Fr. Gron. *periti* deletum voluit. — P m. 1.: amisorum. — PM: legatos quintum capitolinum. Cf. 4, 43.: T. Quinctio Capitolino.

9. *sequi se dictator iussit:* P. — In M post *dictato* aliquid erasum et *r* supra scriptum est. sed num m. 1. *dictatorem* fuisset non poteram discernere.

10. *cum potestas maior tum uir:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Alii: tum potestas.

11. *collesque inter Fidenas atque Anienem ceperunt:* PM: nisi quod M *collegesq.*, et P m. 1. *caeperunt.*

13. *digressi sunt:* PM et rell. codd.] degressi sunt (Sig.). Ita saepe manus antiqua ab editoribus mutata est, quamquam utrumque recte dici poterat: „und sie verliessen die Höhen nicht eher als bis die Falisker ihnen zur Hülfe kamen“. — M: phaliscorum.

16. *ad confluentis:* PM] ad con-

qua sequi munimento poterat vallo interposito. postero die in aciem eduxit.

XVIII. Inter hostes variae fuere sententiae. Faliscus procul ab domo militiam aegre patiens satisque fidens sibi
5 poscere pugnam, Veienti Fidenatique plus spei in trahendo bello esse. Tolumnius quamquam suorum magis placebant consilia, ne longinquam militiam non paterentur Falisci, postero die se pugnaturum edicit. dictatori ac Romanis quod detractasset pugnam hostis, animi accessere, posteroque die
10 iam militibus castra urbemque se oppugnaturos frementibus ni copia pugnae fiat, utrimque acies inter bina castra in medium campi procedunt. Veiens multitudine abundans qui inter dimicationem castra Romana adgrederentur post montes circummisit. trium populorum exercitus ita stetit instru-
15 ctus ut dextrum cornu Veientes sinistrum Falisci tenerent, medii Fidenates essent. dictator dextro cornu adversus Fa-

fluentes. — P m. 1.: haut procul. — PM: *quo sequi munimento poterat* scil. ripas amnium: „nicht fern vom Feinde lagerte sich der röm. Dictator an der Stelle wo sich der Anio in den Tiber ergiesst, nachdem er an den Ufern beider Ströme, so weit er mit der Verschanzung an sie herankommen konnte, den Wall hatte aufwerfen lassen". Cf. 32, 6.: Valerius Antias intrasse saltum Villium tradit, quia recto itinere nequierit omnibus ab rege insessis, secutum vallem per quam mediam fertur Aous amnis: ponte raptim facto in ripam in qua erant castra regia transgressum acie conflixisse cet. — M: poterat *nullo* interposito.

3. *uariae fuere:* M. — P: uarie fuere. — M: procul a domo militiā agere paciens.

6. *Tolumnius:* PM. — M: quamquam suorum agi placebant consilia ne longinquam militiam non paterentur. P: quamquam suorum magis | consilia ne longinquam non paterentur. m. 2. additum est suo loco *militiam.* — Codd. recc. omiserunt *non*, quod deesse non potest. Cf. 2, 3.: „ne non reddita belli causa, reddita belli materia et adiumentum esset". 4, 31. — Harl. 1.: *lonquam mllitiam.* simili modo 30, 29. Put. „longinge aquationis" pro *longinquae.*

9. *detractasset:* P] detrectasset (M). — P: acessere. — PM: utrimque acies.

13. *adgrederentur:* M m. 2. P. — M m. 1.: adcrederentur.

fiscos, sinistro contra Veientem Capitulinus Quintius intulit signa, ante mediam aciem cum equitatu magister equitum processit. parumper silentium et quies fuit nec Etruscis nisi cogerentur pugnam inituris et dictatore arcem Romanam respectante, ut ex ea ab auguribus, simul aves rite admissae essent, ex conposito tolleretur signum. quod simul ubi conspe-

1. *Capitulinus:* M] Capitolinus (P). Cf. 4, 6. — M: „intulit sig*na*te mediā". sed m. 1. *an* scriptum est supra *na*.
4. *pugnam inituris:* M. — P: pugnam inuturis.
5. *ut ex ea ab auguribus, simul aues rite admissae essent, ex conposito tolleretur signum:* ex coni. m.] ut ab auguribus, simul aves rite admisissent, ex composito tolleretur signum (ed. Frob.). — PM et optt. codd.: *ut ex auguribus* (M: auribus) *simul aues rite admisse essent* cet. — Quod primum ad voces *ex auguribus* attinet, vel id quod in M est docere potest non ex omni parte locum sanum esse. syllabae *ab* et *au* saepissime confusae sunt, et *ea* pro *ea ex* etiam 3, 53. scriptum vidimus. nullo enim alio mendo latente *ex* pro *ab* scriptum a librariis esse vix mihi persuaserim. verum tamen mendum etiam in voce *auguribus* inesse potest, ut dubitandum sit an manu antiqua scriptum fuerit „ex auguraculo", quo loco in arce augures auspicari solebant: cf. Festus. Dein ad verba sequentia „simul aves rite admissae essent" supplendum est *a deis*. precabantur enim augures a diis, uti signa certa eis adclarassent: tum peragebant auspicia quae mitti vellent: eisque missis rem dubiam ex deorum voluntate fieri apparebat (cf. 1, 18.). Eadem quidem significatione et aves ipsae aliquid addixisse aut admisisse dicebantur (ex. gr. 1, 36, 55.), sed aliam quandam huius loci rationem esse vel *rite* adscriptum docuerit. Denique animadvertendum est coniunctionem *ut* singulari quadam vi scriptam esse, quasi L. *dum* ponere noluerit, ne dictator de eventu auspiciorum nihil dubitasse videretur.
6. *quod simul ubi conspexit:* PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al.] quod simul conspexit (cod. Helmstad.). — Lovel. 4.: quod *ubi* conspexit. — Livium particulas similis significationis coniungere ad vim orationis augendam solitum esse multis locis videre licet (cf. ex. gr. 2, 32.: *sic placuit igitur*). quem ad modum igitur ab optimis quibusque scriptoribus *simul atque*, *simul ac primum*, *simul ut* (cf.

xit, primos equites clamore sublato in hostem emisit. secuta peditum acies ingenti vi conflixit. nulla parte legiones Etruscae sustinuere impetum Romanorum. eques maxume resistebat, equitumque longe fortissimus ipse rex ab omni parte
5 effuse sequentibus obequitans Romanis trahebat certamen.

XIX. Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus eximia pulchritudine corporis animo ac viribus par memorque generis, quod amplissimum acceptum maius auctiusque reliquit posteris. is cum ad impetum To-
10 lumnii quacumque se intendisset trepidantis Romanas videret turmas insignemque eum regio habitu volitantem tota

Cic. de fin. 2, 11. 33.) dicebantur, sic hoc loco *simul ubi* „sogleich als" recte scribi poterat.

3. *impetum Romanorum:* M. — P m. 1.: impeditum romanorum. — P m. 1.: aeques maxume resistebat.

6. *erat tum inter equites tribunus militum:* PM. — In P erat primo „examia", dein eadem manu *eximia.* — P m. 1.: „is cum ad impetū *tum* tolumnii": sed *tum* expunctum est. — M m. 1.: quaecumque.

10. *trepidantis Romanas:* P] trepidantes Romanas (M).

— *uideret:* Lovel. 1. — P m. 1.: *uidit.* P m. 2. M Harl. 1. Leid. 1. al.: *uidet.* — Quamquam et ipsi hoc loco *uidet* pro *uide't* h. e. *videret* scriptum rati coniunctivum restituimus, tamen nisi media verba *quacumque se intendisset* hunc modum postulare viderentur, indicativum *uidit*, ut in P est scriptum, cum coniunctivo *cognosset* coniungere non dubitaremus. uterque enim modus hanc coniunctionem sequi poterat, nec dubitabat Livius verborum modos mutare, si eo pacto id quod scribere volebat, accuratius exprimi posset. verum vix dicendum est, quotiens in his locis ab recentioribus erratum meliorumque codicum auctoritas neglecta sit. Cf. 30, 44.: itaque *cum* („damals als") spolia victoriae Carthagini *detrahebantur, cum* inermem iam ac nudam destitui inter tot armatas gentes Africae *cerneretis* („als ihr es sehen konntet"), nemo ingemuit: nunc cet. 29, 37.: *cum* ad tribum Polliam ventum *est*, in qua M. Livi nomen erat, et praeco *cunctaretur* citare ipsum censorem cet. Cf. etiam 30, 30.: quod igitur nos maxime *abominamur*, vos autem ante omnia *optaretis*, in meliore vestra fortuna de pace agitur. 30, 20.: neque hac deferri-

acie cognosset — „hicine est“ inquit „ruptor foederis humani violatorque gentium iuris? iam ego hanc mactatam victimam, si modo sancti quicquam in terris esse dii volunt, legatorum Manibus dabo“. calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur hostem: quem cum ictum equo deiecisset, 5 confestim et ipse hasta innixus se in pedes excepit: adsurgentem ibi regem umbone resupinat repetitumque saepius cuspide ad terram adfixit: tum exangui detracta spolia: caputque abscisum victor spiculo gerens terrore caesi regis hostes fudit. ita equitum quoque fusa acies, quae una fe- 10 cerat anceps certamen. dictator legionibus fugatis instat et ad castra conpulsos caedit. Fidenatium plurimi locorum notitia ecfugere in montes. Cossus Tiberim cum equitatu transvectus ex agro Veientano ingentem detulit praedam ad urbem. inter proelium et ad castra Romana pugnatum est 15 adversus partem copiarum ab Tolumnio ut ante dictum est ad castra missam. Fabius Vibolanus corona primum vallum defendit: intentos deinde hostes in vallum egressus dex-

tate reditus mei tam P. Scipio exultabit atque efferret sese quam Hanno cet. — P: uolitante. — PM Harl. 1.: *cognosset.* Leid. 1.: cognosceret.

1. *hicine est:* PM] hiccine est. Cf. 1, 3. al. — *si modo* haberi non potest pro *dummodo.* — P m. 1.: inferta cuspide. P m. 2. M: infesta. — PM cod. Rhen.: confestim et ipse hasta innixus se in pedes excepit. Bekk.: innisus. Cf. 3, 70.: conixi.

8. *ad terram adfixit:* PM. — PM: tum exangui detracta spolia.

10. *hostes fudit:* M] hostes fundit (P).

11. *dictator legionibus fugatis instat:* PM. — P: conpulsos cedit. — In M erat primo „fidenatium plurimo“, dein *plurimi.*

13. *ecfugere:* M m. 1. — M m. 2. P: effugere. — M: ex agro uegentano. — P: ad castra misam.

17. *Vibolanus:* M] Vibulanus (P).

18. *egressus dextra principali:* PM. Cf. 34, 46.: duae legiones duabus principalibus portis signa efferre iussae. 40, 27. — Quattuor enim erant castrorum portae: prima *praetoria* adversa hostibus, *principales* duae, altera dextra altera sinistra parte, quarta *decumana* aversa ab hoste. cf. Paulus ap. Festum s. v. principalis. — M: quo fauore iniecto.

tra principali cum triariis repente invadit. quo pavore iniecto caedes minor quia pauciores erant, fuga non minus trepida quam in acie fuit.

XX. Omnibus locis re bene gesta dictator senatus consulto iussuque populi triumphans in urbem rediit. longe maximum triumphi spectaculum fuit Cossus spolia opima regis interfecti gerens. in eum milites carmina incondita aequantes cum Romulo canere. spolia in aede Iovis Feretrii prope Romuli spolia, quae prima opima appellata sola ea tempestate erant, cum sollemni dedicatione dono fixit. adverteratque in se a curru dictatoris civium ora et celebritatis eius diei fructum prope solus tulerat. dictator coronam auream libram pondo ex publica pecunia populi iussu in Capitolio Iovi donum posuit. Omnis ante me auctores secutus A. Cornelium Cossum tribunum militum secunda spolia opima Iovis Feretrii templo intulisse exposui. ceterum praeterquam quod ea rite opima spolia habentur quae dux duci detraxit, nec ducem novimus nisi cuius auspicio

4. *dictator s. c. iussuque populi:* PM.

7. *aequantes cum romulo* („vergleichend mit dem Romulus"): M] aequantes eum Romulo (P). Cf. Cic. Verr. 1, 8. 21. Liv. 2, 52.: ea oppressit. — M: spolia inde iouis.

9. *quae prima opima appellata sola ea tempestate erant:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Leid. I. multique alii omiserunt *prima.* — P m. 1.: sollempni. P m. 2. M: sollemni. — PM: *dono fixit.* Klockius malebat „tholo fixit" (Virg. Aen. 9, 408.).

10. *aduerteratq. in se:* M] averteraque in se (P). cf. 1, 46.: tota in alterum *ad*versa Tarquinium. al. — P: et celebritat*e* eius diei. M: et celebritat*i* eius diei fructū pro | solus tulerat. Cf. 3, 47.: admiratione rei tam atroc*is*.

12. *coronam auream libram pondo:* I. Fr. Gron. — PM Harl. I. Leid. I. al.: *libra pondo.* Cf. 3, 29. ubi in optt. quibusque libris „coronam auream libram pondo".

14. *omnis ante me auctores:* P] omnes ante me auctores (M). — Harl. I.: omnes ante auctores. — M: tr̄. mil.

17. *quod ea rite:* P m. 2. M. — P m. 1.: quod anterite. — PM cod. Rhen.: quae dux duci detraxit. — P: arguit cōs. ea cossum caepisse. M: coñs. ea cossum.

bellum geritur, titulus ipse spoliis inscriptus illos meque arguit consulem ea Cossum cepisse. hoc ego cum Augustum Caesarem — templorum omnium conditorem ac restitutorem — ingressum aedem Feretrii Iovis, quam vetustate dilapsam refecit, se ipsum in thorace linteo scriptum legisse audissem, prope sacrilegium ratus sum Cosso spoliorum suorum Caesarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. qui si ea in re sit error — quod tam veteres annales quodque magistratum libri, quos linteos in aede repositos Moletae Macer Licinius citat identidem auctores, septimo post

3. *templorum omnium conditorē ac restitutorem:* M] templorum omnium conditorem aut restitutorem (P). Praeterquam quod *ac* et *aut* in antiquis libris saepe permutata sunt, in hac tanta laude qua Livius Augustum onerat, *ac* videtur unice verum.

4. *quam uetustate dilapsam refecit:* PM. — Plerique rell.: delapsam. — PM: „se ipsum in thorace linteo (P m. 1.: lonteo) scriptum legisse". Ille *linteus* enim thorax regis Tolumnii fuerat.

5. *Cosso:* Pall. codd. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: *cossum.* Cf. 4, 21.: Cornelio. — P: cesarem. M: cessarē. — PM: *ipsius templi auctorem.* Cf. Corn. Nep. Attic. 20, 3.

8. *qui si ea in re sit error:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. aut *si* pro *an* habendum esse dicit aut scribendum *quis ea in re sit error.* sed hoc in loco Livius haec duo videtur comprehendere voluisse, et „si qui error" et „qui error ea in re sit": „welch' ein Irrthum und ob ein Irrthum dabei zum Grunde liegt — darüber mag ein Jeder seinem eigenen Urtheile folgen". — *Tam veteres,* pro quo Dukerus *tum* scribi voluit, aeque hoc loco dici potuit („so alte und deshalb so glaubwürdige Jahrbücher"), atque paulo post *tam clara pugna,* atque 1, 2.: quis *rem tam veterem* pro certo adfirmet. al.

9. *magistratum:* PM] magistratuum. Cf. 4, 9.: tria milia passum. al. — P m. 1.: quod tam ueteres annales qdq. magistratum libris quos cet. — M: quos linteos in] ea de re positos moneta eā macer licinius. P: moneta eam macer licinius.

10. *septimo post demum anno:* PM et optt. codd.] nono post cet. — *Septimo* emendandum non erat, quod Livius id tantum quod ipse in annalibus et apud Licinium Macrum invenerit refert. Sigonius pro diligentiore annorum ratione scribi voluit *nona,* Glareanus

demum anno cum T. Quinctio Penno A. Cornelium Cossum consulem habeant — existimatio communis omnibus est. nam etiam illud accedit ne tam clara pugna in eum annum transferri posset, quod inbelle triennium ferme pe-
5 stilentia inopiaque frugum circa A. Cornelium consulem fuit, adeo ut quidam annales velud funesti nihil praeter nomina consulum suggerant. tertius ab consulatu Cossi annus tribunum eum militum consulari potestate habet, eodem anno magistrum equitum, quo in imperio alteram insignem edidit
10 pugnam equestrem. ea libera coniectura est — sed ut ego arbitror vana versare in omnes opiniones licet — cum auctor pugnae recentibus spoliis in sacra sede positis Iovem prope ipsum, cui vota erant, Romulumque intuens, haut spernendos falsi tituli testes, se A. Cornelium Cossum con-
15 sulem scripserit.

XXI. M. Cornelio Maluginense L. Papirio Crasso con-

eumque secuti Perizonius et Dukerus *decimo post demum anno.* — P: cum t. quinctinio poeno. M: cum t̄. quēincio poeno. Sigonius restituit *Pennus.*

4. *transferri posset:* P. — M: transferri posse.

5. *A. Cornelium consulem:* ed. Frob. — PM (et rell. codd.): circa. *m.* cornelium cos̄. fuit. — M: „annales uelud nelut": sed prior vox erasa est. — P m. 1.: finesti. m. 2.: funesti. — P: tertius ab consulatu cossu annus. M: tribunum eum mil.

9. *quo in imperio:* PM. — Plerique recentiores: *quo imperio.*

11. *vana uersare in omnes opiniones licet:* PM et rell. codd. — Perizonius et Drakenborchius *vana* idem quod *falsa* significare putaverunt: sed *vana* sunt h. l. incerta, dubia, quae e memoria excesserunt et quasi evanuerunt: „so soll denn Keinem sein freies Urtheil benommen sein — dass man sich aber in doch nie ganz aufzuhellenden Dingen jeder möglichen Ansicht dürfe hingeben können, ist meines Bedünkens erlaubt —" cet. — *Haut spernendos falsi tituli testes:* „so furchtbare Zeugen einer falschen Angabe". Cf. 30, 45.: Polybius, hautquaquam spernendus auctor.

14. *se A. Cornelium Cossum consulem scripserit:* M Harl. 1. Leid. 1. al. — In P excidit *se.*

16. *M. Cornelio Maluginense:* P. — M: m̄. corneliū aluginense. — Haverc.: Maluginensi. — M: in agrum uiientem.

ulibus exercitus in agrum Veientem ac Faliscum ducti, praedae abactae hominum pecorumque. hostis in agris nusquam inventus neque pugnandi copia facta. urbes tamen non obpugnatae, quia pestilentia populum invasit. et sediones domi quaesitae sunt nec motae tamen ab Sp. Maelio tribuno plebis, qui favore nominis moturum se aliquid atus et Minucio diem dixerat et rogationem de publicanis bonis Servili Ahalae tulerat, falsis criminibus a Minucio ircumventum Maelium arguens, Servilio caedem civis inemnati obiciens. quae vaniora ad populum ipso auctore 10 nere. ceterum magis vis morbi ingravescens curae erat terresque ac prodigia maxime quod crebris motibus terrae nere in agris nuntiabantur tecta. obsecratio itaque a poulo duumviris praeeuntibus est facta. Pestilentior inde anus C. Iulio iterum et L. Verginio consulibus tantum me- 15 nm vastitatis in urbe agrisque fecit, ut non modo prae-

4. *non obpugnatę quia:* P. — M: non obpug | nat aequa pestilentia.
5. *nec motae tamen:* M. — P: nec mota tamen. — PM: ab. sp. maelio tr. pl.
8. *Seruili Ahalae:* PM] Servilii Ahalae. — P m. 1.: caedem cibis indenati obiciens. m. 2.: ciuis indēnati.
2. *maxime quod crebris motibus terrae ruere in agris nuntiabantur tecta:* PM. — Harl. 1.: crebris montibus terrae irruere in agris. — PM: duumuiris praeeuntibus.
5. *C. Iulio iterum:* PM. — P: et l. uerginio tantum metum uastitatis. M: et l. uergenio. cons. tantum metum uastitatis. — Tanaq. Faber *metum* deleri voluit.
6. *ut non modo praedandi causa quisquam ex agro Romano non exiret:* PM. — Harl. 1. al.: *ut non modo praedandi causa quisquam ex agro Romano exiret:* quod haud scio an praeferendum sit, cum *quisquam* vel per se negativum sensum exprimat et *non* in PM ex repetita syllaba extrema vocis *Romano* ortum esse possit. Cf. 24, 40.: „inde tantus terror pavorque omnis occupavit, ut *non modo* alius *quisquam* arma caperet aut castris pellere hostem conaretur, set etiam ipse rex — ad flumen navisque perfugerit". Cic. Lael. 6, 20.: „est enim amicitia nihil aliud nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate consensio: qua quidem

dandi causa quisquam ex agro Romano non exiret bellive inferendi memoria patribus aut plebi esset, sed ultro Fidenates, qui se primo aut oppido aut montibus aut muris tenuerant, populabundi descenderent in agrum Romanum. 5 deinde Veientium exercitu accito — nam Falisci perpelli ad instaurandum bellum neque clade Romanorum neque sociorum precibus potuere — duo populi transiere Anienem atque haut procul Collina porta signa habuere. trepidatum itaque non in agris magis quam in urbe est. Iulius consul 10 in aggere murisque explicat copias, a Verginio senatus in aede Quirini consulitur. dictatorem dici A. Servilium placet, cui Prisco alii, alii Structo fuisse cognomen tradunt. Verginius dum collegam consuleret moratus permittente eo nocte dictatorem dixit. is sibi magistrum equitum Postu- 15 mum Aebutium Elvam dicit.

XXII. Dictator omnes luce prima extra portam Collinam adesse iubet. quibuscumque vires subpetebant ad arma ferenda praesto fuere. signa ex aerario prompta feruntur ad dictatorem. quae cum agerentur, hostes in loca altiora

haut scio an excepta sapientia *quidquam* melius homini sit a dis immortalibus datum".

4. *descenderent:* M. In P primo erat *descenderant*, sed eadem m. 1. restituit *rent.*

8. *Collina porta:* P m. 2. M. — P m. 1.: haut procul collona porta. — PM: trepidatum itaque. Leid. I. m. 1.: trepidatumque.

9. *Iulius cōs.:* P. — M: coñs. — PM: a uerginio.

11. *A. Seruilium:* PM et rell. codd. — Sigonius *Q. Seruilium* scribi voluit cum hic Servilius idem esset qui 4, 46. nominaretur. — In PM et cet. codd. sequitur „cui*que* Prisco": quod si integrum est, aliquid inter *placet* et *cuique* excidisse videtur necesse. *alii alii* ex P restituimus, cum etiam in M sit „cuiq. prisco alii *a* structo". Bekk.: cui Prisco, alii Structo fuisse cogn. cet.

13. *Verginius:* PM] Virg. — M: postumum hebutium helua dicit. P: postumium ebutium heluium dicit. Cf. 4, 11.

17. *quibuscumque uires subpetebant:* PM. — P m. 1.: ad arma ferende. — PM: presto fuere. — PM: *signa ex aerario prompta.* cf. 3, 69.: „signa a quaestoribus ex aerario prompta".

concessere. eo dictator agmine infesto subit nec procul Nomento signis conlatis fudit Etruscas legiones, conpulit inde in urbem Fidenas valloque circumdedit. sed neque scalis capi poterat urbs alta et munita neque in obsidione vis ulla erat, quia frumentum non necessitati modo satis sed copiae 5 quoque abunde ex ante convecto sufficiebat. ita expugnandi pariter cogendique ad deditionem spe amissa dictator in locis propter propinquitatem notis ab aversa parte urbis maxime neglecta, quia suapte natura tutissima erat, agere in arcem cuniculum instituit. ipse diversissimis locis subeundo 10 ad moenia quadrifariam diviso exercitu qui alii aliis succederent ad pugnam, continenti die ac nocte proelio ab sensu operis hostes avertebat, donec perfosso a castris monte erecta in arcem via est intentisque Etruscis ad vanas a certo periculo minas clamor supra caput hostilis captam ur- 15 bem ostendit. Eo anno C. Furius Pacilus et M. Geganius Macerinus censores villam puplicam in campo Martio probaverunt, ibique primum census populi est actus.

XXIII. Eosdem consules insequenti anno refectos Iulium tertium Verginium iterum apud Macrum Licinium im- 20

1. *Nomento:* 4, 32. — PM: momento.
4. *uis ulla erat:* P m. 2. M. — P m. 1.: uis illa erat. — M: qui frumentum non. — P: quia frumentum necessitati modo.
6. *ex ante conuecto.* — M: abunde exanie conuecto. P: habunde ex ane conuento. m. 2.: conuecto. Cf. 5, 13.: ex ante conuecta copia (PM). 5, 26.: ex ante conuecto (PM). 26, 20.: ex ante praeparato (Put.).
— *ita expugnandi pariter:* PM cod. Rhen. — P: spe amisa. — PM: ab *ad*uersa parte.
11. *qui alii aliis succederent:* PM. h. e. eo quidem consilio ut alii aliis succederent. hoc nominativo absoluto Livius uti solet. cf. 30, 3.: „et ita pars maior auctores sunt": — „Numidae praecipue harundine" cet. — P m. 1.: hostem auertebat. — M: „perfosso a castris *a* monte": sed alterum *a* erasum est. — PM: *supra caput.* Leid. 1. al.: *super caput:* cf. 22, 4.
16. *C. Furius Pacilus:* Sig. cf. 4, 12. — P: c. furius. p. acilius. M: c. furius. pa. | cilius. — M: uillam puplicam.
20. *Verginium:* PM] Virg. — P: ualerius ancias & q. tuuero. m. manilium. M: uelerius antias et q̄. tuuō. m̄. manilium.

venio. Valerius Antias et Q. Tubero M. Manlium et Q. Sulpicium consules in eum annum edunt. ceterum in tam discrepanti editione et Tubero et Macer libros linteos auctores profitentur, neuter tribunos militum eo anno fuisse
5 traditum a scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haut dubie sequi linteos placet et Tubero incertus veri est. sed inter cetera vetustate incomperta hoc quoque in incerto positum. Trepidatum in Etruria est post Fidenas captas non Veientibus solum exterritis metu similis excidii sed
10 etiam Faliscis memoria initi primo cum his belli, quamquam rebellantibus non adfuerant. igitur cum duae civitates legatis circa duodecim populos missis impetrassent ut ad Voltumnae fanum indiceretur omni Etruriae concilium, velut magno inde tumultu inminente senatus Mam. Aemilium dic-
15 tatorem iterum dici iussit. ab eo A. Postumius Tubertus magister equitum est dictus, bellumque tanto maiore quam

2. *in tam discrepanti editione:* P] in tam discrepante editione (M).

5. *Licinio libros haud dubie sequi linteos placet et Tubero incertus ueri est:* PM et rell. codd. (nisi quod M „aut dubiae")] Licinio libros haud dubie sequi linteos placet; Tubero incertus veri est: ex coni. Mureti. Idem scribi voluit „*sit inter cetera — positum*": eumque I. Fr. Gron. et Bekk. secuti sunt. verum „*sed inter cetera — positum*" non modo in omnibus codd. reperitur sed etiam verissimum est. nam quamquam *positum sit* recte dici poterat, tamen „*sed a me hoc quoque positum est*" non minus recte se habet. cf. 4, 20.: sed ut ego arbitror vana versare in omnes opiniones licet. M m. 2. P: incompta. M m. 1.: conpta. — M: hoc quoq| incerto positum.

10. *initi primo cum his belli:* PM] initi primo cum iis belli.

11. *legatis circa duodecim populos missis:* PM. Cf. 1, 8.: et ita habuisse Etruscos quod ex duodecim populis communiter creato rege cet. 5, 1. 33. — M: omni aeruriae. — M: tumultū | minente. m. 2.: tumultu | īminente.

15. *A. Postumius Tubertus:* ed. Frob. — PM: aurelius postumius tubero.

16. *quam proximo conatu:* PM et rell. codd.] quam proxime conatu (I. Fr. Gron.). Cf. 35, 21.: Tiberis infestiore quam priore impetu illatus urbi (Gron. *prius*). 1, 21.: proximo — metu. al.

roximo conatu apparatum est, quanto plus erat ab omni
truria periculi quam ab duobus populis fuerat.

XXIV. Ea res aliquanto expectatione omnium tran-
uillior fuit. itaque cum renuntiatum a mercatoribus esset
egata Veientibus auxilia iussosque suo consilio bellum ini- 5
um suis viribus exequi nec adversarum rerum quaerere so-
ios cum quibus spem integram communicati non sint, tum
ictator — ne nequiquam creatus esset — materia quae-
endae bello gloriae adempta in pace aliquid operis edere
uod monumentum esset dictaturae cupiens censuram mi- 10
uere parat, seu nimiam potestatem ratus seu non tam ma-
nitudine honoris quam diuturnitate offensus. contione ita-
ue advocata rem publicam foris gerendam ait tutaque
mnia praestanda deos inmortales suscepisse, se quod intra
uros agendum esset libertati populi Romani consulturum. 15
aximam autem eius custodiam esse, si magna imperia diu-
rna non essent et temporis modus inponeretur quibus iu-
is inponi non posset. alios magistratus annuos esse —
uinquennalem censuram: grave esse isdem per tot annos
nagna parte vitae obnoxios vivere. se legem laturum ne 20

2. *ab duobus populis:* M. — P primo *dæ*, dein *de duobus populis.*

3. *tranquillior:* P. — M: tranquilior. — M m. 1.: uegentib.

7. *communicati non sint:* PM et optt. quiq. codd. — Iac. Gronovius scribi voluit „*communicari non sirint*“: sed verborum deponentium copia pro manuscriptorum quidem librorum fide multo maior est quam ex libris publice editis cognoscere licet. sic etiam dubito an 1, 14. „*vastantur agri quod inter urbem ac Fidenas est*“ integrum sit. PM: ne nequiquam creatus esset.

12. *quam diuturnitate offensus:* PM. — L. I. et plerique rell. diuturnitatis. — PM: contione itaque aduocata remp̄. — M: foris generandam ait.

15. *libertati pir. consulturum:* PM.

17. *et temporis modus:* M. — P: et temporibus modus inponeretur quibus iuris inponi non esset. M: inponi ñ posset. M: quinquenalem.

19. *graue esse:* Portug. — PM: grauem ēē. P: *isdem.* M: *his*dem. — M: obnoxius. — Cf. 2, 3. periculosum esse in tot humanis erroribus sola innocentia vivere.

plus quam annua ac semenstris censura esset. conser
genti populi legem postero die pertulit: „et ut re ips
quit „sciatis Quirites, quam mihi diuturna non placea
peria, dictatura me abdico". deposito suo magistratu,
5 aliorum magistratui imposito fine alteri, cum gratu
ac favore ingenti populi domum est reductus. ce
aegre passi Mamercum, quod magistratum populi F
minuisset, tribu moverunt octiplicatoque censu aerari
cerunt. quam rem ipsum ingenti animo tulisse ferun

1. *semenstris:* PM] semestris.
2. *et ut re ipsa, inquit, sciatis.* Minus recte videntur recentiores *et* seiunxisse ab *ut sciatis.* — Harl. I.: etiam ut. — M: inquid. — M: *non placeant re imperia:* quo apparet *re* ex priore versu etiam in sequentem migrasse. cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII. v.
4. *modo aliorum magistratui inposito fine alteri:* PM Harl. I. Leid. I. al.] modo aliorum magistratui imposito [fine alteri]. — Verba *fine alteri,* quae in multis recentioribus codd. omissa sunt, plerique editores cum C. Sigonio et I. Fr. Gronovio spuria putaverunt ideoque ex reliqua oratione eiicienda. nec tamen quidquam his ipsis verbis integrius est: coniungenda enim sunt „deposito suo magistratu, fine inposito alteri magistratui (nim. censurae) modo aliorum": „nachdem er sein Amt niedergelegt und nach Maassgabe der übrigen Staatsämter jener anderen Würde eine kürzere Dauer bestimmt". — Rhenanus in suo antiquo libro vidisse vult „c tulatione ac fauore ing puli est reductus": s in hoc nihil respice verba *cum gratulatio* rum loco ante eum *tulatione* fuerat, incu dam *domum* videtur misisse. in PM quide sunt scripta „cum tione ac fauore ingent domum est reductu Harl. I. Leid. I. al.: domum est reductus" inde alii „a populo".
7. *quod magistratum nuisset:* P m. 2. — 1.: minuissent. — M stratu. pr.
8. *octiplicatoque cens* Harl. I. Leid. I. al.] catoq. cet. — Cf. 3 quadriplicem ordinem Colb. Bamb.). al. — 18.: „et ea supra da nominum in aeraria tribuque omnes moti"
9. *causam potius igno intuentem:* P. — M sam potius ignote intu Num ille voluit „caus tius notae"?

sam potius ignominiae intuentem quam ignominiam: primores patrum, quamquam deminutum censurae ius noluissent, exemplo acerbitatis censoriae offensos, quippe cum se quisque diutius ac saepius subiectum censoribus fore cerneret quam censuram gesturum. populi certe tanta indignatio 5 coorta dicitur, ut vis a censoribus nullius auctoritate praeter quam ipsius Mamerci deterreri quiverit.

XXV. Tribuni plebi adsiduis contionibus prohibendo consularia comitia, cum res prope ad interregnum perducta esset, evicere tandem ut tribuni militum consulari potestate 10 rearentur. victoriae praemium quod petebatur, ut plebeius rearetur, nullius fuit: omnes patricii creati sunt M. Fabius Vibulanus M. Foslius L. Sergius Fidenas. pestilentia eo anno aliarum rerum otium praebuit. aedis Apollini pro valetudine populi vota est. multa duumviri ex libris placan- 15 dae deum irae avertendaeque a populo pestis causa fecere: magna tamen clades in urbe agrisque promiscue hominum

2. *quamquam deminutum:* PM. In Harl. I. excidit *deminutum.* — PM: *noluissent.* Recc. quidam „uoluissent". — PM: *offensos.* nam etiam huc pertinet *ferunt.* Recc. quidam „offensi". — PM: *ac sepius.* — PM: *cerneret.* Leid. I. et plerique recc.: *cernerent:* quod propter *subiectum* et *gesturum* probari non potest. PM: *ut uis a censoribus* cet.

8. *tribuni plebi adsiduis contionibus prohibendo consularia comitia:* PM. In Harl. I. Leid. I. al. excidit *consularia.* — M: pducta ēē euicere. m. 3.: pdueta ēēt.

12. *nullius fuit:* ex coni. Drak.] nullum fuit. — PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.: *nullus fuit.* Lovel. I.: nullus fuit. Cf. T. Livi l. xxx. p. xxiv. n.

13. *M. Foslius:* Sig. ex Capit. fragm. — PM et rell. codd.: *m. folius.* — M: pestilentiae eo anno.

14. *aedis:* PM. Cf. 1, 33.: *aedis iovis feretrii.* — Idem *aedis* restituendum est 7, 20. ex PM: „aedis Apollinis". 27, 11. ex Put. Colb.: „fortunaeque aedis": aliisque locis. — In M scriptum est „*ap* | *polloni*": quod (omissa altera littera *p*) vix adducor ut pro spurio habeam.

16. *auertendaeque a populo pestis causa fecere:* P. — M: auertende quae populo ptis causa fecere. — P: dumuiri.

17. *promiscue:* P m. 2. M et rell. codd.] promiscua (I. Fr.

pecorumque pernicie accepta. famem cultoribus agrorum timentes in Etruriam Pomptinumque agrum et Cumas, postremo in Siciliam quoque frumenti causa misere. consularium comitiorum nulla mentio habita est. tribuni militum
5 consulari potestate omnes patricii creati sunt L. Pinarius Mamercinus L. Furius Medullinus Sp. Postumius Albus. Eo anno vis morbi levata neque a penuria frumenti, quia ante provisum erat, periculum fuit. consilia ad movenda bella in Volscorum Aequorumque conciliis et in Etruria ad fa-
10 num Voltumnae agitata. ibi prolatae in annum res decretoque cautum ne quod ante concilium fieret, nequiquam Veiente populo querente eandem qua Fidenae deletae sint inminere Veiis fortunam. Interim Romae principes plebis iam diu nequiquam imminentes spei maioris honoris, dum
15 foris otium esset, coetus indicere in domos tribunorum ple-

Gron.). Cf. 2, 36.: „consensu inde haud dubie omnium" cet. — P m. 1.: „promiscuae" et „perniciae". — M: peccorumq. primi | tiae accepta.

1. *famem cultoribus agrorum timentes:* PM et rell. codd. In primis enim illis agrorum cultoribus a republica consulendum erat ne agri inculti relinquerentur. I. Fr. Gron. malebat „famem incultu agrorum timentes". — P: in etruriam poptimumque agrum & cuma postremo in siciliam quoque frumenti causa miserem. m. 2.: misere. — M Harl. 1. al.: pomptinumque.

5. *L. Pinarius Mamercinus:* Iac. Gron. — PM: l. pinarius mamercus. — M: *medullus.*

7. *quia ante:* P. — M: quiante. — M: consilia ad monenda bella.

11. *nequiquam uelente populo:* PM] nequicquam cet. — P: quaerente. — PM: *qua fidenae deletae sint.* Harl. 1.: delectae sint.

14. *iam diu nequiquam imminentes spei maioris honoris:* M cod. Rhen. — P: iam diu nequiquam imminem*sptes* spei cet. sed *sp* expuncta sunt.

— *dum foris otium esset:* („so lange noch Ruhe wäre"): P. — M: dum fori socium esset. — Minus recte I. Fr. Gron. scribere voluit aut „dum foris otium est" aut „cum foris otium esset".

15. *in domos tribunorum plebis:* M al.] in domos tribunorum plebei. — P Harl. 1. Leid. 1.: tribunorum plebi. M: *plebisibi.* — M: tribuni mil.

bis: ibi secreta consilia agitare, queri se a plebe adeo spretos ut cum per tot annos tribuni militum consulari potestate creentur, nulli umquam plebeio ad eum honorem aditus fuerit: multum providisse suos maiores qui caverint ne cui patricio plebei magistratus paterent — aut patricios habendos fuisse tribunos plebi: adeo se suis etiam sordere nec a plebe minus quam a patribus contemni. alii purgare plebem, culpam in patres vertere: eorum ambitione artibusque fieri ut obsaeptum plebi sit ad honorem iter: si plebi respirare ab eorum mixtis precibus minisque liceat, memorem eam suorum inituram suffragia esse et parto auxilio imperium quoque adsciturum. placet tollendae ambitionis causa tribunos legem promulgare ne cui album in vestimentum addere petitionis liceret causa. parva nunc res et vix serio agenda videri possit, quae tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. vicere tamen tribuni ut legem perferrent, apparebatque inritatis animis plebem ad suos studia inclinaturam. quae ne libera essent, senatus consultum factum est ut consularia comitia haberentur.

XXVI. Tumultus causa fuit quem ab Aequis et Volscis Latini atque Hernici nuntiarant. T. Quintius — L.

5. *plebei magistratus:* PM] plebeii mag. — M: aut patricios habendos fuisse tribunos plebi. P: haud patricios habendos fuissæ (m. 2.: fuisse) tribunos plebi. — Sigonius in suo libro quod interpretationis causa scriptum erat invenit „alioquin patricios“ cet. Utrumque in Palat. II. fuisse dicitur „aut alioquin patricios“ cet.

7. *nec a plebe minus quam a patribus contemni:* PM. — I. Fr. Gron.: *nec ad plebem.*

9. *ut obsaeptum plebi sit ad honorem iter:* PM. — M: si plebi respire | ab eorum mixtis cet. sed eadem m. 1. additum est alterum *re.* — M: *licet.* Num *lice't* h. e. *liceret?* — P m. 1.: adscieturam. M: adsūturā: quamquam m. 1. fuisse videtur vel *adsciturā* vel *adseiturā.*

13. *album in uestimentum addere petitionis liceret causa:* PM Harl. I. al. — Haverc.: liceat.

18. *s. c. m. factum est:* M. — P: s. m. c. factum est. — Lips.: senati consultum.

21. *Latini atque Hernici:* M. — P: latini atque hercini. — *T. Quintius L. filius Cin-*

filius — Cincinnatus — eidem et Penno cognomen additur — et G. Iulius Mento consules facti. nec ultra terror belli est dilatus. lege sacrata, quae maxima apud eos vis cogendae militiae erat, dilectu habito utrimque validi exer-
5 citus profecti in Algidum convenere ibique seorsum Aequi seorsum Volsci castra communivere, intentiorque quam umquam ante muniendi exercendique militem cura ducibus erat. eo plus nuntii terroris Romam adtuleré. senatui dictatorem dici placuit, quia etsi saepe victi populi maiore tamen co-
10 natu quam alias umquam rebellarent: et aliquantum Romanae iuventutis morbo absumptum erat: ante omnia pravitas consulum discordiaque inter ipsos et certamina in consiliis omnibus terrebant. sunt qui male pugnatum ab his consulibus in Algido auctores sint, eamque causam dictatoris
15 creandi fuisse. illud satis constat, ad alia discordes in uno adversus patrum voluntatem consensisse, ne dicerent dictatorem: donec cum alia aliis terribiliora adferrentur nec in auctoritate senatus consules essent, Q. Servilius Priscus sum-

cinnatus: PM: nisi quod M „cicinnatus". — PM: *eidem et poeno cognomen additur.* P: *et gneus iulius mento.* M: *g. nus* (*e* supra *n* addito) *iulius mento.* Sigonius emendavit: cf. 4, 20.

3. *lege sacrata quae maxima apud eos* (nim. apud Aequos et Volscos) *uis eogendae militiae erat dilectu habito utrimque* (M: utrūq.) *ualidi exercitus* cet.: PM. — Cf. Festus: *sacratae leges.* Liv. 7. 41.: (de Romanis). 9, 39.: (de Etruscis). 10, 38.: (de Samnitibus). al. — PM: *ibique seorsum aequi seorsum uolsci castra communiuere.* Paulo post P m. 1.: adtullere.

9. *maiore tamen conatu quam alias umquam rebellarent:* PM. — Recentiores quidam codd.: rebellarant. — M: morbo adsuptum erat.

11. *ante omnia prauitas consulum discordiaque:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. metathesi litterarum: *ante omnia priuatas consulum discordiaque.* Hinc recc. quidam codd.: *ante omnia priuata consulum discordia quae inter ipsos erat:* prob. C. Sigonio.

13. *ab his coñs.:* P. — M: *ab iis coñs.*

16. *consensisse ne dicerent dictatorem:* P. In M excidit *ne.* — PM: *adferentur:* sed in P eadem m. 1.: „adferrentur".

mis honoribus egregie usus „vos“ inquit „tribuni plebis, quoniam ad extrema ventum est, senatus appellat ut in tanto discrimine rei publicae dictatorem dicere consules pro potestate vestra cogatis“. qua voce audita occasionem oblatam rati tribuni augendae potestatis secedunt proque collegio pronuntiant, placere consules senatui dicto audientes esse: si adversus consensum amplissimi ordinis ultra tendant, in vincla se duci eos iussuros. consules ab tribunis quam ab senatu vinci maluerunt, proditum patribus summi imperii ius datumque sub iugum tribuniciae potestati consulatum memorantes, si quidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules et — quo quid ulterius privato timendum foret? — in vincla etiam duci possent. sors ut dictatorem diceret — nam ne id quidem inter collegas convenerat — T. Quinctio evenit. is A. Postumium Tubertum socerum suum severissimi imperii virum dictatorem dixit: ab eo L. Iulius magister equitum est dictus. simul edicitur et iustitium neque aliut tota urbe agi quam bellum appa-

1. *egregie usus:* M. — P m. 1.: egregiae usos. — P: *qm̄ ad extrema uentum est.* M: *quoniam* cet. — PM: discrimine reip̄.

5. *tribuni augemde potestatis secedunt:* M. — P m. 1.: seducunt. m. 2.: secedunt.

— *proque collegio pronuntiant:* PM. Cf. 4, 53.: tribuni sustulerunt certamen pronuntiaveruntque ex collegii sententia cet. — P m. 1.: placare coñs. m. 2.: placere. — PM: coñs. senatui dicto audientes esse.

8. *in uincla se duci eos iussuros:* M] in vincula cet. — P: „in uincla se duci eos *sedic*iussuros“. litterae *sedic* expunctae sunt. — M: consules ab trinuñ quā ab senatu. P m. 1.: quam ab senatum uinci.

9. *proditū patribus:* M] proditum a patribus (P). — M: sub iugum trib. | nucię potestati.

11. *si quidem cogi aliquid:* P m. 2. M. — P m. 1.: sidem cogi aliquid.

13. *in uincla:* PM] in vincula. — M: nam me id | quidē. — PM: *t. quinctio.*

15. *is A. Postumium Tubertum:* PM.

18. *et iustitium:* PM. In P est alterum *ti* m. 2. post *ius* additum. — P: *neque aliut.* PM: *tota urbe agi quam bellum apparari.* I. Fr. Gron. *agi* deletum malebat.

rari: cognitio vacantium militiae munere post bellum differtur: ita dubii quoque inclinant ad nomina danda. et Hernicis Latinisque milites imperati: utrimque enixe obeditum dictatori est.

5 XXVII. Haec omnia celeritate ingenti acta relictoque C. Iulio consule ad praesidium urbis et L. Iulio magistro equitum ad subita belli ministeria, ne qua res qua egissent in castris moraretur, dictator praeeunte A. Cornelio pontifice maximo ludos magnos tumultus causa vovit, pro-
10 fectusque ab urbe diviso cum Quintio consule exercitu ad hostes pervenit. sic ut bina castra hostium parvo inter se spatio distantia viderant, ipsi quoque mille ferme passus ab hoste dictator Tusculo consul Lanuvio propiorem locum castris ceperunt. ita quattuor exercitus totidem munimenta
15 planitiem in medio non parvis modo excursionibus ad praelia sed vel ad explicandas utrimque acies satis patentem habebant: nec ex quo castris castra conlata sunt cessatum a levibus proeliis est, facile patiente dictatore conferendo vires spem universae victoriae temptato paulatim eventu
20 certaminum suos praecipere. itaque hostes nulla in proelio iusto relicta spe noctu adorti castra consulis rem in casum ancipitis eventus committunt. clamor subito ortus non consulis modo vigiles exercitum deinde omnem sed dictato-

1. *cognitio uacantium:* P. — M: uocantium. — P m. 1.: numere. m. 2.: munere. — M: post bellum difertur.
3. *utrimque enixe obeditum dictatori est:* cod. Rhen. — PM: *utrimque enixe.* PM: oboeditum. P m. 1.: dictatoris est.
6. *C. Iulio:* Haverc. al. — PM Harl. 1. Leid. 1.: *cñ. iulio.* — M: consule ad p̄ | sidium urbis. et l. *Iulio* magistro equitum | ad subita belli misteria. — P m. 1.: morar*en*tur.
13. *Lanuuio:* PM. — Plerique recc.: Lauinio.
15. *planitiem:* M. — P: planiciem. — PM: utrimque.
18. *facile patiente:* P. — M: facile paciente. — M: temptato paulatim euentū.
20. *nulla in proelio iusto relicta spe:* PM. — M: adhorti. PM: *rem in casum ancipitis euentus committunt.* — M: clamor subito ortus cos | sulis modo uigilos. — M: ex somno exsciuit. — Pal. 11. eiecit *ex somno.*

em quoque ex somno excivit. ubi praesenti ope res ege-
ant, consul nec animo defecit nec consilio: pars militum
ortarum stationes firmat, pars corona vallum cingunt. in
lteris apud dictatorem castris quo minus tumultus est, eo
lus animadvertitur quid opus facto sit: missum extemplo 5
d castra subsidium, cui Sp. Postumius Albus legatus prae-
icitur: ipse parte copiarum parvo circumitu locum maxime
ecretum ab tumultu petit, unde ex necopinato aversum ho-
tem invadat: Q. Sulpicium legatum praeficit castris, M. Fa-
io legato adsignat equites nec ante lucem movere iubet 10
nanum inter nocturnos tumultus moderatu difficilem. omnia
uae vel alius imperator prudens et inpiger in tali re prae-
iperet ageretque, praecepit ordine atque agit: illut eximium
onsilii animique specimen et neutiquam volgatae laudis,
uod ultro ad oppugnanda castra hostium, unde maiori 15
gmine profectos exploratum fuerat, M. Geganium cum co-
ortibus dilectis misit: qui postquam intentos homines in

1. *ubi praesenti operesegebant:* P. — P m. 2.: ope,res,egebant. — M: ubi praesenti operesegebant.
2. *pars militum portarum stationes firmat:* PM cod. Rhen. Leid. 1. al.] pars — firmant. PM: *pars corona uallum cingunt.*
5. *animaduertitur:* P m. 2. M. — P m. 1.: anima aduertitur. Portug.: animo aduertitur. Cf. 24, 48.: quam multarum rerum ipse ignarus esset — animum aduertit (Put. al.).
— *missum extemplo ad castra subsidium:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] misso extemplo ad castra subsidio (codd. recc.). — P m. 1.: misum.
7. *paruo circumitu:* PM Leid. 1.] parvo circuitu. Cf. 3, 6. — PM: *ex necopinato.* — Harl. 1.: *auersum hostem inuadat.* P: aduersum hostem inuadat. M: aduersus hostem inuadat.
9. *Q. Sulpicium legatum praeficit castris:* PM cod. Rhen. — PM: mouere iuuet manum. — P: moderatu difficilem. M: moderatū difficilem. Leid. 1. et recc.: moderato.
13. *p̄cepit ordine atque agit:* M] praecipit cet. — Cf. 4, 28.: *dant* inpressionem — et *moverunt* victorem. al. — P: illut eximium. — PM: *et neutiquam.* — M: uolgate laudis.
15. *maiori agmine:* Harl. 1.] maiore agmine (PM). — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: profect*us*.
17. *dilectis:* M] delectis (P). —

eventum periculi alieni pro se incautos neclectis vigiliis stationibusque est adortus, prius paene cepit castra quam oppugnari hostes satis scirent. inde fumo ut convenerat datum signum ubi conspectum ab dictatore est, exclamat capta hostium castra nuntiarique passim iubet.

XXVIII. Et iam luciscebat omniaque sub oculis erant. et Fabius cum equitatu impetum dederat et consul eruptionem e castris in trepidos iam hostes fecerat: dictator autem parte altera subsidia et secundam aciem adortus circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique obiecerat victorem peditem equitemque. circumventi igitur iam in medio ad unum omnes poenas rebellionis dedissent, ni Vettius Messius ex Vulscis, nobilior vir factis quam genere, iam orbem volventes suos increpans clara voce — „hic praebituri“ inquit „vos telis hostium estis indefensi inulti? quid igitur arma habetis aut quid ultro bellum intulistis, in otio tumultuosi in bello segnes? quid hic stantibus spei est? an deum aliquem protecturum vos rapturumque hinc putatis? ferro via facienda

M: cū cortibus. — P: *neclectis*. M: neglectos. — M: est adhortus. — PM: „inde *fumo* ut conuenerat datum signum“. Tan. Faber *flamma* pro *fumo* scribi malebat, sed sequitur „iam luciscebat“. Cf. etiam 4, 33.: fumone uicti, inquit, — loco vestro exacti inermi cedetis hosti.

6. *et iam luciscebat:* P m. 1.] et iam lucescebat (P m. 2. M). Cf. 4, 1.: conticiscerent.

10. *circumagenti se.* — P Harl. 1. Leid. 1. al.: circumagentes ad dissonos clamores ac subitos tumultus hosti undique obiecerat. — M et cod. Rhen.: adortus *agentes* ad dissonos clamores ac subitos *circum* tumultus hosti undique obiecerat. Cf. T. Livi l. XXX. p. XLVII. v.

11. *circumuenti igitur:* P m. 2. M. — P m. 1.: circumue*i*nti igitur. — In Leid. 1. et plerisque recc. excidit *igitur*.

13. *Vettius Messius ex Vulscis:* P] Vettius Messius ex Volscis (M). — Supplendum est *fuisset qui*. Cf. 2, 10.: iter dedit ni unus vir fuisset.

15. *hic praebituri:* PM. — M: inquid. — PM: indefensi inulti. — PM: bellum intulistis. Leid. 1. al.: contulistis.

est. hac qua me praegressum videritis, agite qui visuri domos parentes coniuges liberos estis ite mecum. non murus nec vallum sed armati armatis obstant. virtute pares necessitate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis!" haec locutum exsequentemque dicta redintegrato clamore secuti dant inpressionem qua Postumius Albus cohortes obiecerat, et moverunt victorem, donec dictator pedem iam referentibus suis advenit eoque omne proelium versum est. uni viro Messio fortuna hostium innititur. multa utrimque vulnera, multa passim caedes est. iam ne duces quidem Romani incruenti pugnant. unus Postumius ictus saxo perfracto capite acie excessit. non dictatorem humerus vulneratus, non Fabium prope adfixum equo femur, non brachium abscisum consulem ex tam ancipiti proelio summovit.

XXIX. Messium impetus per stratos caede hostes cum globo fortissimorum iuvenum extulit ad castra Vulscorum quae nondum capta erant. eodem omnis acies inclinatur. consul effusos usque ad vallum persecutus ipsa castra vallumque adgreditur. eodem et dictator alia parte copias admovet. non segnior oppugnatio est quam pugna fuerat. consulem signum quoque intra vallum iniecisse ferunt quo

1. *hac qua me praegressum uideritis:* PM cod. Rhen. — In Harl. 1. al. excidit *me.* — Recc. codd.: progressum.
— *qui uisuri domos parentes coniuges liberos estis:* PM: nisi quod in M *liberatos* pro *liberos* est. — M m. 1.: non mur*is* nec uallum. m. 2.: non muri.
3. *sed armati armatis obstant:* PM. — Harl. 1.: „sed armatis armati obstant"? minus apte praecedentibus verbis.
4. *superiores estis:* PM. — Leid. 1. al.: superiores.
8. *eoque omnē proelium uersum est:* M.
9. *uni uiro messio:* PM. — Harl. 1. al.: uni uero messio. — M: innitur.
10. *multa utrimque uulnera:* P. — M: multa utrūq. uulnere.
12. *ictus saxo:* M cod. Rhen. — P Harl. 1. Leid. 1.: ictusaxo. — PM: non dictatorem umerus. — M: *brachium abscisum.* P: brachium abcisum.
16. *per stratos caede hostes:* PM: nisi quod in M: ostes.
17. *Vulscorum:* PM] Volscorum.

milites acrius subirent, repetendoque signo primam inpressionem factam. et dictator proruto vallo iam in castra proelium intulerat. tum abici passim arma ac dedi hostes coepti. castrisque et his captis hostes praeter senatores omnes
5 venumdati sunt. praedae pars sua cognoscentibus Latinis atque Hernicis reddita, partem sub hasta dictator vendidit: praepositoque consule castris ipse triumphans invectus urbem dictatura se abdicavit. egregiae dictaturae tristem memoriam faciunt, qui filium ab A. Postumio, quod occasione
10 bene pugnandi captus iniussu discesserit praesidio, victorem securi percussum tradunt. nec libet credere et licet in variis opinionibus. et argumento est quod imperia Malliana non Postumiana appellata sint, quem qui prior auctor tam

1. *repetendoque signo:* Harl. I. — P: repetendoque signa primam inpressionem. M: repetendoque signa prima inpress.
2. *proruto uallo:* M Harl. I. Leid. I. Cf. 9, 37.: ad vallum proruendum — proruto vallo. — P: prorupto uallo.
3. *tum abici passim arma:* P m. 2. M. — P m. 1.: ambici. — M: hostes coepit.
7. *inuectus urbem:* PM. — P: agregiae.
9. *ab A. Postumio:* P. — M: abaupostumio. — In Harl. I. *A.* excidit.
10. *discesserit:* PM et rell. codd.] decesserit (I. Fr. Gron.). Cf. 3, 17. postquam arma poni et discedere homines ab stationibus nuntiatum est cet. 4, 17.: digressi sunt. — P: presidio.
11. *nec libet credere et licet* (scil. non credere) *in uariis opinionibus:* PM. „Ich möcht' es nicht gern glauben, und da die Meinungen darüber getheilt sind, so ist es auch erlaubt die Sache zu bezweifeln". Cf. T. Livi l. XXX. p. LXV. 9.
12. *quod imperia Malliana non Postumiana appellata sint:* PM] quod imperia Manliana cet. Cf. A. Gellius 1, 13. 7.: „qualia fuerunt Postumia imperia et Manliana".
13. *quem qui prior auctor tam saeui exempli foret occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit:* PM. cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] cum qui prior auctor cet. (ex coni. Rhen.). — Haverc. al.: *quoniam* qui prior auctor cet. Fragm. Haverc.: *quod* qui prior auctor cet. — Integritas huius loci addubitari non debeat, cum nihil frequentius sit quam ut ita *cum is* coniuncta insint in pronomine relativo: hoc igitur loco „cum

saevi exempli foret occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. Imperioso quoque Manlio cognomen inditum, Postumius nulla tristi nota est insignitus. C. Iulius consul aedem Apollinis absente collega sine sorte dedicavit. aegre ad passus Quinctius cum dimisso exercitu in urbem redis- 5 set, nequiquam in senatu est conquestus. Insigni magnis rebus anno additur nihil tum ad rem Romanam pertinere visum, quod Carthaginienses — tanti hostes futuri — tum primum per seditiones Siculorum ad partis alterius auxilium in Siciliam exercitum traiecere. 10

XXX. Agitatum in urbe ab tribunis plebis ut tribuni militum consulari potestate crearentur, nec optineri potuit. consules fiunt L. Papirius Crassus L. Iulius. Aequorum legati foedus ab senatu cum petissent et pro foedere deditio ostentaretur, indutias annorum octo impetraverunt. Volsco- 15 rum res super acceptam in Algido cladem pertinaci certa-

eum insignem crudelitatis titulum occupaturus fuerit qui prior auctor" cet.

2. *Imperioso quoque Manlio cognomen inditum:* PM. Sed 7, 3.: „*L. Manlius Imperiosus*". T. Manlius Luci F. consul filium securi percuti iussit: 8, 7.

3. *C. Iulius consul:* Sig. cf. 4, 26. — PM Harl. 1.: *cn. iulius.* — P: cons. M: cōs. — Leid. 1. al.: cn. c. iulius.

5. *Quinctius:* PM] Quintius.

— *cum dimisso exercitu in urbem redisset:* P. — M: cum dimisso exer | citu urbem redisset. — PM: nequiquam. — M: in senatu est questus insigne magnis rebus anno. — P m. 1.: „anno *d* additur": sed *d* erasum est.

8. *tum primum per seditiones singulorum ad partis alterius auxilium:* PM Harl. 1. Leid. 1. al. Facile fieri poterat, cum *c* et *g* persaepe in vicem permutarentur, ut *siculorum* haberetur pro *sīgulorum*. simili mendo 26, 27. scriptum est *siculisque* pro *secutisque*. — P m. 2. M: *in siciliam.* P m. 1.: in seciliam. — Harl. 1. Leid. 1.: in sicilia.

12. *nec optineri potuit:* P. — M: nec obtineri potuit. — PM: consules fiunt L. Papirius Crassus L. Iulius. — PM: foedus ab senatu *cum* petissent. — M: & *proefoedere.* dein m. 1.: & p. — PM: deditio ostentaretur indutias (P: inducias) annorum octo impetrauerunt.

16. *super acceptam in Algido*

mine inter pacis bellique auctores in iurgia et seditiones versa. undique otium fuit Romanis. legem de multarum aestimatione pergratam populo cum ab tribunis parari consules unius ex collegio proditione excepissent, ipsi praeoc-
5 cupaverunt ferre. Consules L. Sergius Fidenas iterum Hostius Lucretius Tricipitinus. nihil dignum dictu actum iis consulibus. secuti eos consules A. Cornelius Cossus T. Quintius Pennus iterum. Veientes in agrum Romanum excursiones fecerunt. fama fuit quosdam ex Fidenatium iuven-
10 tute participes eius populationis fuisse, cognitioque eius rei L. Sergio et Q. Servilio et Mam. Aemilio permissa. quidam Hostiam relegati, quod cur per eos dies a Fidenis afuissent parum constabat. colonorum additus numerus agerque his bello interemptorum adsignatus. siccitate eo anno
15 plurimum laboratum est, nec caelestes modo defuerunt aquae

cladem: PM. *super = praeter.* cf. 22, 6.: cum super cetera extrema fames etiam instaret. — PM: *pertinaci certamine.* Leid. I. al.: pertinaciae certamine.

2. *legem de multarum aestimationē pergratam populo:* M. — P: legem de multarum estimatione pgrati ā populo.

5. *Hostius Lucretius Tricipitinus:* PM] Hostus cet. — Sigonius et Pighius probare voluerunt, *Hostus* non *Hostius* verum huius viri praenomen esse, quod in Capit. fragm. scriptum esset „P. Lucretius. Hosti. F." sed *Hosti* aeque nominis *Hostius* atque *Hostus* genitivum esse posse notum est. Cf. 1, 12.: Hostius Hostilius.

6. *iis consulibus:* PM] his consulibus. — PM: T. Quintius Poenus. cf. 4, 20.

8. *excursiones fecerunt:* PM. — Recc.: excursionem.

10. *participes eius populationis:* P m. 2. — P m. 1.: populationes. M: particeps.

11. *L. Sergio et Q. Servilio et Mam. Aemilio:* PM.

— *quidam Hostiam relegati:* P] quidam Ostiam rel. — M: quidam | hostiū. — Scribebatur et *Ostia* et *Hostia*, sic 22, 11. in Put. Colb. reperimus *ab hostia*, pauloque post in eisdem *ostiam* et *ostiae*. 23, 38. in Put. *ab hostia*. al. Cf. T. Livi l. XXX. p. LXXVII. I.

12. *a Fidenis afuissent:* PM.

13. *agerque his bello interemptorum adsignatus:* PM] agerque iis cet. — M m. 1.: siccite. m. 2.: siccitate. — P m. 1.: nec celestem mode. m. 2.: nec celestes modo. — PM: ingenito umore.

sed terra quoque ingenito humore egens vix ad perennes suffecit amnes. defectus alibi aquarum circa torridos fontes rivosque stragem siti pecorum morientum dedit, scabie alia absumpta. volgatique contactu in homines morbi. et primo in agrestes ingruerant servitiaque, urbs deinde inpletur. nec corpora modo adfecta tabo sed animos quoque multiplex religio et pleraque externa invasit, novos ritus sacrificandi vaticinando inferentibus in domos quibus quaestui sunt capti superstitione animi, donec puplicus iam pudor ad primores civitatis pervenit cernentes in omnibus vicis sacellisque peregrina atque insolita piacula pacis deum exposcendae. datum inde negotium aedilibus ut animadverterent ne qui nisi Romani dii neu quo alio more quam patrio colerentur. Irae adversus Veientes in insequentem annum — Gaium Servilium Ahalam L. Papirium Mugilanum consules — dilatae sunt. tunc quoque ne confestim bellum indiceretur

2. *circa torridos fontes:* PM. — Recc.: circa aridos.
3. *pecorum morientum:* PM] pecorum morientium. Cf. 4, 7.: Ardeatum. — PM: *scabie* (M: scabiae) *alia absumpta* (scil. pecora). Minus recte Ant. Perizonius voluit scribi „scabie *alibi* absumpta".
4. *uolgatique:* PM] vulg. — P: contactu in homines morbi. M: contactu quā | homines morbi.
5. *nec corpora modo adfecta tabo:* P m. 2. M. — P m. 1.: adfectabo. — Recc. quidam codd.: *tabe.* — *Tabum* est poetarum vox. Ovidi Metam. 15, 627. Virg. Georg. 3, 481. al. — Cf. 41, 21.: cadavera intacta a canibus ac volturibus tabes absumebat. al. — M: *multiplex regio:* dein *religio.* — P m. 1.: *ex*pleraq. m. 2.: & pleraq.
7. *nouos ritus sacrificandi uaticinando:* PM: nisi quod M „uatiginando". — P: questui sunt. — M: capiti superstitione animi. — M m. 1.: puplicus. — M: atque insolita pia cul*pa* | pacis deum.
12. *ne qui nisi romani dii neu quo alio more:* P. — M: nequisiromā | dii neu.
14. *in insequentem annum:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.
15. *Gaium Seruilium Ahalam:* PM. — P: l. papyrium mugilanum. M: l. papirium mugilanum. — *Mugilanum* non *Mugillanum* et 4, 7. et hoc loco in optt. quibusque codd. est. — PM: consules.
16. *dilatae sunt:* PM. — Leid. 1. al.: delatae sunt.

neve exercitus mitterentur religio obstitit: fetialis prius mittendos ad res repetendas censuere. cum Veientibus nuper acie dimicatum ad Nomentum et Fidenas fuerat indutiaeque inde non pax facta, quarum et dies exierat et ante diem
5 rebellaverant: missi tamen fetiales nec eorum, com more patrum iurati repeterent res, verba sunt audita. controversia inde fuit utrum populi iussu indiceretur bellum an satis esset senatus consultum: pervicere tribuni denuntiando inpedituros se dilectum, ut consules de bello ad populum

1. *fetialis:* M m. 1. P] fetiales (M m. 2.).
3. *indutiaeque:* M. — P: induciaeq. — P m. 1.: quarum non dies exierat. m. 2.: quarum & dies.
5. *com:* P m. 1.] cum. — Sicut *quom* interdum in antiquis libris scriptum est, ita etiam *com* reperitur, nec coniunctio modo sed etiam praepositio. sic 30, 17. in Put.: „sagula purpurea duo com fibulis singulis".
7. *an satis esset s. c.:* PM. — Haverc. al. recc.: *an satis esset senatus consulto.* — Cf. ex. gr. 21, 17.: „Tib. Sempronius missus in Siciliam, ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Poenum consul alter satis esset". — M m. 1.: utrum populi iussu inde | cretur bellū. m. 3.: inde | ceretur. — P: puicer& tribuni. m. 2.: puicere. — PM: denuntiando inpedituros se dilectum.
9. *ut consules de bello ad populum ferrent:* ex coni. Sigoni. — Hoc loco in omnibus melioribus libris scriptum est „ut *quintius* consul de bello ad populum ferret" (M: ferre): et paulo post, ubi nomina tribunorum militum traduntur, in eisdem: „t. quintius poenus *ex consulatu*" (P m. 1.: ex consulatum). cum vero *ex consulatu* nihil aliud significare possit quam „ex prioris anni consulatu", proximo anno Quintius consul non fuerit, sequitur ut ab librariis quamvis antiquis, qui Quintium consulem cum collega Servilium et Papirium consules a Livio nominatos secutum esse opinabantur, hi duo loci depravati sint, id quod etiam ex eo veri simile fit quod non omnes qui de his rebus memoriae tradiderunt, inter se consentiant de horum annorum magistratibus verum utut res se habet, id quidem necesse est alterum altero errorem firmari, alterque sublato etiam alterum tollendum esse. cum igitur in recentibus editionibus *Quintius* ante *consul* rectissime deletum sit, altero etiam loco *ex consulatu* eiiciendum est.

ferrent. omnes centuriae iussere. in eo quoque plebs superior fuit quod tenuit ne consules in proximum annum crearentur.

XXXI. Tribuni militum consulari potestate quattuor creati sunt T. Quintius Pennus C. Furius M. Postumius 5 A. Cornelius Cossus. ex his Cossus praefuit urbi. tres dilectu habito profecti sunt Veios documentoque fuere, quam plurium imperium bello inutile esset. tendendo ad sua quisque consilia, cum aliut alii videretur, aperuerunt ad occasionem locum hosti: incertam namque aciem — signum 10 aliis dari receptui aliis cani iubentibus — invasere oportune Veientes. castra propinqua turbatos ac terga dantes accesere. plus itaque ignominiae quam cladis est acceptum. maesta civitas fuit vinci insueta: odisse tribunos, poscere dictatorem: in eo verti spes civitatis: et cum ibi quoque re- 15

— P m. 1.: omnes centuriae iussure. m. 2.: iussere.

1. *plebs superior fuit quod tenuit:* PM.

5. *T. Quintius Pennus*] T. Quintius Pennus ex consulatu. — Cf. 4, 30.: „ut consules de bello ad pop. ferrent". — PM: *C. Furius M. Postumius A. Cornelius Cossus.* — Conr. Heusingerus scribendum coniecit: „T. Quinctius Pennus A. Cornelius Cossus ex consulatus collegio, C. Furius M. Postumius".

6. *ex his Cossus:* PM] ex iis. PM: *dilectu habito.* — P m. 1.: docomentoq. —

7. *quam plurium imperium bello inutile esset:* P. — M: quã plurimũ imperiũ cet.

8. *tendendo ad sua quisque consilia:* PM. Cf. 4, 11.: coloni adscripti remanendo in colonia: 4, 43.: quin illi remittendo de summa *quisque* iuris mediis copularent concordiam. 2, 45.: nuncque iubent Etruscos probra iacere, nunc armatis sibi *quisque* lingua promptum hostem offerri. 26, 29.: adfirmantes se non modo suam *quisque* patriam sed totam Siciliam relicturos. al. — P: cum aliut alii uideretur. — P: occassionem. — P: inuasere oportune ueientes.

13. *plus itaque ignominiae:* P. — M: ignomię. m. 2.: ignominię.

14. *maesta ciuitas fuit uinci insueta:* M. — P: „maesta ciuitas fuit & *cum ibi quoque religio obstaret ne non posset nisi ab consule* uinci insueta". integer versus tamen et suo loco scriptus est. — P m. 1.: odissæ tribunos.

15. *et cum ibi quoque religio obstaret* (M m. 1.: obstare)

ligio obstaret ne non posset nisi ab consule dici dictator, augures consulti eam relegionem exemere. A. Cornelius dictatorem Mam. Aemilium dixit et ipse ab eo magister equitum est dictus. adeo — simul fortuna civitatis virtute vera
5 eguit — nihil censoria animadversio effecit quo minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur. Veientes re secunda elati missis circum Etruriae populos legatis iactando tres duces Romanos ab se uno proelio fusos cum tamen nullam publici consilii societatem movissent, volun-
10 tarios undique ad spem praedae adsciverunt. uni Fidenatium populo rebellare placuit, et tamquam nisi ab scelere bellum ordiri nefas esset, sic ut legatorum antea ita tum novorum colonorum caede inbutis armis Veientibus sese coniungunt. consultare inde principes duorum populorum,
15 Veios an Fidenas sedem belli caperent. Fidenae visae oportuniores. itaque traiecto Tiberi Veientes Fidenas transtulerunt bellum.

XXXII. Romae terror ingens erat. accito exercitu a

ne non posset (P: posse &) *nisi ab consule dici:* PM. — I. Fr. Gron. *non* deletum voluit, sed L. videtur hoc loco *religio obstaret* eodem sensu quo *metus esset* scripsisse.

2. *relegionem:* P] religionem (M). — *dictatorem. m̄. aemilium dixit:* PM. — PM: magister aequitum.

5. *nihil censoria animaduersio effecit:* M] nihil censoria animadversio offecit (Tan. Faber). — Harl. 1.: censori*s* animaduersio effecit. P Leid. 1.: *efficit.* — Cf. 4, 24.

7. *re secunda elati:* P m. 2. M m. 3. — P m. 1.: re secum delati. M m. 1.: resecunde lati. — PM: iactando tres duces. r̄. ab se uno proelio fusos. — P: pullici consilii. — PM: adsciuerunt.

12. *sic ut legatorum antea:* P] sicut legatorum ante (M).

15. *oportuniores:* PM] opportunioreſ.

16. *Fidenas transtulerunt:* M. — P: fidenas tullerunt.

18. *Romae terror ingens erat. accito exercitu a ueiis:* P. — M: „abeis romę terror hostib. | positis ad fidenas abeis eoq. ipso". — Cod. Rhen.: „romae terror ingens erat hostibus positis ad fidenas. accito exercitu a ueiis". Verba *hostib. positis ad fidenas* ex margine in orationem integram recepta videntur, nisi forte scriptum erat „castris positis ad fidenas". — *A Veii*

Veis eoque ipso ab re male gesta perculso castra locantur ante portam Collinam et in muris armati dispositi, et iustitium in foro tabernaeque clausae, fiuntque omnia castris quam urbi similiora: cum trepidam civitatem praeconibus per vicos dimissis dictator ad contionem advocatam increpuit, quod animos ex tam levibus momentis fortunae suspensos gererent ut parva iactura accepta, quae ipsa non virtute hostium nec ignavia Romani exercitus sed discordia imperatorum accepta sit, Veientem hostem sexiens victum pertimescant Fidenasque prope saepius captas quam oppugnatas. eosdem et Romanos et hostes esse qui per tot saecula fuerint, eosdem animos easdem corporis vires, eadem arma gerere: se quoque eundem dictatorem Mam. Aemilium esse qui antea Veientium Fidenatiumque adiunctis Faliscis ad Nomentum exercitus fuderit, et magistrum equitum A. Cornelium eundem in acie fore qui priore bello tribunos militum Larte Tolumnio rege Veientium in conspectu duorum exercituum occiso spolia opima Iovis Ferretrii templo

ex M scribendum erat. cf. 5, 8. — Harl. 1.: romae terror erat ingens. — PM Harl. 1.: *ab re male gesta.*

1. *perculso:* Haverc. — P cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1.: *perculsa.* M: pcul*sua* castra: sed mediae litterae sunt m. 3.

4. *cum trepidam ciuitatem:* PM cod. Rhen. Leid. 1. al.] tum trepidam civitatem cet. — Ab hoc inde loco novum caput XXXII. inceperunt: sed hunc locum ab proxime antecedentibus versibus seiungi non posse nemo non videt.

6. *momentis fortunae:* PM Harl. 1. al.] fortunae momentis.

9. *hostem sexiens uictum:* P] hostem sexies victum. — M: *hostem exiens uictū.* — Codd. recc.: hostem *totiens* uictum. — Livium *sexiens* scribi voluisse, etiam sequentia verba „septimam infelicem defectionem" ostendunt. — P: sepius.

11. *eosdem et romanos et hostes esse:* P. — M: eosdem et romanos hostes esse. — PM: se quoque eundem dictatorem. m. aemilium esse.

14. *qui antea:* PM] qui ante. — P: „ueientium pfidenatiumque". sed *p* expunctum est. PM: *ad nomentum.* Harl. 1.: *ad momentum.* cf. 4, 22.

16. *tribunos mil.:* P m. 1.] tribunus mil. (M). — M: lartet collūnio rege. — PM: *ueientium.*

18. *Iouis Ferretrii:* PM] Iovis

intulerit. proinde memores secum triumphos secum spolia secum victoriam esse, cum hostibus scelus legatorum contra ius gentium interfectorum, caedem in pace Fidenatium colonorum, indutias ruptas, septimam infelicem defectionem, arma caperent. simul castra castris coniunxissent, satis confidere nec sceleratissimis hostibus diuturnum ex ignominia exercitus Romani gaudium fore, et populum Romanum intellecturum quanto melius de re publica meriti sint qui se dictatorem tertium dixerint, quam qui ob ereptum censurae regnum labem secundae dictaturae suae inposuerint. votis deinde nuncupatis profectus mille et quingentos passus citra Fidenas castra locat dextra montibus laeva Tiberi amne saeptus. T. Quinctium Pennum legatum occupare montes

Feretrii. — Cf. 1, 10.: Iuppiter Feretri.

1. *proinde:* PM et rell. codd.] proin (I. Fr. Gron.). — M: memo | secum. m. 3.: memores secum.

4. *indutias:* M. inducias: P.

7. *et populum romanum intellecturum:* M. — P: et romanum populum intellecturum. Cf. 4, 25.: s. c. m. factum est. — M: de rep.

9. *quam qui:* Tan. Faber. — PM et rell. codd.: *quam eos qui.* — Simili modo et alias in optt. codd. a librariis erratum videmus. sic 3, 24. in PM „omnes *eas* res", cum „omnes *eae* res" scribendum fuisset. itaque cum 30, 23. in Put. et rell. codd. *quam eum qui* esset, in Mogunt. edit. *quam is qui*, nec raro apud Livium *quam qui* nullo pronomine interposito scriptum reperiretur, restituendum esse censuimus: „cum P. Scipio caedendo exercitus, agros populando in eam necessitatem hostis compulisset ut supplices pacem peterent, et nemo omnium verius existumare posset, qua mente ea pax peteretur, quam qui ante portas Carthaginis bellum gereret, nullius alterius consilio quam Scipionis accipiendam abnuendamve pacem esse". Cf. T. Livi l. xxx. p. xliv. 17.

10. *inposuerint:* M. — P: secunde dictaturae suae inposuerunt. — Cf. 3, 2.: *dederit.*

11. *mille et quingentos passus.* — P: cō &. a. passus. M: ꝏ. & a. cossus. — Cf. 3, 62.: *sexcenti fere.* — M: „tiberi | *amne* saeptus". sed *ri amne* m. 3. scripta sunt.

13. *T. Quinctium Poenum:* PM. Cf. 4, 20. — M: occultūq. ad iugum capere.

iubet occultumque id iugum capere quod ab tergo hostibus foret. ipse postero die, cum Etrusci pleni animorum ac pristini diei meliore occasione quam pugna in aciem processissent, cunctatus parumper dum speculatores referrent Quinctium evasisse in iugum propinquum arci Fidenarum, signa profert peditumque aciem instructam pleno gradu in hostem inducit. magistro equitum praecipit ne iniussu pugnam incipiat: se cum opus sit equestri auxilio signum daturum: tum ut memor regiae pugnae memor opimi doni Romulique ac Iovis Ferretrii rem gereret. legiones impetu ingenti confligunt. Romanos odio accensus inpium Fidenatem praedonem Veientem, ruptores indutiarum, cruentos legatorum infanda caede respersos sanguine colonorum suorum, perfidos socios inbelles hostes compellans factis simul dictisque odium explet.

XXXIII. Concusserat primo statim congressu hostem,

2. *ac pristini diei meliore occasione quam pugna:* PM et plerique rell.] ab pristini diei cet. (Harl. 1.?). — Etrusci non videbantur sibi animorum pleni esse quod *meliore occasione quam pugna* usi essent, quippe qui non in occasione sed in virtute sua victoriam positam fuisse crederent. verba „*ac pristini diei meliore occasione quam pugna*“ Livius pro vera rerum condicione suoque ipsius iudicio addit, quem ad modum ea quae scripta erant altera quadam sententia cum particulis *et*, *ac*, *que* addita diligentius explicari solebant: „als die Etrusker voller Muth und zwar über den glücklichen Ausgang des neulichen Tages — wiewohl dieses Glück mehr auf Rechnung der Zwietracht der Gegner als ihrer besonderen Tapferkeit kam — zur Schlacht vorgerückt waren“ u. s. w. — Quod ad *pristini* sensum attinet, cf. 9, 23.: „sicut pristino die“. — P: occassione. — M: speculatores refferent quinctiū euassisse. — P: propinquu marci. m. 2.: propinquū marci. — M: fidenariū. — *Pleno gradu:* Veget. de re mil. 1, 9. plenum gradum militari gradu citatiorem fuisse dicit. Cf. Liv. 9, 45.

9. *tum ut memor regiae pugnae:* PM. — Harl. 1.: memores. — M: „ac iouis ferretrii regeret“: h. e. *rēgere't.*

11. *Romanos:* P m. 1.] Romanus. — P: inpium fidenatem predonem ueientem.

cum repente patefactis Fidenarum portis nova erumpit acies inaudita ante id tempus invisitataque. ignibus armata ingens multitudo facibusque ardentibus tota conlucens velut fanatico instincta cursu in hostem ruit formaque insolitae pu-
5 gnae Romanos parumper exterruit. tum dictator magistro equitum equitibusque tum ex montibus Quinctio accito proelium ciens ipse in sinistrum cornu, quod incendio similius quam proelio territum cesserat flammis, accurrit claraque voce „fumone victi“ inquit „velut examen apium loco ve-
10 stro exacti inermi cedetis hosti? non ferro extinguitis ignes? non faces has ipsas pro se quisque, si igni non telis pugnandum est, ereptas ultro inferetis? agite nominis Romani ac virtutis patrum vestraeque memores vertite incendium hoc in hostium urbem et suis flammis delete Fidenas quas
15 vestris beneficiis placare non potuistis. legatorum hoc vos

1. *noua erumpit acies:* PM cod. Rhen. — Recc. quidam libri: irrupit.
2. *inuisitataque:* P m. 1. M. — P m. 2.: inusitataque. Cf. 5, 17. 35.
3. *uelut fanatico instincta cursu:* M. — P: intincta.
6. *tum ex montibus Quinctio accito:* PM. — M: „proelium sciens ipse in sinistrum cornum“: sed litterae *s* et *m* sunt scriptae m. 3. —
7. *quod incendio similius quam proelio territum:* codd. — *Similius*, quam vocem Lipsius spuriam habuit, Sigonius pro *verisimilius* scriptum putavit, I. Fr. Gron. voce *verius* (2, 26.) permutatum voluit. verum adverbium illud hoc breviore dicendi genere ita fere referendum est ad *incendio*, quasi scriptum sit „quae pars territa fanatico Fidenatium impetu, qui incendio similior videbatur quam proelio, flammis cesserat“. — M: quam proeliū territū. — M: inquid.
9. *uelut examen apium:* P. — M: appium. Cf. 21, 46.: examen apum (Put.). 24, 10.: apum examen (Put.). 27, 23.: examen apium (Put.). — M: inhermi. — P: caedetis.
10. *non ferro extinguitis ignes:* PM et plerique rell.] non ferro exstinguetis ignes (Haverc.). — M: non faces as ipsas.
11. *si igni:* P m. 2. — P m. 1. M m. 1.: *signi.* M m. 2.: pro se quisq. igni. — PM: *non telis pugnandum est.* — P: uesterque memores. m. 2.: uestreque memores.
15. *placare non potuistis:* P m. 2. M. — P m. 1.: placere. — P m. 1.: uestrorum columnorumque sanguis uastique

vestrorum colonorumque sanguis vastatique fines monent". ad imperium dictatoris mota cuncta acies. faces partim emissae excipiuntur partim vi eripiuntur: utraque acies armatur igni. magister equitum et ipse novat pugnam equestrem. frenos ut detrahant equis imperat, et ipse princeps 5 calcaribus subditis evectus efreno equo in medios ignes infertur et alii concitati equi libero cursu ferunt equitem in hostem. pulvis elatus mixtusque fumo lucem ex oculis virorum equorumque aufert. ea quae militem terruerat species nihil terruit equos. ruinae igitur similem stragem eques 10 quacumque pervaserat dedit. clamor deinde accidit novus: qui cum utraque mirabundam in se aciem vertisset, dictator exclamat Quintium legatum et suos ab tergo hostem adortos: ipse redintegrato clamore infert acrius signa. cum duae acies duo diversa proelia circumventos Etruscos et 15 fronte et ab tergo urgerent, neque in castra retro neque in montes — inde se novus hostis obiecerat — iter fugae esset et equitem passim liberis frenis dispulissent equi,

fenes monent. m. 2.: uestrorum colonorumque sanguis uastique fines monent. — M: *mouent.*

2. *mota cuncta acies:* M. — P: cunncta. — M: faces partim aemisse. — P m. 1.: eripientur.

4. *nouat pugnam equestrem:* PM: nisi quod P „aequestrem".

5. *frenos ut detrahant equis imperat:* PM.

6. *efreno equo:* M] effreno equo (P).

10. *eques quacumque peruaserat dedit:* PM. — Sigonius *peruasit* malebat.

12. *qui cum utraque* („auf beiden Seiten") *mirabundam in se aciem uertisset:* P] qui cum utramque cet. (M). — P: hostem adhortos ipse redintegrato clamo infert. m. 2.: clamore.

15. *et fronte et ab tergo urgerent:* P m. 1.] et a fronte et ab tergo urgerent (P m. 2. M). Cf. 1, 58.: *L. Iunio Bruto.*

17. *inde se nouus hostis obiecerat:* M] unde se cet. — PM: *iter fugae esset et.* Harl. 1. Leid. 1.: esse.

18. *et equitem passim* (M: passi) *liberis frenis dispulissent equi:* PM et rell. codd.] et equitem passim liberi frenis distulissent. — *Liberis frenis* simili pacto quo paulo ante *libero cursu* scriptum est. *Dispulissent* vero, cuius

Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt, Fidenatium qui superunt ad urbem Fidenas tendunt. infert pavidos fuga in mediam caedem: obtruncantur in ripis: alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo et
5 vulnera et pavor degravant: pauci ex multis tranant. alterum agmen fertur per castra in urbem. eadem et Romanos sequentes impetus rapit, Quintium maxime et cum eo degressos modo de montibus — recentissimum ad laborem militem quia ultimo proelio advenerat.

10 XXXIV. Ii postquam mixti hostibus portam intravere, in muros evadunt suisque capti oppidi signum ex muro tollunt. quod ubi dictator conspexit — iam enim et ipse in diversa hostium castra penetraverat — cupientem militem discurrere ad praedam spe iniecta maioris in urbe praedae
15 ad portam ducit, receptusque intra muros in arcem quo

hoc l. Fr. Gron. *distulissent* scribi voluit, restituendum putaremus, quod in eo longe maior vis inest, cum complexatur et *inpulissent in hostes* et *ibi distulissent*. tum demum cum tanto equorum impetu hostium agmen perfractum esset, fuga illi salutem petere coeperunt.

1. *Veientium maxima pars Tiberim effusi petunt:* P. — M: pars interim effusi. — PM: fidenatium qui supersunt.

2. *infert pauidos fuga in mediam caedem:* PM: nisi quod P m. 1. „faga". — Sigonius librum suum secutus scribi voluit „residui pauidi fuga in mediam caedem obtruncantur in ripis".

5. *pauci ex multis tranant:* P. — M: „decrauant (m. 2.: degrauant) alterũ agmen fertur per castra in urbe": mediis verbis omissis.

6. *eadem* („eben dahin") *et romanos sequentes impetus rapit:* PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. — Recc. quidam: *eodem* (4, 29.). Cf. 3, 70.: „unde cum eadem reverti posset ad suos". — P m. 1.: degressus. P m. 2. M cod. Rhen.: *degressos*. Harl. 1.: *degressum*. — PM: *quia ultimo proelio aduenerat*. Harl. 1.: peruenerat.

10. *ii*] hi. — PM: *h*ii postquam mixti hostibus (P m. 1.: hostilibus) portam intrauere.

11. *in muros euadunt:* PM. — Leid. 1. al.: in muros inuadunt. Cf. 4, 32.: „Quinctius evasisse in iugum propinquum arci".

14. *spe iniecta maioris in urbe praedae:* P. — M: spe iniecta maris in urbe cet.

ruere fugientium turbam videbat pergit. nec minor caedes in urbe quam in proelio fuit, donec abiectis armis nihil praeter vitam petentes dictatori deduntur: urbs castraque diripiuntur. postero die singulis captivis ab equite ad centurionem sorte ductis et quorum eximia virtus fuerat binis, 5 aliis sub corona venundatis, exercitum victorem opulentumque praeda triumphans dictator Romam redduxit, iussoque magistro equitum abdicare se magistratu ipse deinde abdicat die sexto decimo reddito in pace imperio quod in bello trepidisque rebus acceperat. Classi quoque ad Fidenas pu- 10 gnatum cum Veientibus quidam in annales rettulere — rem aeque difficilem atque incredibilem — nec nunc lato satis ad hoc amne et tunc aliquanto ut a veteribus accepimus

1. *nec minor caedes in urbe quam in proelio fuit:* PM. — Harl. I.: *quam proelio fuit.* Haec postrema verba, quae in recentioribus quibusdam codd. praetermittuntur, I. Fr. Gron. ex reliqua oratione eiici voluit.
3. *urbs castraque diripiuntur:* P. — M: urbs castra diripiuntar.
5. *et quorum eximia uirtus fuerat binis:* PM: nisi quod in M „fuerat. *l.* binis."
6. *aliis sub corona uenundatis:* P. — M: aliis sub coronā uenundatis. Cf. 2, 17.: „sub corona venierunt coloni alii". — 4, 29. in PM scriptum est „omnes uenu*m*dati sunt".
7. *redduxit:* M] reduxit (P m. 2.). — P m. 1.: redixit. — M: iussoq. magistr*i*.
8. *ipse deinde abdicat:* PM. — Recc. quidam codd.: se abdicat.
10. *classi quoque ad fidenas pugnatum cum ueientibus:* PM cod. Rhen. Harl. I. al.
11. *quidam in annales rettulere:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] quidam annales rettulere (recc. quidam codd. prob. I. Fr. Gronovio). — M: retulere. — Cf. 43, 13.: „non sum nescius ab eadem neglegentia qua nihil deos portendere vulgo nunc credant, neque nuntiari admodum nulla prodigia in publicum neque in annales referri: ceterum et mihi vetustas res scribenti nescio quo pacto antiquus fit animus, et quaedam religio tenet quae illi prudentissimi viri publice suscipienda censuerint ea pro dignis habere quae in meos annales referam".
13. *et tunc:* Leid. II. Lovel. I.] et tum (PM). Cf. T. Livi l. XXX. p. LXVI. 17. — PM: *nisi in traiectu forte fluminis.* Portug. m. 1.: in traiecto. cf. 1, 3.

artiore, nisi in traiectu forte fluminis prohibendo aliquarum navium concursum in maius ut fit celebrantes navalis victoriae vanum titulum appetivere.

XXXV. Insequens annus tribunos militares consulari potestate habuit A. Sempronium Atratinum L. Quinctium Cincinnatum L. Furium Medullinum L. Horatium Barbatum. Veientibus annorum viginti indutiae datae et Aequis triennii, cum plurium annorum petissent. et ab seditionibus urbanis etiam fuit. Annum insequentem neque bello foris neque domi seditione insignem ludi bello voti celebrem et tribunorum militum apparatu et finitimorum concursu fecere. tribuni consulari potestate erant Claudius Crassus Spurius Nautius Rutilus L. Sergius Fidenas Sex. Iulius Iulus. spectaculum comitate etiam hospitium, ad quam con-

2. *in maius:* M m. 2. P. — M m. 1.: *imaius.* — M: *appetiure.* m. 2.: *appetiuere.*

5. *A. Sempronium Atratinum:* P. — In M *excidit A.* — M: l. *quinctium* cincinnatum. — P: l. *oratium* barbatum. — M: *indiatiae datae.*

8. *et ab seditionibus:* P. — M: et a seditionibus. — M: ocium. — M paulo post: neque bellū foris.

12. *Claudius Crassus:* PM et rell. codd.] Ap. Claudius Crassus (Sigonius). — Cf. T. Livi l. XXX. p. LVI. 3. — M m. 1.: erā | claudius. m. 3.: erāt | claudius. — Sequentia nomina Sigonius videtur recte emendasse. PM: spurius naeuius (P: purius neuius) rutilius. t. sergius fidenas. sex. iulius tullus.

14. *hospitium:* PM cod. Rhen. al.] hospitum.

— *ad quam consenserant consilio publico:* M] ad id quod publico cdasensu venerant (L. Walch). „Wozu man sich allgemein nach vorhergehender Aufforderung des Senates verstanden hatte". — P: ad quam publico consensu uenerant. M: *ad* | *quā consenserant consilio publico con* | *sensu uenerant.* Quem ad modum multis aliis locis vidimus (cf. 2, 7.: fieri), sic etiam hoc loco in M duae lectiones coniunctae sunt, quarum altera *consensu uenerant* ex non intellecto verbo *consenserant* sine dubio exorta est. nihil enim est *ad quam publico consensu venerant* („ad quam" vero in optt. quibusque codd. est), cum illi non ad *comitatem* sed ad *spectacula* videndi venerint. atque haec ipsa erat causa quod recentiores *ad quod*, et Walch. *ad id quod*

senserant consilio publico, advenis gratius fuit. post ludos contiones seditiosae tribunorum plebi fuerunt obiurgantium multitudinem, quod admiratione eorum quos odissent stupens in aeterno se ipsa teneret servitio, et non modo ad spem consulatus in partem revocandam aspirare non auderet sed 5 ne in tribunis quidem militum creandis, quae communia essent comitia patrum ac plebis, aut sui aut suorum meminisset. desineret ergo mirari, cur nemo de commodis plebis ageret: eo inpendi laborem ac periculum unde emolumentum atque honos speretur: nihil non adgressuros homines si magna conatis magna praemia proponantur: ut quidem aliquis tribunus plebis ruat caecus in certamina periculo ingenti fructu nullo, ex quibus pro certo habeat pares adversus quos tenderet bello inexpiabili se persecutu- 10 ros, aput plebem pro qua dimicaverit nihilo se honoratio- 15

scribendum putarent. cives igitur Romani ad illam comitatem (scil. colendam) consenserant publico etiam consilio permoti, ut 9, 7. legimus „sine ulla publica auctoritate consensum in omnem formam luctus esse". (4, 26.: „consensus amplissimi ordinis". al.) [Simili errore 30, 10. in Put. „quis imitatura essent", in Bamb. „qui si matura essent": cum scribendum fuisset „qui si maturassent".]

1. *aduenis gratius afuit:* M. — P: adfuit. — PM: post ludos contiones seditiosae tribunorum plebi fuerunt.

3. *quos odissent:* PM al.] quos odisset.

4. *et non modo ad spem consulatus in partem reuocandam* (P m. 1.: reuocantemdā) *aspirare non auderet:* PM. Cf. 4, 3.: „non modo *non* patricium sed ne civem quidem romanum". 35, 46.: „nam ipsis certum esse non modo *non* recipere moenibus sed ne societatem quidem pacisci". 6, 20.: „non modo patrum *quemquam* sed ne cognatos quidem". al.

8. *desineret:* P m. 2. M. — P m. 1.: designeret. — P m. 1.: unde ǽmolumentum. m. 2.: aemolumentum. — M: honos sperne | tur.

11. *ut quidem aliquis tr. pl.:* P. „Dass aber irgend ein Tribun sich blindlings in diese Gefahren stürze — sei wenigstens nicht zu verlangen". — M: ut quidam aliquis tr. pl. ruat coetus in certamina. — M: psecuturos aut plebem cet.

rem fore — neque sperandum neque postulandum esse: magnos animos magnis honoribus fieri: neminem se plebeium contempturum ubi contemni desissent. experiundam rem denique in uno aut altero esse, sitne aliqui plebeius ferendo magno honori an portento simile miraculoque sit fortem ac strenuum virum aliquem existere ortum ex plebe. summa vi expugnatum esse ut tribuni militum consulari potestate et ex plebe crearentur: petisse viros domi militiaeque spectatos: primis annis suggillatos repulsos risui patribus fuisse, desisse postremo praebere ad contumeliam os. nec se videre cur non lex quoque abrogetur qua id licet quod numquam futurum sit: minorem quippe ruborem fore in iuris iniquitate quam si per indignitatem ipsorum praetereantur.

XXXVI. Huius generis orationes cum adsensu auditae incitavere quosdam ad petendum tribunatum militum, alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu profitentem. agri publici dividendi coloniarumque deducendarum ostentatae spes et vectigali possessoribus agrorum inposito in stipendium militum erogandi aeris. captatum

2. *neminem se plebeium contempturum ubi contemni desissent:* PM. „Kein Plebejer werde sich für zu unbedeutend halten nach höheren Würden zu streben, sobald er sich nicht mehr von seinen Mitbürgern mit Geringschätzung behandelt sehe".

3. *experiundam:* PM] experiendam. — M: rem. | in uno aut altero esse.

4. *aliqui plebeius:* PM Harl. 1.] aliquis plebeius. — M: honori ac portento simile.

6. *fortem ac strenuum uirum aliquem:* PM cod. Rhen. — In Harl. 1. Leid. 1. al. excidit *uirum.*

8. *et ex plebe crearentur:* PM. In Harl. 1. omissum est *et.* — P: domi militiaque.

9. *suggillatos:* M] sugillatos (P m. 2.). — P m. 1.: sugillatis. — P: praebere ad contumeliam. c̄ s. nec se uidere. M: praebere ad contumeliam | nec se uidere.

20. *in stipendium militum erogandi aeris* (scil. spes): PM. — *captatum deinde tempus ab tribunis* (M m. 1.: ad tribunis) *militum:* PM. — P m. 1.: clamdestina. m. 2.: clandestina. M: „cum patres clādestidenuntiatione": eadem m. 1. videtur *na* additum ad *clādesti.*

leinde tempus ab tribunis militum quo per discessum hominum ab urbe, cum patres clandestina denuntiatione revocati ad diem certam essent, senatus consultum fieret absentibus tribunis plebi, ut quoniam Volscos in Hernicorum agros praedatum exisse fama esset, ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur consulariaque comitia habe- 5 entur. profecti Ap. Claudium filium decemviri praefectum urbis relinquunt, inpigrum iuvenem et iam inde ab incunabulis inbutum odio tribunorum plebisque. tribuni plebi nec cum absentibus iis qui senatus consultum fecerant nec cum 10 Appio transacta re quod contenderent fuit.

XXXVII. Creati consules sunt C. Sempronius Atratinus Q. Fabius Vibulanus. — Peregrina res sed memoria digna traditur eo anno facta, Vulturnum Etruscorum urbem quae nunc Capua est ab Samnitibus captam Capuamque ab 15 luce eorum Capye vel — quod propius vero est — a campestri agro appellatam. cepere autem prius bello fatigatis Etruscis in societatem urbis agrorumque accepti, deinde feto die gravis somno epulisque incolas veteres novi coloni nocturna caede adorti. — His rebus actis consules hi quos 20

3. *senatus consultum fieret absentibus tribunis plebi:* PM. — P: ut qm̄.
8. *relinquunt:* P m. 2. M. — P m. 1.: relinquent. PM: inpigrum iuuenem et iam inde ab incunabulis inbutum odio.
9. *tribuni plebi:* PM] tribunis plebi. Coniungenda enim sunt „nec cum absentibus nec cum Appio quod tribuni plebi contenderent fuit". — PM: qui sc. fecerant. — P m. 1.: transacte re. m. 2.: transacta re. M: transiactare.
2. *creati consules sunt C. Sempronius Atratinus* (M: aratinus) *Q. Fabius Vibulanus:* PM.
13. *sed memoria digna:* M m. 1. P. — M m. 2. et recc. quidam codd.: sed memoriae digna.
15. *ab duce eorum Capye:* cod. Rhen. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: ab duce eorum capio. — Cf. Virg. Aen. 10, 145.: „et Capys: hinc nomen Campanae ducitur urbi": cf. etiam 1, 3. Capys, Capye.
18. *accepti.* — PM et optt. quique codd.: *acceptis.* Contra scriptum est in PM cod. Rhen. Leid. 1.: *grauisomno*, sed in Harl. 1. et paucis aliis „*grauis somno*". — PM: adhorti.
20. *his rebus actis consules hi:* PM] his rebus actis consules

diximus idibus Decembribus magistratum occepere. iam non solum qui ad id missi erant retulerant inminere Volscum bellum, sed legati quoque ab Latinis et Hernicis nuntiabant non ante umquam Vulscos nec ducibus legendis nec exer-
5 citui scribendo intentiores fuisse: vulgo fremere aut in perpetuum arma bellumque oblivioni danda iugumque accipiendum, aut his cum quibus de imperio certetur nec virtute nec patientia nec disciplina rei militaris cedendum esse. haut vana adtulere, sed nec perinde patres moti sunt et
10 C. Sempronius — cui ea provincia sorti evenit — tamquam constantissimae rei fortunae fretus quod victoris populi adversus victos dux esset, omnia temere ac neglegenter egit, adeo ut disciplinae Romanae plus in Volsco exercitu quam in Romano esset. ergo fortuna ut saepe alias virtutem est se-
15 cuta. primo proelio, quod ab Sempronio incaute inconsulii. — I. Fr. Gron. verba *his rebus actis* deleta voluit.

1. *idibus Decembribus:* cod. Rhen. cf. 5, 11. — M: idibus decembris magistratū accepere. P: idibus magistratum accepere. — Cf. 1. 49.: inde L. Tarquinius regnare occepit. 3, 55. al.

— *iam non solum qui* (P m. 1.: quia) *ad id missi erant retulerant inminere uolscum bellum:* PM. — Plerique recc.: retulerunt. — P: non ante umquam uulscos.

6. *arma bellumque obliuioni danda:* PM cod. Rhen. et rell. codd.

7. *aut his cum quibus de imperio certetur:* PM] aut iis cet. — PM: *haud* (M: aut) *uana adtulere: sed nec perinde patres moti sunt* (scil. ac debebant).

10. *cui ea prouincia sorti euenit:* PM cod. Rhen. al. — Recc. quidam codd. *sorte.*

10. *tamquam constantissimae rei fortunae fretus:* PM cod. Rhen. al. — Portug.: „tamquam constantissima re fortuna fretus“: probante I. Fr. Gronovio. Cf. 6, 13.: multitudo hostium nulli rei praeter quam numero freta (PM). 6, 31.: discordiae hostium fretus (PM). Contra 2, 47.: abundante multitudine freti. 2, 65.: virtute militum fretus. al.

12. *dux esset:* Lovel. 4. et ex coni. Rhen. — PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al.: „quod victoris populi aduersus victos *duxisset*“. — Num „*dux isset*“? — M m. 2.: *victores* populos.

— *omnia temere ac neglegenter egit:* PM.

15. *incaute inconsulteque:* M m.

eque conmissum est, non subsidiis firmata acie non equite ipte locato concursum est. clamor indicium primum fuit qua res inclinatura esset, excitatior crebriorque ab hoste sublatus: ab Romanis dissonus inpar segnius saepe iteratus incerto clamore prodidit pavorem animorum. eo ferocior 5 inlatus hostis urgere scutis micare gladiis. altera ex parte nutant circumspectantibus galeae et incerti trepidant adplicantque se turbae. signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis nunc inter suos manipulos recipiuntur. nondum fuga certa nondum victoria erat. tegi magis Romanus quam 10 pugnare. Vulscos inferre signa, urgere aciem, plus caedis hostium videre quam fugae.

XXXVIII. Iam omnibus locis ceditur nequiquam Sem-

2. P. — M m. 1.: incauto inconsulteque. — Harl. 1. Leid. 1. inconsultoque. Cf. 2, 37.: „inconsulte ac temere". — P: conmisum est.

3. *qua res inclinatura esset:* M cod. Rhen. al.] quo res cet. — P: quam res cet. Cf. 4, 33.: eadem. — M: inditium primum. — P m. 1.: ab hoste sublatos ab romanis dissonis. PM cod. Rhen.: *inpar, segnius saepe iteratus.*

5. *incerto clamore prodidit pauorem animorum:* PM et rell. codd.] incerto tenore (ex coni. Sig.). „Das Feldgeschrei war das erste Anzeichen wohin sich der Sieg neigen würde, das vom Feinde mit Begeisterung und wiederholentlich erhoben, auf Seiten der Römer verworren und ungleich, öfter mit matter Stimme wieder angefangen schon durch das unsichere Geschrei die Furcht der Gemüther offenbarte". — Lipsius scribendum coniecit „incerto clangore": I. Fr. Gron. „incerto languore": Iac. Gron. „incerto etiam ore": quibus coniecturis addi posset „incerto iā tenore" vel „tremore". sed cum Livium haud raro eisdem vocibus et in eadem sententia uti solitum esse constet, nihil mutari melius est. cf. 2, 18.: auxilium. 5, 4.: oportet. 9, 24.: arcem. 23, 37.: diebus. 45, 41.: ipse. 45, 42.: animo. al. al.

6. *altera ex parte nutant circumspectantibus galeae:* PM. — Recc. codd.: micant.

8. *signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis:* P. — signa nunc resistenti. adse | runtur ab antesignanis.

11. *uulscos inferre signa:* P] Volscus cet. — M: uidere quā fuce. m. 2.: fuge.

13. *iam omnibus locis ceditur:* P cod. Rhen. — M: „iam | in

pronio consule obiurgante atque hortante. nihil nec imperium nec maiestas valebat, dataque mox terga hostibus forent ni Sex. Tempanius decurio equitum labente iam re praesenti animo subvenisset: qui cum magna voce exclamasset ut equites qui salvam rem publicam vellent esse ex equis desilirent, omnium turmarum equitibus velud ad consulis imperium motis „nisi haec“ inquit „parmata cohors sistit impetum hostium, actum de imperio est: sequimini pro vexillo cuspidem meam: ostendite Romanis Volscisque neque equitibus vobis ullos equites nec peditibus esse pedites pares“. cum clamore conprobata adhortatio esset, vadit alte cuspidem gerens. quacumque incedunt vi viam faciunt, eo se inferunt obiectis parmis ubi suorum plurimum laborem vident. restituitur omnibus locis pugna in quae eos inpetus tulit: nec dubium erat quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint.

XXXIX. Et cum iam parte nulla sustinerentur, dat signum Vulscus imperator ut parmatis novae cohorti hostium locus detur, donec impetu inlati ab suis excludantur.

omnibus locis ceditur“: et sic Leid. I. multique alii. — PM: nequiquam sempronio consule obiurgante atque hortante.

3. *labente iam re:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. et hoc loco scribi voluit „labante iam re“, et in prooemio „labante deinde paullatim disciplina“.

5. *qui saluam rem publicam uellent esse:* P. — M: remp̄. — M: uelud.

7. *parmata cohors:* ex coni. R. H. Schelii. — Codd.: *armata.* — M: inquid armata cohorsistit de impe | rio est sequimini cet. — P m. 1.: impetium hostium. — Cf. quod paulo post sequitur „eo se inferunt *obiectis parmis*“: et 4, 39.: „ut *parmatis* locus detur“.

11. *cum clamore conprobata adhortatio esset:* PM. — P m. 1.: cuspidem gerent. m. 2.: gerens. — PM: quacumque (M: quacūq.) incedunt.

13. *obiectis parmis:* P. — M: eo se infe | runt subiectis parmis. m. 2.: subiecti.

15. *si tam pauci simul obire omnia possent:* M. — P: si tam pauci simul obicere omnia possent.

18. *uulscus imperator:* PM] Volscus imp.

19. *donec impetu inlati ab suis excludantur:* M m. 1. P. — M m. 2.: impetu inlata. —

quod ubi est factum, interclusi equites nec perrumpere eadem qua transierant posse ibi maxime confertis hostibus qua viam fecerant, et consul legionesque Romanae, cum quod tegumen modo omnis exercitus fuerat, nusquam viderent, ne tot fortissimos viros interclusos opprimeret hostis, 5 tendunt in quemcumque casum. diversi Volsci hinc consulem ac legiones sustinere, altera fronte instare Tempanio atque equitibus: qui cum saepe conati nequissent perrumpere ad suos, tumulo quodam occupato in orbem se tutabantur nequaquam inulti. nec pugnae finis ante noctem fuit. 10 consul quoque nusquam remisso certamine dum quicquam superfuit lucis hostem tenuit. nox incertos diremit, tantusque ab inprudentia eventus utraque castra tenuit pavor, ut relictis sauciis et magna parte inpedimentorum ambo pro victis exercitus se in montes proximos reciperent. tumulus 15 tamen circumsessus ultra mediam noctem est: quo cum circumsedentibus nuntiatum esset castra deserta esse, victos rati suos et ipsi qua quemque in tenebris pavor tulit fugerunt. Tempanius metu insidiarum suos ad lucem tenuit: digressus deinde ipse cum paucis speculatum cum ab sau- 20 ciis hostibus sciscitando comperisset castra Volscorum de-

Dukerus malebat „elati". verum illi equites non perrumpere per hostium aciem proelioque se subducere voluerunt sed labentem suorum rem restituere et pugnare.

1. *nec perrumpere eadem qua transierant* (P m. 1.: transierat) *posse:* PM cod. Rhen.

3. *qua uiam fecerant:* P. — M: qua | qua uiam fecerant.

6. *tendunt in quemcumque casum:* PM.

13. *ab inprudentia euentus:* PM Harl. 1. — Recc. codd.: ab imprudenti euentu.

15. *tumulus* (M: tumultus) *tamen circumsessus ultra mediam noctem est:* PM cod. Rhen. Harl. 1. al.

16. *quo cum circumsedentibus nuntiatum esset:* M Harl. 1. Leid. 1. al. — In P excidit *cum.*

19. *ad lucem tenuit:* P m. 2. M. — P m. 1.: ad lecem.

20. *digressus:* P m. 2. M et rell. codd.] degressus. — P m. 1.: digressos. — Cf. 4, 17.: digressi sunt. — PM: *laetus ab tumulo suos deuocat.* Harl. 1.: laetos ab tumulo suos deuocat.

serta esse, laetus ab tumulo suos devocat et in castra Romana penetrat. ubi cum vasta desertaque omnia adque eandem quam apud hostes foeditatem invenisset, priusquam Vulscos cognitus error redduceret — quibus poterat sauciis ductis secum — ignarus quam regionem consul petisset, ad urbem proximis itineribus pergit.

XL. Iam eo fama pugnae adversae castrorumque desertorum perlata erat, et ante omnia deplorati erant equites non privato magis quam publico luctu, Fabiusque consul terrore urbi quoque iniecto stationem ante portas agebat, cum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti tantam ex metu laetitiam fecere, ut clamor urbem pervaderet gratulantium salvos victoresque redisse equites, et ex maestis paulo ante domibus quae conclamaverant suos procurreretur in vias, pavidaeque matres ac coniuges oblitae prae gaudio decoris obviam agmini occurrerent, in suos quaeque simul corpore atque animo

2. *adque:* P m. 1. M] atque (P m. 2.). Cf. 1, 10. et T. Livi l. xxx. p. xcvi. 4.

4. *Vulscos:* M] Volscos. — P m. 1.: cognitos error. — P: *redduceret.* — M m. 1.: *reducere*, dein *reduceret.*

— *quibus poterat sauciis ductis* (M: dictis) *secum:* PM et rell. codd. — Cf. 1, 29.: „ut vero iam equitum clamor exire iubentium instabat — raptim quibus quisque poterat elatis — iam continens migrantium impleverat vias".

9. *quam publico luctu*: M. — P: quam pullico luctu.

12. *cogniti:* M m. 2. — M m. 1. P Harl. 1. Leid. 1. al. *cognitis.*

14. *quae conclamauerant suos:* PM Harl. 1. al. — Lips. m. 2.: *quae complorauerant suos.* — Cf. 5, 29.: conplorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis inpleverunt. al. — Appul. Metam. 1. (p. 104. Elm.) domi tuae iam defletus et conclamatus ea. Ovid. trist. 3, 3. 43.: nec cum clamore supremo labentes oculos condet amica manus. Taciti Ann. 3, 2.: (cum Agrippina cum Germanici cineribus accederet): „etiam quorum diversa oppida tamen obvii et victimas atque aras dis manibus statuentes lacrimis et conclamationibus dolorem testabantur". — PM: *paulo.* — P m. 1.: procurreretur in vidias. m. 2.: in uias.

17. *simul corpore atque animo uix prae gaudio compotes:*

vix prae gaudio compote effusae. tribunis plebi, qui M. Postumio et T. Quinctio diem dixerant quod ad Veios eorum opera male pugnatum esset, occasio visa est per recens odium Semproni consulis renovandae in eos invidiae. itaque advocata contione cum proditam Veis rem publicam 5 esse ab ducibus, proditum deinde quia illis inpune fuerit in Volscis ab consule exercitum, traditos ad caedem fortissimos equites deserta foede castra vociferati essent, C. Iulius unus ex tribunis Tempanium equitem vocari iussit coramque ei „Sexte Tempani" inquit „quaero de te, arbitrerisne 10 Gaium Sempronium consulem aut in tempore pugnam inisse aut firmasse subsidiis aciem aut ullo boni consulis functum officio, et tunc ipse victis legionibus Romanis tuo consilio equitem ad pedes deduxeris restituerisque pugnam, excluso deinde ab acie nostra tibi atque equitibus num aut consul 15

PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] simul corpore atque animo vix prae gaudio compotes. — Havere.: uix compotes prae gaudio. — *Compote* rectissime se habet cohaeretque quidem praecipue cum *animo*, sed tamen ita ut etiam ad *corpore* referendum sit. et *corpore effusae* videtur idem fere significare quod paulo ante dictum erat „oblitae prae gaudio decoris". „Sie stürzten sich im Drange ihrer vor Freude überströmenden Gefühle, ohne von den Formen des Anstandes zurückgehalten zu werden, in die Arme der Ihren".

2. *T. Quinctio:* M m. 2. P. — M m. 1.: t. quintio. — PM: *male pugnatum esset.* Leid. I. multique alii: male pugnatum est. — M: occasio uia est.

4. *Semproni consulis:* P] Sempronii consulis (M). — PM: aduocata contione.

5. *proditam ueis remp̄ ēē ab ducibus:* PM] proditam Veiis cet.

8. *C. Iulius unus ex tribunis:* PM et rell. codd.] C. Iunius cet. — Cf. 3, 65.: „novi tribuni plebis — duos etiam et patricios consularesque — cooptavere".

9. *Tempanium equitem:* PM et rell. — Dukero videbatur *equitem* frigere.

— *coramq. ei:* Leid. I. al.] coramq. eis. — P: coramq. eis. exte tempani inquid (m. 2.: inquit). M: coramq. | eis. extempani (m. 2.: pano) inquid.

11. *Gaium Sempronium consulem:* PM Harl. I. Leid. I. al.] C. Sempr.

13. *et tunc ipse:* PM. — In Harl. I. excidit *et*. — P m. 1.: restitueresque.

ipse subvenerit aut miserit praesidium, postero denique die ecquid praesidi usquam habueris an tu cohorsque in castra vestra virtute perruperitis, ecquem in castris consulem ecquem exercitum inveneritis, an deserta castra relictos sau-
5 cios milites: haec pro virtute tua fideque, qua una hoc bello res publica stetit, dicenda tibi sunt hodie. denique ubi C. Sempronius ubi legiones nostrae sint, desertus sis an deserueris consulem exercitumque, victi denique simus an vicerimus".

10 XLI. Adversus haec Tempani oratio incompta fuisse dicitur, ceterum militariter gravis, non suis vana laudibus non crimine alieno laeta. quanta prudentia rei bellicae in G. Sempronio esset, non militis de imperatore existimationem esse sed populi Romani fuisse cum eum comitis con-
15 sulem legeret. itaque ne ab se imperatoria consilia neu consulares artes exquirerent, quae pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent: sed quod viderit referre posse: vidisse autem se priusquam ab acie intercluderetur

2. *ec quid presidi usquam habueris:* P. — M: ec quid p̄sidiisquam habueris. m. 2.: p̄sidii quam. — P: ecquem in castris consulem & quem exercitum inueneritis. — P m. 1.: relictos saccios milites. m. 2.: saucios.

5. *haec pro uirtute tua fideque:* M m. 1. P. — M m. 2.: uirtute tuæ. — M: quā unā hoc bello resp̄ stetit.

10. *Tempani oratio:* PM Harl. 1.] Tempanii oratio. — PM cod. Rhen. al.: *incompta fuisse dicitur.*

12. *in G. Sempronio:* PM. — P: „non *lic* militis". sed *lic* expunctum est.

13. *existimationem esse:* PM Leid. 1. al. — M: sed p̄ir fuisse. P: sed p̄r fuisse.

14. *comitis:* P m. 1. M m. 1. Harl. 1. Leid. 1.] comitiis (P m. 2. M m. 2.).

15. *itaque ne ab se:* P m. 2. M. — P m. 1.: itaque ne spe.

16. *quae pensitanda quoque magnis animis atque ingeniis essent:* PM. „Gegenstände die auch dem ausgezeichneten Talent noch einer ernsten Erwägung bedürftig erscheinen müssten". I. Fr. Gronovius scribi voluit: „quae pensitare quoque magni animi atque ingenii esset".

17. *sed quod uiderit referre posse:* PM. — Leid. 1. et plerique recc.: referri posse.

consulem in prima acie pugnantem atque hortantem inter signa Romana telaque hostium versantem. postea se a conspectu suorum ablatum ex strepitu tamen et clamore sensisse usque ad noctem extractum certamen, nec ad tumulum, quem ipse tenuerat, prae multitudine hostium credere 5 perrumpi potuisse. exercitus ubi esset se nescire: arbitrari, velud ipse in re trepida loci praesidio se suosque sit tutatus, sic consulem servandi exercitus causa loca tutiora castris cepisse. nec Volscorum meliores res esse credere quam populi Romani: fortunam noctemque omnia erroris 10 mutui inplesse. precantemque deinde ne se fessum labore ac volneribus tenerent, cum ingenti laude non virtutis magis quam moderationis dimissum. cum haec agerentur, iam consul via Lavicana ad fanum Quietis erat. eo missa plaustra iumentaque alia ab urbe exercitum adfectum proelio 15 ac via nocturna excepere. paulo post in urbem est ingres-

1. *pugnantem atque hortantem:* P] pugnantem adhortantem. — M: prius | quam ab acie pugnantē adhortantem. — Rhenanus quoque in libro suo quamquam manu paulo recentiore *atque* adscriptum vidit, ut ibi fieret „pugnantem atque adhortantem". verum *adq.* primo pro *atque* scriptum et quod *versantem* si *atque* scriberetur sine coniunctione videbatur esse non posse, errorem effecerit. *versantem* vero tamquam appositio et ad *pugnantem* et ad *hortantem* referendum est. Cf. 4, 38.: „Sempronio obiurgante atque hortante". — P m. 1.: teleque hostium. m. 2.: telaque.

2. *postea se a conspectu suorum ablatum:* PM. — P: extrepitu. m. 2.: exstrepitu. M: extrepitū. m. 2.: extrepitu.

5. *quem ipse tenuerat:* M m. 2. P. — M m. 1.: quem ipse tenerat. Cf. 3, 2.: *dederit.*

6. *exercitus ubi esset:* P. — M: exercitu subiesset. m. 2.: exercitū si ibi esset. — M: uelud. — P m. 1.: praesidio *re* suosq. m. 2.: *se.* — P: *situtatus:* sed t quod deerat, m. 2. additum est.

11. *ne se fessum:* M. — P: neseinfessum. — PM: ac uolneribus.

13. *dimissum:* PM et optt. quiq. codd. — Neapol. codd.: *dimissum accipio:* quo supplemento hoc quidem loco nequaquam opus est. sed cf. ex. gr. 3, 67.: „ibi in hanc sententiam locutum accipio".

14. *uia lauicana:* PM. Cf. 2, 39. et 4, 47.

A. Sellium Sex. Antistium et Sp. Icilium fecit, quos et pro centurionibus sibi praefecerant Tempanio auctore equites. senatus, cum odio Semproni consulare nomen offenderet, tribunos militum consulari potestate creari iussit: creati sunt L. Manlius Capitolinus Q. Antonius Merenda L. Papirius Mugilanus. principio statim anni L. Hortensius tribunus plebis C. Sempronio consuli anni prioris diem dixit. quem cum quattuor collegae inspectante populo Romano orarent, ne imperatorem suum innoxium in quo nihil praeter fortunam reprehendi posset vexaret, aegre Hortensius pati, temptationem eam credens esse perseverantiae suae nec precibus tribunorum, quae in speciem modo iactentur, sed auxilio confidere reum. itaque modo ad eum conversus, ubi illi patricii spiritus ubi subnixus et fidens innocentiae animus esset, quaerebat: sub tribunicia umbra consularem virum delituisse: — modo ad collegas „vos autem, si reum perago — quid acturi estis? an erepturi ius populo et eversuri tribuniciam potestatem plebis?“ cum illi et de Sempronio et de omnibus summam populi Romani potestatem esse dicerent nec se iudicium populi tollere aut velle aut

1. *pro centurionibus:* PM. Sic Tempanius (4, 38.) dixerat „ostendite neque equitibus vobis ullos equites neo peditibus esse pedites parea“, cum illi peditum munere fungerentur.

3. *Semproni:* PM] Sempronii. — PM: 1. manilius capitolinus. Cf. 2, 54. — P: l. papyrius mugilianus. M: l. papirius mugilianus. Voss. 1. al.: mugilanus. Cf. 4, 7. 30.

6. *L. Hortensius tr. pl.:* PM.

9. *inspectante* Dor.: P. — M: inspectante. Fr.

12. *quae in speciem modo iactentur:* P pacien | do — M: quae in modo iactentur.

14. *ubi subnixus et fidens:* PM] ubi subnisus cet.

16. *modo ad collegas:* P. — M: modo ad collega uos aū | si rerum perago. — P: si rerum perago. m. 2.: reum.

17. *an erepturi ius populo:* P. — M: ius populi.

— *et euersuri tribuniciam potestatem pl.* (h. e. plebis): M cod. Rhen. — Minus recte in P scriptum est „potestatem. pr.“ — I. Fr. Gron. et Drakenborchius hoc „PL“ in nullo codice scripto vidisse volunt. — In M scriptum est „tr. ibu | niciam“.

posse, sed si preces suae pro imperatore qui sibi parentis esset loco non valuissent, se vestem cum eo mutaturos: tum Hortensius „non videbit“ inquit „plebs Romana sordidatos tribunos suos. C. Sempronium nihil moror, quando
5 hoc est in imperio consecutus ut tam carus esset militibus“. nec pietas quattuor tribunorum quam Hortensi tam placabile ad iustas preces ingenium pariter plebi patribusque gratius fuit. — Non diutius fortuna Aequis indulsit, qui ambiguam victoriam Vulscorum pro sua amplexi fuerant.

10 XLIII. Proximo anno N. Fabio Vibulano T. Quinctio — Capitulini filio — Capitolino consulibus ductu Fabi, cui sorte ea provincia evenerat, nihil dignum memoratu actum. cum trepidam tantum ostendissent aciem Aequi, turpi fuga funduntur haud magno consulis decore. itaque triumphus
15 negatus, ceterum ob Sempronianae cladis levatam ignominiam ut ovans urbem intraret concessum est. Quem ad modum bellum minore quam timuerant dimicatione erat perfectum, sic in urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarum inter plebem ac patres exorta est coepta ab dupli-

2. *mutaturos:* P m. 2. M. — P m. 1.: mutaturus. — M: inquid. — P: c. sempronius. m. 2.: c. semproniū.

6. *Hortensi:* PM] Hortensii. — M m. 1. P: preces *in*ingenium.

7. *gratius fuit:* PM et rell. codd. — Drakenborchius „gratior fuit“ emendare noluit, quod ex verborum structura hoc adiectivum non ad *ingenium* sed ad *pietas* pertineret. nec tamen quidquam frequentius est quam ut ita apud Livium adiectiva et participia in eo genere quod in proxime antecedente nomine erat, posita inveniantur.

8. *ambiguam uictoriam uulscorum:* PM.

10. *N. Fabio.* — PM: *cn. fabio.* Sigonius restituit „Numerio“ ex Cap. fragm. — M: t. quinctio capitulini filio capitolio. cōs. P: t. quintio capitolini filio capitolino cōs.

11. *ductu Fabi:* PM] ducta Fabii.

13. *ostendissent:* P m. 2. M. — P m. 1.: hostendissent.

14. *itaque triumphus negatus:* PM al.] itaque triumphus negatur.

18. *sic in urbe:* P. — M: sic in urbē. — P m. 1.: meles. m. 2.: moles. — M: ex*h*orta est. — PM: coepta *ad*duplicando. h. e. *ab.* — M m. 1.: quaest| *h*orū numero.

ando quaestorum numero. quam rem — praeter duos urbanos quaestores duo qui consulibus ad ministeria belli praesto essent — a consulibus relatam cum et patres summa ope adprobassent, a consulibus tribuni plebi certamen intulerunt ut pars quaestorum — nam id tempus patricii creati 5 erant — ex plebe fieret. adversus quam actionem primo et consules et patres summa ope adnisi sunt: concedendo deinde ut quem ad modum in tribunis consulari potestate

1. *quam rem — praeter duos urbanos quaestores duo qui consulibus ad ministeria praesto essent:* codd.] quam rem, praeter duos urbanos quaestores ut duo consulibus ad minist. cet. — I. Fr. Gron. scribi voluit „praeter duos urbanos quaestores duo ut consulibus" cet. Drakenb. vulg. lectionem retinuit „quam rem ut praeter duos urbanos quaestores duo consulibus" cet. Sed quem ad modum aliis quoque locis et singula verba et plura, si ea facili coniectura suppleri posse viderentur, apud Livium videmus praetermissa, sic etiam hoc loco id quod in codd. manuscriptis legitur verissimum est et ad *duo* supplendum erit „ut crearentur" vel „ut essent": (cf. ex. gr. 4, 43. „quin copularent"). quae interpretatio si cui audacior videatur, is referat, cum *duo* etiam accusativus esse possit, *quaestores duo* tamquam appositionem ad *quam rem.* — M: praeter duos obanos. m. 2.: orbanos. — PM: questores. — M: a consulibus relata.

4. *a consulibus tribuni plebi certamen intulerunt:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] consulibus tribuni plebis certamen intulerunt. — Mirum sane est, quod vera huius integri loci interpretatio priores editores fugere potuerit. Non *consulibus* tribuni pl. certamen intulerunt sed *a consulibus:* h. e. aversi ad tempus *ab illa altera rogatione* plebeiiorum creandorum *consulum.* „Als die Väter den Antrag mit grosser Bereitwilligkeit angenommen, so liessen die Tribunen ihre alte Forderung dass plebejische Consuln erwählt würden für den Augenblick fallen, und forderten dagegen dass zu den beabsichtigten vier Quaestoren zwei aus den Plebejern genommen würden".

5. *nam id tempus:* PM et optt. quique codd.] nam ad id tempus.

7. *summa ope adnisi sunt:* PM. — M: in tribunib. consulari potestate creandiusi sunt. m. 2.: creandis usi sunt.

creandis usi sunt, adaeque in quaestoribus liberum esset arbitrium populi, cum parum proficerent, totam rem de augendo quaestorum numero omittunt. excipiunt omissam tribuni aliaeque subinde inter quas et agrariae legis sedi-
5 tiosae actiones existunt: propter quos motus cum senatus consules quam tribunos creari mallet neque posset per intercessiones tribunicias senatus consultum fieri, res publica a consulibus ad interregnum neque id ipsum — nam coire patricios tribuni prohibebant — sine certamine ingenti redit.
10 cum pars maior insequentis anni per novos tribunos plebi et aliquot interreges certaminibus extracta esset, modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum interregem modo interregem interpellantibus ne senatus consultum de comitiis consularibus faceret, postremo L. Papirius Mugila-

1. *adaeque in questoribus:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al. — Bekkerus „adaeque *et* in quaestoribus" sine ulla, ut videtur, auctoritate. Cf. 1, 1.: „Hadriatici sinum maris". al.
3. *omissam:* M. — P: omisam.
6. *per intercessiones tribunicias. sc. fieri:* M. — P: s. m. c. fieri. — Cf. 4, 25.: *s. c. m. factum est.*
7. *res publica:* P. — M: *resp.* Leid. II.: *res.* — *Resp.* = rei publicae administratio. Cf. contra 1, 22.: Numae morte ad interregnum res rediit. 4, 25.: cum res prope ad interregnum perducta esset. al. — P: nam quoire. m. 2.: nam coire. — P: „tribuni *co* prohibebant": sed *co* expunctum est.
10. *cum pars maior insequentis anni per nouos tribunos plebi:* PM.
11. *modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prdendum interregem modo interregem interpellantibus ne sc. de comiciis consularibus faceret:* M. — P: modo prohibentibus tribunis patricios coire ad prodendum *interregem* interpellantibus. ne. sc. de comitiis consularibus faceret. — Dubitandum tamen est an integra oratio servata sit in Voss. I. al.: „*modo prohibentibus* tribunis patricios coire ad prodendum interregem *modo interpellantibus* ne" cet., cum altero loco *interregem* facillime suppleatur.
14. *L. Papirius Mugilanus:* M. — P: l. papyrius mugilanus. Cf. 4, 30. — PM: *nunc patres nunc tribunos plebi.* — PM: *remp.* — P: ueientibus induciis. M: ueientibus indutiis. In cod. Rhenani scriptum est m. 2.: „Veientium indutiis".

nus proditus interrex castigando nunc patres nunc tribunos plebi desertam omissamque ab hominibus rem publicam deorum providentia curaque exceptam memorabat Veientibus indutiis et cunctatione Aequorum stare. unde si quid increparet terroris, sine patricio magistratu placere rem publicam opprimi? non exercitum non ducem scribendo exercitui esse. an bello intestino bellum externum propulsaturos? quae si in unum conveniant, vix deorum opibus quin obruatur Romana res resisti posse. quin illi remittendo de summa quisque iuris mediis copularent concordiam, patres patiendo tribunos militum pro consulibus fieri, tribuni plebi non intercedendo quo minus quattuor quaestores promisce de plebe ac patribus libero suffragio populi fierent.

XLIV. Tribunicia primum comitia sunt habita. creati tribuni consulari potestate omnes patricii L. Quinctius Cincinnatus tertio L. Furius Medullinus iterum M. Mallius A.

4. *si quid increparet:* M et ed. Camp.] si quid increpet (P). — PM: placere remp̄. opprimi.
6. *non ducem scribendo exercitui esse:* PM. — Recc. quidam codd.: *exercitu.*
8. *quin obruatur romana res:* P m. 2. M. — P m. 1.: qui non obruatur romana res.
9. *quin illi remittendo de summa quisque iuris mediis copularent concordiam:* PM. — Simili modo 9, 3.: „quid si media via consilii caperetur". — Cf. 4, 31.: tendendo ad sua quisque consilia.
11. *tribuni plebi*] tribuni plebis. — PM Harl. 1. Leid. 1.: *tribunos plebi.* Plerique recc. codd.: *tribunos plebis.* — Facile ita ab librariis errari poterat, cum plerumque *tr. pl.* scriberetur, hoc modo scriptum est 4, 56. in M „postremo etiā tr̄. p̄l. appellarent", in P „postremo etiam tribuni plebi appellarent", quamquam ratio loci *tribunos plebi* desiderat.
12. *promisce:* PM Harl. 1. Leid. 1.] promiscue. Cf. 4, 56.: promisci honores. 5, 55.: promisce urbs aedificari coepta. al.
14. *tribunicia:* M. — P: tribunitia.
15. *L. Quinctius Cincinnatus tertio:* P] L. Quintius Cincinnatus tertium. — M: *tertio.* Cf. 4, 48.: „Mecilius quarto et Metilius tertio". —
16. *L. Furius Medullinus:* Sig. — PM Harl. 1.: sex furius medullinus. Voss. 1. al.: *L. Sex. Furius Medull.* — *M. Mallius:* PM Harl. 1. Leid. 1.

Sempronius Atratinus. hoc tribuno comitia quaestorum habente petentibusque inter aliquot plebeios filio Antisti tribuni plebis et fratre alterius tribuni plebis Sexti Pompili nec potestas nec suffragatio horum valuit quin, quorum pa-
5 tres avosque consules viderant, eos nobilitate praeferrent. furere omnes tribuni plebi: ante omnes Pompilius Antistiusque repulsa suorum accensi: quidnam id rei esset, quod non suis beneficiis non patrum iniuriis non denique usurpandi libidine, cum liceat quod ante non licuerit, si non
10 tribunum militarem — ne quaestorem quidem quemquam ex plebe factum! non valuisse patris pro filio, fratris pro fratre preces, tribunorum plebis, potestatis sacrosanctae ad auxilium libertatis creatae. fraudem profecto in re esse et A. Sempronium comitiis plus artis athibuisse quam fidei.

al.] M. Manlius. — Graeci: Μάλλιος. Cf. 4, 29.: „imperia Malliana". 2, 43.: „Gneius Manlius". — M: s. sempronius aratin'.

2. *Antisti:* PM] Antistii. — PM: tribuni plebis.

3. *alterius tr̄. pl. Sexti Pompili:* P] alterius tribuni plebis Sex. Pompilii. — M: alterius tr̄. p̄l. sexti polli | nec potestas.

4. *nec suffragatio horum ualuit:* P cod. Rhen. — M: nec suffragio horū maluit.

6. *tribuni plebi:* PM Harl. I. Leid. I.] tribuni plebis. — PM: ante omnes polius antistiusq.

7. *quidnam id rei esset quod non suis* (M: ū sui) *beneficiis:* PM et rell. codd.] quidnam id rei esset? non suis beneficiis cet. — I. Fr. Gron. „quidnam id rei esse" scribi malebat, sed in *accensi* inest *rogitantes* vel simile quid. Deinde restituimus *quod*, cum nihil frequentius sit quam *quid quod*, omniumque codicum consensus particulam hanc tuetur. verum si ita scriberetur, desiderandum videbatur „si non tribunus militaris, ne quaestor quidem quisquam ex plebe factus esset". sed ad verba Liviana supplendum est *viderent* perinde atque idem hoc verbum 2, 58. „quod se victum ab ea" cet. supplendum esse vidimus. In sequenti oratione scriptum est in M „non ualuissent" pro *non ualuisse*, quod si integrum est, referendum erit *quod* etiam ad hoc verbum. sed infinitivus, qui in reliquis libris videtur esse, magis placet.

14. *athibuisse:* M] adhibuisse (P). Cf. T. Livi l. xxx. p. xcvi. 17.

eius iniuria queri suos honore deiectos. itaque cum in ipsum et innocentia tutum et magistratu in quo tunc erat, impetus fieri non posset, flexere iras in C. Sempronium patruelem Atratini, eique ob ignominiam Volsci belli adiutore collega M. Canuleio diem dixere. subinde ab hisdem tri- 5 bunis mentio in senatu de agris dividendis inlata est, cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat, ratis — id quod erat — aut deposita causa leviorem futurum apud patres reum aut perseverantem sub iudicii tempus plebem offensurum. adversae invidiae obici maluit et suae nocere 10 causae quam publicae deesse, stetitque in eadem sententia ne qua largitio cessura in trium gratiam tribunorum fieret. nec tum agrum plebi sed sibi invidiam quaeri: se quoque subiturum eam tempestatem forti animo: nec senatui tanti se civem aut quemquam alium debere esse ut in parcendo 15 uni malum publicum fiat. nihilo demissiore animo cum dies venit causa ipse pro se dicta, nequiquam omnia expertis

1. *itaque cum in ipsum:* P m. 2. M. — P m. 1.: itaque cum ipsum. — M: patruelem aratini. P: patruelem atranii eique ab (m. 2.: ob) ignominiam.
5. *ab hisdem tribunis* („von eben diesen"): PM] ab iisdem tribunis. — Cf. 3, 68.: hisdem istis ferocibus animis. al.
6. *cui actioni semper acerrime C. Sempronius restiterat ratis id quod erat:* P. — M: cui actioni semper acirrime c. sempronius resisterat ratus id quod erat cet. — Drakenb. *ratus* in omnibus suis libris scriptis vidisse vult.
9. *perseuerantem sub iudicii tempus.* — P: *perseuerantem per iudicii tempus.* sed *per* videtur excludere id tempus, quod iudicii tempori antecedebat. utrumque coniunctum est ut alias in M „pseuerante psubiudicii tempus". In Rhenani etiam libro erat *perseuerante*, quasi id ad *causa* referendum esset.
11. *quam publicae deesse:* M. — P: publice.
13. *nec tum agrum plebi:* PM et rell. „Auch jetzt handle es sich nicht darum" cet. I. Fr. Gron. malebat „nec *enim* agrum".
16. *nihilo demissiore animo:* M. — P: nihilo dimissiore animo.
17. *causa ipse pro se dicta.* Cf. 4, 31.: „tendendo ad sua *quisque* consilia. — M: causa ipse sa ipse | pse dicta. P Harl. 1. Leid. 1. al.: causa ipsa ipse pro se dicta. — PM: *nequiquam.*

patribus ut mitigarent plebem, quindecim milibus aeris damnatur. Eodem anno Postumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, criminis innoxia, ab suspicione propter cul-

1. *XV milibus aeris damnatur:* PM] quindecim millibus cet.
2. *Postumia uirgo uestalis:* P m. 2. M. — P m. 1.: postumia uergo uestalis. — M m. 2. P: de incestu. M m. 1.: de incertu.
3. *criminis innoxia:* M] crimine innoxia (P m. 2.). — P m. 1.: criminę innixia.
— *ab suspicione propter cultum amoeniorem ingeniumque liberius quam uirginem decet parum abhorrens*] ob suspicionem propter cultum amoeniorem ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. — Recte videtur I. Fr. Gronovius restituisse „ab suspicione — parum abhorrens". quamquam enim in M m. 1. scriptum erat „abhorrens eam am ampliatā", et „eam am" videri potest pro *famam* scriptum esse, tamen non modo *am* (quod haud scio an prima manu in M erasum est) ex prima syllaba vocis sequentis *ampliatā* natum, sed etiam, cum *am* nihil esse videretur, eius loco *eam* tamquam alteram lectionem adiectum esse docet id quod in P repperimus: ibi enim nihil m. 1. scriptum est nisi „parum aborrens ampliatam", et altera demum manu supra *aborrens* additum est *famā*. saepissime vero ita ex similibus syllabis vocibusque easdem similesve voces syllabasque ab errantibus librariis adsumtas esse exemplis allatis ad T. Livi librum XXX. p. XLIII. III. ostendimus: (cf. etiam in eodem M 4, 38.: *qua qua* pro *qua*, 4, 46.: *cucuius* pro *cuius:* al.). deinde particulas non tantum *ad* et *ab*, verum etiam *ab* et *ob* inter se permutatas esse, modo vidimus hoc ipso loco ubi in P deprehendimus „ab ignominiam": quod si „ab suspicionē" ut sexcenties alias pro „ab suspicione" scriptum erat, verum videri facillime poterat „ob suspicionem". et singulari sane ratione dictum esset „parum abhorrens famam": nam ubi *abhorrere* cum accusativo coniunctum est, longe alia significatio exprimi solebat. Dav. Kuhnkenius quidem loco verborum *ob suspicionem* scribendum coniecit „obnoxia suspicioni", quod ad *innoxia* relatum per se elegantissimum esset. verum ne id quidem probandum est, cum *obnoxia suspicioni* idem fere significet quod „parum abhorrens fam.": ut si illa Kuhnkeniana coniectura vera est, haec posteriora verba eicienda ex reliqua oratione videantur. *abhorrere* tamen

tum amoeniorem ingeniumque liberius quam virginem decet parum abhorrens. ampliatam, deinde absolutam pro collegii sententia pontifex maximus abstinere iocis colique sancte potius quam scite iussit. Eodem anno a Campanis Cumae, quam Graeci tum urbem tenebant, capiuntur. Inse- 5 quens annus tribunos militum consulari potestate habuit Agrippam Menenium Lanatum P. Lucretium Tricipitinum Spurium Nautium Rutilum.

XLV. Annus — felicitate populi Romani — periculo potius ingenti quam clade insignis. servitia urbem ut in- 10 cenderent distantibus locis coniurarunt populoque ad opem passim ferendam tectis intento ut arcem Capitoliumque armati occuparent. avertit nefanda consilia Iuppiter indicioque duorum conprehensi sontes poenas dederunt. indicibus dena milia gravis aeris, quae tum divitiae habebantur, ex 15 aerario numerata et libertas praemium fuit. bellum inde ab Aequis reparari coeptum, et novos hostes Lavicanos consilia cum veteribus iungere haud incertis auctoribus Romam est allatum. Aequorum iam velut anniversariis armis ad-

suspicione eo quem huius loci ratio desiderat sensu cum alias legimus tum apud Ciceronem in or. pro Caelio 4, 10.: „nam quod Catilinae familiaritas obiecta Caelio est, longe ab ista suspicione abhorrere debet".

2. *pro collegii sententia:* P m. 2. M. — P m. 1.: collegio. — P m. 1.: abtinere. m. 2.: abstinere. — P: quam greci tum urbem.

6. *tribunos militum:* P. — M: tribunos mil. — M: agrippam menenium lenatum. — M: sp. nautium rutilium. P et rell.: spurium nautium. — Sigonius quartum tribunum *C. Servilium* ex tab. Capit. addi voluit.

9. *felicitate pīr.:* M. *felicitate pī.:* P. Cf. 1, 46.: „fortuna credo populi romani".

11. *coniurarunt:* PM. — Harl. 1.: *coniurare.* Idem liber paulo post *uenere* pro *uenerunt.*

12. *Capitoliumque:* P m. 2. M. — P m. 1.: capitolium | quam armati.

15. *dena milia:* PM] dena millia. — M: quae tum diuitiae habent2—.

16. *praemium fuit:* P. — M: et libertas et pmium fuit. — M: repari coeptum. m. 2.: repari coeptum. — PM: *romam est allatum.* Leid. 1. al.: Romam esse allatum.

19. *adsueuerat:* PM] assuerat. —

sueverat civitas: Labicos legati missi cum responsa inde retulissent dubia quibus nec tum bellum parari nec diuturnam pacem fore appareret, Tusculanis negotium datum adverterent animos ne quid novi tumultus Lavicis oreretur. 5 Ad insequentis anni tribunos militum consulari potestate inito magistratu legati ab Tusculo venerunt — L. Sergium Fidenatem M. Papirium Mugilanum C. Servilium Prisci filium, quo dictatore Fidenae captae fuerant. nuntiabant legati Lavicanos arma cepisse et cum Aequorum exercitu depopula- 10 tos agrum Tusculanum castra in Algido posuisse. tum Lavicanis bellum indictum: factoque senatus consulto ut duo ex tribunis ad bellum proficiscerentur, unus res Romae curaret, certamen subito inter tribunos exortum. se quisque belli ducem potiorem ferre, curam urbis ut ingratam igno- 15 bilem aspernari. cum parum decorum inter collegas certamen mirabundi patres conspicerent, Q. Servilius „quando nec ordinis huius ulla" inquit „nec rei publicae est verecundia, patria maiestas altercationem istam dirimet: filius meus extra sortem urbi praeerit, bellum utinam qui adpe- 20 tunt consideratius concordiusque quam cupiunt gerant".

XLVI. Dilectum haberi non ex toto passim populo

PM: *labicos*. Cf. 2, 39.: Labicos. — PM: *retulissent*. — P m. 1.: appararet tusculanus. m. 2.: tusculanis.

4. *ne quid noui tumultus Lauicis oreretur:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Alii: *oriretur*.

7. *M. Papirium Mugilanum:* M. — P: m. papyrium mugilanum. Cf. 4, 30.

9. *arma cepisse:* M. — P: arma coepissē & cum. m. 2.: coepisse. — P m. 1. M m. 1.: grastra. m. 2.: castra in algido posuisse.

11. *factoque s.c.:* P. — M: *factoque soc.:* litterarum metathesi pro *sco*. — M: proficisscerentur.

13. *se quisque belli ducem potiorem ferre:* M m. 1. P. — M m. 2.: potiorem fore. Cf. 2, 7.: fieri fore.

14. *curam urbis ut ingratam ignobilem aspernari:* M] curam urbis ut ingratam ignobilemque aspernari (P).

16. *quando nec ordinis huius ulla inquid nec rei publicae* (M: reip̄.) *est uerecundia:* PM.

20. *consideratius:* P. — M: c̄federatius. m. 2.: c̄federatius.

21. *dilectum:* PM] delectum.

placuit: decem tribus sorte ductae sunt: ex is scriptos iuniores duo tribuni ad bellum duxere. coepta inter eos in urbe certamina cupiditate eadem imperii multo inpensius in castris accendi: nihil sentire idem, pro sententia pugnare, sua consilia velle sua imperia sola rata esse, contemnere in 5 vicem et contemni, donec castigantibus legatis tandem ita comparatum est ut alternis diebus summam imperii haberent. quae cum allata Romam essent, dicitur Q. Servilius aetate et usu doctus precatus ab diis inmortalibus ne discordia tribunorum damnosior rei publicae esset quam ad 10 Veios fuisset, et velut haud dubia clade inminente institisse filio ut milites scriberet et arma pararet. nec falsus vates fuit. nam ductu L. Sergi, cuius dies imperii erat, loco in quo sub hostium castris, cum quia simulato metu receperat se hostis ad vallum, spes vana expugnandi castra eo 15 traxisset, repentino impetu Aequorum per supinam vallem fusi sunt multique in ruina maiore quam fuga oppressi obtruncatique. castraque eo die aegre retenta, postero die circumfusis iam magna ex parte hostibus per aversam portam

1. *ex is:* M] ex his (P). — M: ex is scribitos | iuniores. Cf. 1, 59.: *scribtoribus.*
5. *contemnere.* — PM: contempnere. M: et contempni. Cf. 4, 3.: *contemnerent.* — P m. 1.: denec. m. 2.: donec. — M: legatis tam ita comparatum est.
9. *precatus ab diis inmortalibus:* PM.
10. *damnosior reip. esset:* M.
13. *nam ductu L. Sergi:* PM. In Leid. 1. omnibusque prope recentioribus omissum est *Sergi.* — M m. 1.: *cu* | cuius dies.
15. *spes uana expugnandi castra eo traxisset:* PM. — Harl. 1.: spes uaria. — Leid. 1. et recc.: retraxisset.
16. *per supinam uallem:* M. — Pm. 1.: *psupiaualle:* quod haberi potest pro „psupiaualle" h. e. *praesupina uallе:* aut pro „psupinā uallē", sicut m. 2. emendatum est.
17. *multique in ruina maiore quam fuga oppressi:* PM. — M: obtrunc | catiq.
18. *eo die:* PM. — Leid. 1. al.: eodem die.
19. *per auersam portam:* PM cod. Rhen. Harl. 1. — Recc. codd.: per aduersam portam. — Dein Rhenanus in suo libro invenisse vult „turpi fuga deseruntur", cum in PM sit „fuga turpi deseruntur".

fuga turpi deseruntur. duces legatique et quod circa signa roboris de exercitu fuit Tusculum petiere: palati alii per agros passim multis itineribus maioris quam accepta erat cladis nuntii Romam contenderunt. minus trepidationis fuit
5 quod eventus timori hominum congruens fuerat, et quod subsidia quae respicerent in re trepida praeparata erant ab tribuno militum: iussuque eiusdem per minores magistratus sedato in urbe tumultu speculatores propere missi nuntiavere Tusculi duces exercitumque esse, hostem castra loco
10 non movisse. et quod plurimum animorum fecit, dictator ex senatus consulto dictus Q. Servilius Priscus, vir cuius providentiam in re publica cum multis aliis tempestatibus ante experta civitas erat, tum eventu eius belli quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem male gestam fue-
15 rat: magistro equitum creato, a quo ipse tribuno militum dictator erat dictus, filio suo — ut tradidere quidam, nam alii Ahalam Servilium magistrum equitum eo anno fuisse scribunt — novo exercitu profectus ad bellum accitis qui Tusculi erant duo milia passum ab hoste locum castris cepit.
20 XLVII. Transierat ex re bene gesta superbia neglegentiaque ad Aequos quae in Romanis ducibus fuerat. itaque primo statim proelio cum dictator equitatu inmisso an-

3. *accepta:* P. — M: acepta. — Harl. 1.: contendēr.

6. *quae respicerent in re trepida praeparata erant:* PM: — Alii recc. „in rem trepidam", alii „praeparauerant".

8. *propere missi:* P. — M m. 1.: *prope missi:* sed eadem m. 1. videtur additum *re.*

10. *et quod plurimum animorum fecit:* PM. — Harl. 1.: et quam plurimum animorum fecit.

— *dictator ex ʒ. c̄. dictus:* M. In P excidit *dictus.* — Deinde scriptum est in PM optimisque Drak. codd.: *q̄. sulpicius priscus:* et in Lovel. 1.: „*q̄. seruilius* sulpicius *priscus*".

11. *uir cuius prouidentia in rē. cum multis aliis tempestatibus ante experta ciuitas erat:* PM. — Harl. 1.: *ut cuius prouidentiam* cet.

15. *a quo ipse tribuno militum:* cod. Rhen. — M: create quo ipse | tribuno militum. P: a quo ipsi tribuno militum. Leid. 1. al. a quo ipso cet.

19. *II. milia passum:* PM] duo millia passuum. — M: coepit.

20. *neglegentiaque:* PM] neglig.

nos hostium turbasset, legionum inde signa inferri pro-
ıssit, signiferumque ex suis unum cunctantem occidit.
ardor ad dimicandum fuit ut impetum Aequi non tu-
victique acie cum fuga effusa petissent castra, bre-
; tempore et certamine minor castrorum oppugnatio 5
ıam proelium fuerat. captis direptisque castris cum
m dictator militi concessisset, secutique fugientem ex
hostem equites renuntiassent omnes Lavicanos victos
n partem Aequorum Labicos confugisse, postero die
icos ductus exercitus oppidumque corona circumdata 10
:aptum ac direptum est. dictator exercitu victore Ro-
'educto die octavo quam creatus erat magistratu se
ıit: et oportune senatus, priusquam ab tribunis plebi
e seditiones mentione inlata de agro Lavicano divi-
fierent, censuit frequens coloniam Labicos deducen- 15
coloni ab urbe mille et quingenti missi bina iugera
:ant. Captis Lavicis ac deinde tribunis militum con-

rri propere iussit: P. — ıferi propere iussit. Harl. I.: 're cet.

iferumque ex suis unum: — P: signiferum quoque uis unum.

a effusa: P m. 2. M. — . 1.: „fuga. effusa" h. e. ıa.

ıior et tempore et certa-e minor: ex coni. m.] ior tempore et certamine ɔr (ed. Frob.). — PM ıll. codd.: *breuiore tem-' et certamine minor.* — l, 57.: „exemplo fuit col-*se* eumque intuentibus": ', Livi l. xxx. p. xxii. 2. n Harl. I. excidit *minor.*

'cos confugisse: PM] La-ı confugisse. Cf. 2, 39.: cos.

10. *corona circumdata:* P m. 1. M] corona circumdatum. — P m. 2.: circumdatū. In M videtur etiam primo fuisse *circumdatā:* ita error exortus sit. — P m. 1.: „captam ac direptum est". m. 2.: captum. M: „captum ac directum est", simili mendo scriptum est 30, 15. in Put. Colb. Bamb. *ereptusque* pro *erectusque.* — P m. 1.: „uictore remam reducto". m. 2.: romam.

13. *et oportune:* P] et opportune (M). — PM: priusquam ab tribunis plebi agrariae seditiones (P m. 2.: seditionis) mentione inlata de agro lauicano diuidendo fierent censuit frequens coloniam labicos deducendam.

17. *acceperant:* PM Harl. I. Leid. I.

sulari potestate Agrippa Menenio Lanato et L. Servilio Structo et P. Lucretio Tricipitino — iterum omnibus iis — et Spurio Veturio Crasso, et insequente anno A. Sempronio Atratino tertium et duobus iterum M. Papirio Mugilano et
5 Sp. Nautio Rutilo, biennium tranquillae externae res, discordia domi ex agrariis legibus fuit.

XLVIII. Turbatores vulgi erant Sp. Mecilius quarto et Metilius tertio tribuni plebis ambo absentes creati.

al.] acceperunt. — PM: captis lauic*anis* ac deinde tribunis militum consulari potestate agrippa menenio lanato et l. (in M excidit *L.*) seruilio structo cet. — Sigonius ex suo libro ad *potestate* addere voluit *creatis*, quo supplemento opus non est. — PM: iterum omnibus *h*iis. Cf. 4, 48. *h*ii in P, *ii* in M. al.

2. *et Spurio Veturio Crasso*] et Sp. Rutilio Crasso (PM). Recte videtur Sigonius Diodorum (13, 7.) secutus Veturii nomen restituisse, cum Rutiliorum gens plebeia fuisset et Crassi cognomen non ad Rutilios sed ad Veturios pertineret. Et quem ad modum 4, 46. in optt. quibusque libris *sulpicius* pro *seruilius* propter quandam litterarum similitudinem scriptum fuisse vidimus, sic hoc loco eo facilius errari poterat, cum in antiquis libris haud raro *rutulius* pro *rutilius* scriptum reperiretur et saepissime litterae *l* et *r* inter se confunderentur. ad hoc accesserit, quod praenomen illius viri modo *sp.* modo *spurius* scribebatur, sicut hoc loco in P primo *purio*, dein *spurio*.

3. *et insequente anno:* PM. — M: asempronio atratino tertium. P: a. sempronio atratino tertium. — P: m. papyrio mugilano. In M quoque *mugilano.* — Pro *Rutilo* scriptum est in P m. 1.: rutulio. P m. 2. M: rutilio.

7. *turbatores uulgi:* P. — M: turbatoros uulgi.

— *Sp. Mecilius quarto et Metilius tertio*] Spurii Maecilius quartum et Metilius tertium. — PM: sp̄. (P: s. p̄.) mecilius quarto & metilius tertio. — Sigonius, cum Metili tribuni praenomen deesset, *Spurii* ad utrumque tribunum referri voluit: id quod mihi huic loco minus aptum videtur. Facilius videbatur in re dubia *m* et excidisse ante *metilius* et restitui posse, cum praesertim ab hac gente hoc praenomen non esset alienum. Cf. 5, 11. 22, 25. Idem hoc *M.* servatum est in Lovel. 3., quamquam ibi scriptum esse dicitur „et M. Cecilius tertio". Nihilominus tamen melius videtur hoc altero loco ut sae-

et cum rogationem promulgassent ut ager ex hostibus captus viritim divideretur magnaeque partis nobilium eo plebiscito publicarentur fortunae — nec enim ferme quicquam agri ut in urbe alieno, solo posita non armis partum erat, nec quod venisset adsignatumve publice esset praeterquam plebs habebat — atrox plebi patribusque propositum videbatur certamen. nec tribuni militum, nunc in senatu nunc in consiliis privatis principum cogendis viam consilii inveniebant, cum Ap. Claudius, nepos eius qui decemvir legibus scribendis fuerat, minimus natu ex patrum concilioditur dixisse vetus se ac familiare consilium domo adferre. proavum enim suum Ap. Claudium ostendisse patribus viam unam dissolvendae tribuniciae potestatis per collegarum intercessionem. facile homines novos auctoritate principium le sententia deduci, si temporum interdum potius quam maiestatis memor athibeatur oratio. pro fortuna illis animos esse. ubi videant collegas principes agendae rei graiam omnem ad plebem praeoccupasse nec locum in ea reictum sibi, haut gravate adclinaturos se ad causam senatus ver quam universo ordini cum primoribus se patrum con-

alias praenomen praetermitti. Cf. ex. gr. 22, 39.

5. *nec quod uenisset adsignatumue publice esset praeterquam plebs habebat:* PM. „Und die Pl. nichts weiter besass als was" u. s. w.

7. *nunc in senatu nunc in consiliis priuatis principum cogendis:* PM: nisi quod P utroque loco *nc̄.* — M: „uiam consilii ueniebant": fortasse pro „uiam consili īueniebant".

9. *Ap. Claudius nepos eius qui decemuir:* PM et rell. codd. — H. Glareanus non *nepos* sed *filius* scribi voluit. Cf. 4, 36. — P m. 1.: prouaam enim suum. m. 2.: proauum enim suum. — P: *hostendisse.*

14. *facile:* P. — M: facilē. Cf. 4, 24.: graue esse.

— *principium:* M m. 1.] principum (M m. 2. P). — P: principum desentia deduci. — P m. 1. M: athibeatur. P m. 2.: adhib.

19. *haud* (M: aut) *grauate adclinaturos:* PM. — Harl. u. al.: *adin*clinaturos.

20. *per quam uniuerso ordini cum primoribus se patrum concilient:* PM. Tan. Faber scribi malebat „per quam cum universo ordini tum primoribus se patrum concilient": sed is Livianam orationem non re-

cilient. adprobantibus cunctis et ante omnes Q. Servilio Prisco quod non degenerasset ab stirpe Claudia conlaudante iuvenem, negotium datur ut quos quisque posset ex collegio tribunorum ad intercessionem perlicerent. misso senatu prensantur ab principibus tribuni: suadendo monendo pollicendoque gratum id singulis privatim gratum universo senatui fore, sex ad intercessionem conparavere: posteroque die cum ex composito relatum ad senatum esset de seditione quam Mecilius Metiliusque largitione pessimi exempli concirent, eae orationes a primoribus patrum habitae sunt, ut pro se quisque iam nec consilium sibi suppetere diceret nec se ullam opem cernere aliam usquam praeter quam in tribunicio auxilio. in eius potestatis fidem circumventam rem publicam tamquam privatum inopem confugere. praeclarum ipsis potestatique esse, non ad vexandum senatum discordiamque ordinum movendam plus in tribunatu virium esse quam ad resistendum inprobis conlegis. fremitus deinde universi senatus ortus, cum ex omnibus partibus curiae tribuni appellarentur. tum silentio facto ii qui praeparati erant gratia principum, quam rogationem a collegis

cte videtur perspexisse: „wodurch sie sich nicht nur die Ersten der Väter sondern den ganzen Senat befreunden würden.“ — M: adprobantibus cunc & ante omnes. m. 3.: cunctis.

2. *ab stirpe Claudia:* PM. — Multi recc.: ab stirpe Claudiana.

4. *misso senatu prensantur:* M m. 3. P. — M m. 1.: misso sena prensat⁹–. m. 3.: prensāt⁹–. — In Leid. I. multisque aliis recc. omissum est *monendo.*

9. *quam Maecilius Metiliusque largitione pessimi exempli concirent eae* cet.: PM.

12. *aliam usquam:* P m. 2. M. — P m. 1.: alia nusquam. — M: tribunitio.

14. *remp̄. tamquam priuatum inopem confugere:* P cod. Rhen. — M: remp̄. tamquam priuatum inopem effugere p̄clarum cet.

16. *plus in tribunatu uirium esse quam ad resistendum inprobis conlegis:* P. — M: *uirum quam ad* cet. m. 3.: uirium quam ad resistendum inprobis conlegis.

19. *ii qui:* M. — P: *h*ii qui. — PM: *quam* rogationem a collegis promulgatam senatus censeat dissoluendae reip̄. esse *ei* se cet.

promulgatam senatus censeat dissolvendae rei publicae esse, si se intercessuros ostendunt. gratiae intercessoribus ab senatu actae. latores rogationis contione advocata proditores plebis commodorum ac servos consularium appellantes aliaque truci oratione in collegas invecti actionem deposuere. 5

XLIX. Duo bella insequens annus habuisset, quo P. Cornelius Cossus C. Valerius Potitus Q. Quintius Cincinnatus N. Fabius Vibulanus tribuni militum consulari potestate fuerunt, ni Veiens bellum religio principum distulisset quorum agros Tiberis super ripas effusus maxime ruinis villarum vastavit. simul Aequos triennio ante accepta clades prohibuit Volanis suae gentis populo praesidium ferre. excursiones inde in confinem agrum Lavicanum factae erant novisque colonis bellum inlatum. quam noxam cum se consensu omnium Aequorum defensuros sperassent, deserti ab suis ne memorabili quidem bello — per obsidionem levemque unam pugnam et oppidum et fines amisere. temptatum ab L. Sextio tribuno plebis ut rogationem ferret, qua Volas quoque sic ut Lavicos coloni mitterentur, per interessionem collegarum, qui nullum plebiscitum nisi ex auctoritate senatus passuros se perferri ostenderunt, discussum est. Volis insequente anno receptis Aequi coloniaque eo

4. *aliaque truci oratione:* P. — M: alieq. truci oratione.
6. *duo bella:* M m. 2. — M m. 1.: *a*duo bella. P m. 1.: *ar*duo bella. P m. 2.: ardua bella. — Videtur primo fuisse vel *at* vel *ac duo bella.*
8. *N. Fabius Vibulanus:* Sig. cf. 4, 43. — PM: marcus fabius uibulanus.
12. *Volanis:* PM] Bolanis. Cf. 2, 39.: *Bovellas.*
14. *nouisque colonis bellum inlatum:* P m. 2. M. — P m. 1.: nobisq.
16. *ne memorabili quidem bello:* P. — M: „ne momorali quidem bello": dein eadem m. 1.: „ne memorali quidem b."
17. *temptatum ab L. Sextio.* — M: temptatum ab. l. dexio. tr. pl. — P: temptatum ab l. q̃. dexio. tr. pl. — Recc. quidam codd.: ab L. Decio.
18. *qua Volas quoque:* P m. 2. M] qua Bolas quoque. — P m. 1.: uolans.
21. *passuros se perferri ostenderunt:* PM. — Leid. 1. al.: passuros saepe ferri ostenderunt.
22. *Volis insequente anno re-*

deducta novis viribus oppidum firmarunt, tribunis militum Romae consulari potestate Cn. Cornelio Cosso L. Valerio Potito Q. Fabio Vibulano iterum M. Postumio Regillensi. huic bellum adversus Aequos permissum est pravae mentis homini, quam tamen victoria magis quam bellum ostendit. nam exercitu inpigre scripto ductoque ad Volas cum levibus proeliis Aequorum animos fregisset, postremo in oppidum inrupit. deinde ab hostibus in civis certamen vertit, et cum inter oppugnationem praedam militis fore edixisset, capto oppido fidem mutavit. eam magis adducor ut credam irae causam exercitui fuisse, quam quod in urbe nu-

ceptis: PM] Bolis cet. — M: coloniaque eo deducta. P: coloniaque eo ducta.

3. *M. Postumio Regillensi.* — PM: m. t. postumio regiliensi. — Sigonius „P. Postumio Regillensi" voluit. *Regiliensis* et *Religiensis* etiam 5, 16. et 6, 22. in optt. libris reperitur. — P: permisum est.

6. *inpigre scripto ductoque ad Volas:* PM] impigre scripto ductoque ad Bolas. — M m. 1.: ductaque. — P: proeliis equorum.

7. *in oppidum inrupit:* M. — P: in oppidum inrumpit.

8. *in ciuis certamen uertit:* M m. 3.] in cives (P). — M m. 1.: *in ciuib.*, quod eodem mendo pro *ciuis* scriptum est quo ex. gr. 4, 43. in eodem M *tribunib.* pro *tribunis* esse videmus. Cum enim antiquior accusativi plur. forma earum vocum quae in tertia declin. *is* habere solebant, in Put. et Laurish. codd. diligentissime conservata sit, paulo minus diligenter illa forma in quarta decade, quod quidem ex Bamb. cod. cognoscere licet, et multo minus in codd. vel antiquioribus huius primae decadis scripta apparet. nec id Livi ipsius culpa consiliove factum esse tum omnes ei loci docent quibus etiam genitivus tertiae declin. aliique casus in quibus *is* deesse non poterat, ex *is* in *es* mutati sunt, tum quod etiam in hac 1. decade integra forma in uno alterove cod. servata est.

9. *et cum inter oppugnationem:* P. — M: et cum iter oppugnationem. — Tan. Faber *nam cum* scribi voluit: nec tamen *et* peius est, et quod non id unum pravi studii indicium referendum erat sed etiam alia, et quod Livius particulis copulativis pro causalibus et adversativis coniunctionibus haut raro usus est.

10. *eam magis adducor ut credam irae causam exercitui fuisse:* M. — P Harl. 1.: iram.

per direpta coloniaque nova minus praedicatione tribuni praedae fuerit. auxit eam iram, postquam ab collegis arcessitus propter seditiones tribunicias in urbem revertit, audita vox eius in contione stolida ac prope vecors qua Sextio tribuno plebis legem agrariam ferenti, simul Volas quo- 5 que ut mitterentur coloni laturum se dicenti — dignos enim esse qui armis cepissent eorum urbem agrumque Volanum esse — „malum quidem militibus meis“ inquit „nisi quieverint“. quod auditum non contionem magis quam mox patres offendit. et tribunus plebis vir acer nec infacundus 10 nactus inter adversarios superbum ingenium inmodicamque linguam, quam inritando agitandoque in eas inpelleret voces quae invidiae non ipsi tantum sed causae atque universo ordini essent, neminem ex collegio tribunorum militum saepius quam Postumium in disceptationem trahebat. 15 tum vero secundum tam saevum atque inhumanum dictum „auditis“ inquit „Quirites, sicut servis malum minantem militibus? tamen haec belua dignior vobis tanto honore videbitur quam qui vos urbe agrisque donatos in colonias mittunt, qui sedem senectuti vestrae prospiciunt, qui pro ve- 20 stris commodis adversus tam crudeles superbosque adversarios depugnant? incipite deinde mirari cur pauci iam vestram suscipiant causam. quid ut a vobis sperent? an ho-

2. *arcessitus:* PM. — PM: in contione.
4. *qua sextio tr. pl.:* P. — M Leid. I. al.: quā sextio tr. pl. — Voss. II. al.: qua M. Sextio.
5. *Volas:* PM] Bolas. — PM: *dignos enim esse qui armis coepissent eorum urbem agrumque uolanum esse.* Tan. Faber *dignum* scribendum esse censuit: fortasse quod non esset scriptum „dignos enim esse qui urbem quam armis cepissent, etiam possiderent“.
8. *nisi quieuerint:* P] ni quieverint. — M: inquit | siqueuerint qd̄ auditum cet. — P m. 1.: inquid. — PM: non contionem magis.
10. *et tr. pl. uir acer nec infacundus:* PM.
17. *auditis inquid quirites:* P m. 1. M.
18. *haec belua:* M] haec bellua. — P: hec belua. — P: quam qui uos in urbe agrisque donatos cet. — M primo: *quidem.* dein: *quisedem.*
23. *quid ut a uobis sperent:* PM.

nores, quos adversariis vestris potius quam populi Romani propugnatoribus datis? ingemuistis modo voce huius audita: — quid id refert? iam si suffragium detur, hunc qui malum vobis minatur iis qui agros sedesque ac fortunas sta-
5 bilire volunt praeferetis".

L. Perlata haec vox Postumi ad milites multo in castris maiorem indignationem movit. praedaene interceptorem fraudatoremque etiam malum minari militibus! itaque cum fremitus aperte esset et quaestor P. Sestius eadem
10 violentia coerceri putaret seditionem posse qua mota erat, misso ad vociferantem quendam militem lictore cum inde clamor et iurgium oreretur, saxo ictus turba excedit, insuper increpante qui vulneraverat, habere quaestorem quod imperator esset militibus minatus. ad hunc tumultum acci-
15 tus Postumius asperiora omnia fecit acerbis quaestionibus crudelibus suppliciis. postremo cum modum irae nullum faceret, ad vociferationem eorum quos necari sub crate inserat concursu facto, ipse ad interpellantis poenam vecors de tribunali decurrit. ibi cum submoventes passim lictores
20 centurionesque vexarent turbam, eo indignatio erupit ut

Ut et ad verba „a vobis" et ad „sperent" referri posse, et hoc *ut sperent* pendere ex *suscipiant* nemo non videt.

1. *quam pr̃. propugnatoribus:* PM.

3. *iam si suffragium detur:* PM. — Lips. cod.: nam si. — P m. 1.: uobis manatur. — PM: *h*iis qui. — Harl. 1.: stabilire uoluunt.

6. *Postumi:* M] Postumii (P). — P m. 1.: inter*de*ceptorem.

8. *itaque cum fremitus aperte esset:* PM.

9. *et quaestor P. Sestius:* Sig. 3, 32.: P. Sestius Capitolinus. PM: p̃. sextius. — P m. 1.: quam mota erat.

11. *cum inde clamor et iurgium oreretur:* M. Sic quidem etiam P: sed in hoc libro videtur primo „inde & clamor et" fuisse. — P m. 1.: saxo ictus turba excidit.

14. *ad hunc tumultum accitus:* P m. 2. M. — P m. 1.: accitis. — M: *accitus fecit acerbis questionibus:* media omissa sunt.

17. *quos necari sub crate inserat:* P m. 2. — P m. 1. M: sub grate. Cf. 1, 51.

18. *ad interpellantis:* P Harl. 1. Leid. 1. al.] ad interpellantes. — M: ad interpellandis.

militum ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. ım atrox facinus postquam est Romam nuntiatum, militum de morte collegae per senatum quaestiones ntibus tribuni plebis intercedebant. sed ea contentio ımine alio pendebat, quod cura incesserat patres ne 5 ıaestionum plebs iraque tribunos militum ex plebe tendebantque summa ope ut consules crearentur. ıatus consultum fieri tribuni plebis non paterentur, tercederent consularibus comitiis, res ad interregnum victoria deinde penes patres fuit. 10

Q. Fabio Vibulano interrege comitia habente con- :eati sunt A. Cornelius Cossus Furius Medullinus. sulibus principio anni senatus consultum factum est uaestione Postumianae caedis tribuni primo quoque ad plebem ferrent plebesque praeficeret quaestioni 15 ellet. a plebe consensu populi consulibus negotium ır, qui summa moderatione ac lenitate per pauco- ›plicium, quos sibimet ipsos conscisse mortem satis ı est, transacta re nequivere tamen consequi ut non

ıus militum: P. — M: ıus mil.

'uam est romam nun- n: P. — M: postquā nuntiatū.

stiones decernentibus: M: questionis. m. 2.: iones. — PM: tr̄. p̄l. in- lebant.

cura incesserat: PM. — I. al. intercesserat. — *ne metu quaestionum iraque.* — M: tr̄. mi- P: tribu militum. m. 2.: ıos militum.

sc̄. fieri tr̄. p̄l. non pa- tur idem intercederent: — Bekk.: iidem.

rnelius Cossus Furius llinus: PM Harl. I. al.] A. Cornelius Cossus L. Furius Medullinus. — 4, 35. aliisque locis „L. Furius Medullinus. Cf. T. Livi l. XXX. p. LVI. 3.

13. *his* (M m. 1.: hi) *consulibus principio anni sc. factum est:* PM. — PM: caedis. tr̄. primo cet.

15. *plebesque praeficeret quaestioni quem uellet:* PM Harl. I. al.

16. *a plebe consensu populi* (h. e. adprobantibus patribus): PM. — PM: *quos sibimet ipsos conscisse mortem satis creditum est.*

19. *nequiuere tamen consequi ut non aegerrime id plebs ferret:* P. — M: „nequiuere ta-

LII. Annum modestia tribunorum quietum excepit tribunus plebis L. Icilius Q. Fabio Ambusto C. Furio Paculo consulibus. is cum principio statim anni velut pensum nominis familiaeque seditiones agrariis legibus promulgandis
5 cieret, pestilentia coorta — minacior tamen quam perniciosior — cogitationes hominum a foro certaminibusque publicis ad domum curamque corporum nutriendorum avertit: minusque eam damnosam fuisse quam seditio futura fuerit credunt. defuncta civitate plurimorum morbis perpaucis fu-
10 neribus, pestilentem annum inopia frugum neclecto cultu agrorum ut plerumque fit excepit M. Papirio Atratino C. Nautio Rutilo consulibus. iam fames quam pestilentia tristior erat, ni dimissis circa omnes populos legatis — qui Etruscum mare quique Tiberim accolunt — ad frumentum
15 mercandum annonae foret subventum. superbe ab Samnitibus qui Capuam habebant Cumasque legati prohibiti commercio sunt, contra ea benigne ab Siculorum tyrannis adiuti. maximos conmeatus summo Etruriae studio Tiberis devexit.

„qui armis cepissent, eorum *urbem agrumque* esse".

1. *annum:* P m. 2. M. — P m. 1.: amnum.

2. *L. Icilius:* ed. Frob. — PM: excepit tbr̄. p̄l. lucilius. — Cf. 4, 42.: Sp. Icilium.

— *C. Furio Paculo:* Harl. 1.] C. Furio Pacilo. — P: c. furio pactilo coñss. M: c. furio pac | tilio cōss.

3. *uelut pensum:* M m. 2. P. — M m. 1.: uelut pessum. — PM: seditio*nis*.

6. *cogitationes hominum a foro:* P. In M praetermissum est *a*. — P: ad domum curam corporum nutriendorum. M: „ad domūq. | curamq. corporum nutriendorum".

10. *neclecto cultu agrorum:* M m. 1. P. — M m. 3.: neglecto.

11. *ut plerumque fit:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: ut plerumque. — PM cod. Rhen. al.: *excepit.* — PM: m. papirio atratino. — M: c. nautio rutilio cōss. P: c. nautio rutulio. coñss. —

12. *tristior erat ni dimisis:* P. — M: tristior erat ne | dimissis. — Harl. 1.: „tristicior erat". sic 2, 1. in eodem libro „laeticior".

15. *ab Samnitibus:* P. — M: „ad samnitib.": sed *d* erasum est. — P m. 1.: conmertio. P m. 2. M: conmercio. — M: tirannis. — P m. 1.: maximos cummeatus.

solitudinem in civitate aegra experti consules sunt, cum in legationes non plus singulis senatoribus invenientes coacti sunt binos equites adicere. praeter quam ab morbo annonaque nihil eo biennio intestini externive incommodi fuit. at ubi eae sollicitudines discessere, omnia quibus turbari solita erat civitas — domi discordia foris bellum exortum. 5

LIII. M'. Aemilio C. Valerio Potito consulibus bellum Aequi parabant, Volscis quamquam non publico consilio capessentibus arma, voluntariis mercede secutis militiam. ad quorum famam hostium — iam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum — dilectum habentem Valerium consulem M. Menius tribunus plebis legis agrariae ator cum inpediret auxilioque tribuni nemo invitus sacramento diceret, repente nuntiatur arcem Carventanam ab hostibus occupatam esse. ea ignominia accepta cum apud patres invidiae Menio fuit, tum ceteris tribunis iam ante prae- 10 15

1. *in ciuitate aegra:* P. — M: in ciuitatē agram | experti.

2. *non plus singulis senatoribus inuenientes:* PM. — P m. 1.: binos *ae*quites adicere. — P m. 1.: *anonaque:* ut plerumque in M reperitur.

5. *at ubi eae sollicitudines discessere* („sich zerstreuten")] at ubi hae cet. (P m. 2.). — P: at ubi ae sollicitudines. In M scriptum est metathesi quadam litterarum „at ubi *aee* sollicitudines". — Pro *discessere* I. Fr. Gronovius scribi voluit „decessere": quo verbo in simili re Livius haud raro usus est (2, 31. 9, 29. 33, 31.).

7. *Manio Aemilio:* Sig. ex Diod. — P: m̄. emilio. M: m̄. aemilio. — M: c. ualerio petito cons. P: coñss. — P m. 1.: cosilio. m. 2.: consilio.

10. *iam enim in Latinum Hernicumque transcenderant agrum:* P. — M: herniciumq. transderat. m. 3.: transcēderat. — PM: *dilectum habentem.*

12. *M. Menius tr. pl.:* PM Harl. 1.

13. *nemo inuitus sacramento diceret:* PM. — Cf. 2, 24.: concursus in forum ut sacramento dicerent fieri. al. — PM: *arcem Caruentanam.*

15. *cum apud patres inuidiae:* PM. — Cod. Rhen.: tum apud patres cet. — PM: *menenio fuit:* et sic semper fere id nomen posthac scriptum est, quamvis paulo ante recte fuerit „M. Menius": nam gens Menenia patricia fuit. — M: iam ante praeparatis intercessoribus | legatis agrariē p̄buit causam resistendi college. cum res diu ducta cet.

paratis intercessoribus legis agrariae praebuit iustiorem causam resistendi collegae. itaque cum res diu ducta per altercationem esset consulibus deos hominesque testantibus, quidquid ab hostibus cladis ignominiaeque aut iam acce-
5 ptum esset aut inmineret culpam penes Menium fore qui dilectum impediret, Menio contra vociferante si iniusti domini possessione agri publici cederent se moram dilectui non facere, decreto interposito novem tribuni sustulerunt certamen pronuntiaveruntque ex collegii sententia, C. Vale-
10 rio consuli se damnum aliamque coercitionem adversus intercessionem collegae dilectus causa detractantibus militiam inhibenti auxilio futuros esse. hoc decreto consul armatus cum paucis appellantibus tribunum collum torsisset, metu ceteri sacramento dixere. ductus exercitus ad Carventanam
15 arcem quamquam invisus infestusque consuli erat, inpigre primo statim adventu deiectis qui in praesidio erant arcem

4. *quidquid ab hostibus cladis:* M. — P: quidquid hostibus cladis. — PM: culpam penes moenenium fore. M m. 1.: moeninium. — PM: *qui dilectum impediret.* — P: moenenio contra uociferante. M: menenio contra uociferantes iniusti domini. m. 2.: uociferante. — PM: *se moram dilectui non facere.*

9. *C. Valerio:* cf. init. cap. h. — P: l. ualerio consuli. M: t. ualerio consuli.

10. *coercitionem:* P m. 2. — P m. 1. cod. Rhen.: coertionem. M: coercionem. — Cf. 26, 36. ubi in Colb. *coertio*, in Put. et in Bamberg. *coercitatio* est. — M: aduersus intercessionem colle dilectus causa. P: dilectus causa. — PM: *detractantibus militiam inhibenti.* Cf. 3, 38.: „ad imperium inhibendum".

13. *cum paucis appellantibus tribunum collum torsisset:* PM. — Cf. Cic. pro Cluent. 21, 59.: „nec quidquam propius est factum, quam ut illum persequerentur et collo obtorto ad subsellia reducerent ut reliqua posset perorare".

14. *ad caruentanam arcem:* P. — M: ad caruetanam arcem. — PM: *quamquam inuisus infestusque consuli* (M m. 1.: consili) *erat.* Cf. 5, 8.: „Verginius privatim Sergio invisus infestusque".

16. *arcem recipit:* P cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. — M: arcem recepit. — PM: *per neglegentiam.* — P: occassionem. — M: occasionem aperuere.

recipit. praedatores ex praesidio per neglegentiam dilapsi occasionem aperuere ad invadendum. praedae ex adsiduis populationibus, quod omnia in locum tutum congesta erant, fuit aliquantum. venditum sub hasta consul in aerarium religere quaestores iussit, tum praedicans participem praedae ore exercitum cum militiam non abnuisset. auctae inde plebis ac militum in consulem irae. itaque cum ex senatus consulto urbem ovans introiret, alternis inconditi versus militari licentia iactati, quibus consul increpitus Meni celebre nomen laudibus fuit, cum ad omnem mentionem tribuni favor circumstantis populi plausuque et adsensu cum vocibus militum certaret. plusque ea res quam prope sollemnis militum lascivia in consulem curae patribus iniecit, et tamquam haut dubius inter tribunos militum honos Meni — si peteret — consularibus comitiis est exclusus.

LIV. Creati consules sunt Cn. Cornelius Cossus L. Fulius Medullinus iterum. non alias aegrius plebs tulit tribunicia comitia sibi non commissa. eum dolorem quaestoriis comitiis simul ostendit et ulta est — tunc primum plebeis quaestoribus creatis — ita ut in quattuor creandis uni patricio K. Fabio Ambusto relinqueretur locus, tres plebei

4. *uenditum sub hasta:* P. — M: uenditum sub hastā. cf. 4, 34.: „sub coronā". — P m. 1.: consulanierarium. m. 2.: consul in erarium.

6. *auctae inde plebis ac militum in consulem irae:* P. — M Harl. 1.: in consule.

7. *itaque cum ex. sc. urbem ouans introiret:* PM. — P: quibus coñs. increpitus. M: cōss. — M: meneni. P: moneni cebre. m. 2.: celebre.

1. *plausuque et adsensu:* M. — P: et adsensum. — PM: prope sollemnis militum lasciuia. — PM: honos meneni si peteret consularibus comitiis est exclusus.

16. *creati coñss.* (M: cōss.) *sunt:* PM. — M: cn. cornelius coss.

17. *tribunicia comitia sibi non commissa:* PM et rell. codd.] tribunicia sibi comitia non commissa. — P: commisa. M: comissa.

19. *tunc primum plebeis questoribus creatis:* PM] tunc primum plebeiis quaest. cet. — P: ita ut quattuor creandi sunt patricio.

21. *K. Fabio:* Pighius. Cf. 4, 61. — Sigonius: Num. Fabio. — PM et rell.: *c. fabio.*

— *tres plebei:* PM] tres plebeii.

Q. Silius P. Aelius P. Pupius clarissimarum familiarum iuvenibus praeferrentur. auctores fuisse tam liberi populo suffragi Icilios accipio ex familia infestissima patribus tres in eum annum tribunos plebis creatos, ii multarum magnarum-
5 que rerum molem avidissimo adeo populo ostentantes cum adfirmassent, nihil se moturos si ne quaestoriis quidem comitiis, quae sola promiscua plebei patribusque reliquisset senatus, satis animi populo esset ad id quod tam diu vellent et per leges liceret. pro ingenti itaque victoria id fuit plebi,
10 quaesturamque eam non honoris ipsius fine aestimabant sed patefactus ad consulatum ac triumphos locus novis hominibus videbatur. patres contra non pro communicatis sed pro amissis honoribus tremere, negare si ea ita sint liberos

PM: p. pipius. Harl. 1.: p. papius. — M: praeferentur.

2. *suffragi.* — M: tam liberi populo suffragii. cilios accipio: (h. e. „suffragi icilios"). — PM: *tres in eum annum tr. pl. creatos.*

4. *ii* (PM: *h*ii) *multarum magnarumque rerum molem auidissimo adeo populo ostentantes cum adfirmassent:* PM. h. e. „cum ii — multarum magnarumq. rerum molem populo ostentantes — adfirmassent" cet. In rell. etiam codicibus *hi* ante *multarum* esse dicitur, sed ab Frobeniana inde edit. hoc pronomen praetermissum est. „Zu einem so freien Verfahren sollen besonders die Icilier, aus welcher den Vätern auf das Feindseligste gegenüberstehenden Familie drei Tribunen für dies Jahr erwählt worden, das Volk vermocht haben, als sie unter beständiger Hinweisung auf eine Masse grossartiger Anschläge zugleich versichert hatten, dass sie nicht das Geringste unternehmen würden, wenn nicht einmal in den Comitien für die Quästur das Volk für das Muth genug zeige, wonach es so lange schon sich sehne und was nach dem Gesetz zu erreichen frei stehe".

7. *quae sola promiscua plebei patrib. quae relinquisset senatus:* M. — P: quae sola promiscua plebi patribusque reliquisset senatus.

10. *quaesturamque eam* (h. e. plebeiam) *non honoris ipsius fine aestimabant:* P. — M: questurāq. n̄ honoris ipsius finē aestimabant. Cod. Rhen.: quaesturamq. eam non honoris ipsius finem aestimabant.

13. *tremere:* P] fremere (M). — P: amisis. — Harl. 1.: sed *pro*missis honoribus. — M: salii flamminesq. (cf. 1, 20.).

tollendos esse, qui pulsi maiorum loco cernentesque alios in possessione dignitatis suae salii flaminesque nusquam alio quam ad sacrificandum pro populo sine imperiis ac potestatibus relinquantur. inritatis utriusque partis animis cum et spiritus plebs sumpsisset et tres ad popularem causam celeberrimi nominis haberet duces, patres omnia quaestoriis comitiis ubi utrumque plebi liceret similia fore cernentes tendere ad consulum comitia, quae nondum promiscua essent: Icilii contra tribunos militum creandos dicere et tandem aliquando inpertiendos plebi honores. 5 10

LV. Sed nulla erat consularis actio quam inpediendo id quod petebant exprimerent, cum mira oportunitate Volscos et Aequos praedatum extra fines exisse in agrum Latinum Hernicumque adfertur. ad quod bellum ubi ex senatus consulto consules dilectum habere occipiunt, obstare 15 nunc emixe tribuni sibi plebique eam fortunam oblatam memorantes. tres erant et omnes acerrimi viri generosique iam ut inter plebeios. duo singuli singulos sibi consules adservandos adsidua opera desumunt, uni contionibus data nunc detinenda nunc concienda plebs. nec dilectum consu- 20 les nec comitia quae petebant tribuni expediebant. incli-

7. *ubi utrumque plebi liceret:* PM. scil. in tribunis consulari potestate creandis.

9. *Icilii contra tribunos militum creandos dicere:* Aldus. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: „dicerent et tandem".

10. *inpertiendos plebi honores:* PM Leid. 1. — Alii: inpartiendos.

12. *oportunitate:* P] opportunitate (M).

14. *ad quod bellum ubi ex. sc. cons. dilectum habere occipiunt:* M. — P: „ad quod bellum ubi ex. s. c. cons. dilectum habere *con*occipiunt". sed *con* expunctum est. — M: ostare. m. 2.: obstare.

17. *generosique iam ut inter plebeios:* PM.

18. *duo singuli singulos.* — M: duo*s* singuli singulos sibi cōss. adseruandos adsidua opera desumunt. P: duos singuli singulis sibi cōss. cet. — PM: contionibus. — M: nunc contienda plebs. In P cum excidissent „nunc concienda", m. 2. in margine adiecta sunt.

20. *nec dilectum consules nec:* PM.

21. *inclinante deinde se fortuna ad causam plebis:* PM Harl. 1.

nante deinde se fortuna aḋ causam plebis nuntii veniunt, arcem Carventanam dilapsis ad praedam militibus qui in praesidio erant, Aequos interfectis paucis custodibus arcis invasisse, alios recurrentes in arcem alios palantes in agris
5 caesos. ea adversa civitatis res vires tribuniciae actioni adiecit. nequiquam enim temptati ut tum denique desisterent inpediendo bello, postquam non cessere nec publicae tempestati nec suae invidiae, pervincunt ut senatus consultum fiat de tribunis militum creandis certo tamen pacto, ne cuius
10 ratio haberetur qui eo anno tribunus plebis esset neve quis reficeretur in annum tribunus plebis — haut dubie Icilios denotante senatu, quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum insimulabant. tum dilectus haberi bellumque omnium ordinum consensu apparari coeptum. consules ambo
15 profecti sint ad arcem Carventanam an alter ad comitia habenda substiterit, incertum diversi auctores faciunt. illa pro

Leid. 1. al. — Contra 4, 37.: „clamor indicium primum fuit qua res *inclinatura esset*". — PM: *arcem caruentanam.*

2. *qui in praesidio erant:* M. — P: quin p̄sidio erant. m. 2.: q̄ in p̄sidio erant.

5. *ea aduersa ciuitatis res:* cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al.] ea aduersa civitati res (P). — M: ea aduersu ciuitatis res.

6. *nequiquā enim temptati:* M] nequicquam enim tentati. — P: „nequicquam enim *temptati* nec suae indiae (m. 2.: inuidiae) peruincunt", versus qui exciderat in margine ita legitur „ut tum denique desisterent impediendo bello postquam non cessere nec publice *tēptati*". — M: ut cū denique desisterent inpediendo bello.

8. *peruincunt ut. sc̄. fiat de tr̄. mil. creandis:* M. — P: peruincunt ut s. c̄. fiat. tr̄. mil. creandis certa tamen pacto. nec huius ratio. m. 2.: ut s. c̄. fiat. tr̄. mil. creandis certo tamen pacto nec uius ratio. — PM: qui eo anno tr̄. p̄l. esset. — M: neue quis reficeretur in annum tbr̄. p̄l. aut dubie icilios denotante senatu. P: neue quis reficeretur in annum haud dubiae icilios (m. 2.: icilicios) denotante senatu. — M: quos mercede seditiosi tribunatus. m. 3.: *mercedē.*

13. *tum dilectus haberi:* PM] tum del.

14. *consules ambo profecti sint ad arcem caruentanam an alter:* cod. Rhen. — PM: consules (M: coñss.) ambo profecti *sunt* ad arcem caruentanam an alter cet.

16. *illa pro certo habenda in quibus non dissentiunt:* PM:

certo habenda in quibus non dissentiunt, ab arce Carventana cum diu nequiquam oppugnata esset recessum, Verruginem in Volscis eodem exercitu receptam populationesque et praedas et in Aequis et in Volsco agro ingentes factas.

LVI. Romae sicut plebis victoria fuit in eo ut quae 5
mallent comitia haberent, ita eventu comitiorum patres evicere. namque tribuni militum consulari potestate contra spem omnium tres patricii creati sunt C. Iulius Iulus P. Cornelius Cossus C. Servilius Ahala. artem adhibitam ferunt a patriciis — cuius eos Icilii tum quoque insimulabant — 10
quod turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis aedio sordium in quibusdam insignium populum ab plebeis avertissent. Vulscos deinde et Aequos — seu Carventana

nisi quod in P m. 1.: *sissentiunt*. — M: nec | quiquā. — P: recensum. m. 2.: recessum. — P: eodem exercitum receptam.

5. *Romae:* PM. — Harl. 1. *roma.*

6. *patres euicere:* M] patres vicere (P). Cf. 5, 26. ubi P: „patres summa ope *euicerunt* ut M. Furius Camillus crearetur". M: *uicerunt.*

8. *C. Iulius Iulus:.* Sig. Cf. 4, 35.: „Sex. Iulius Iulus. — P: c̄. iulius tullus. p̄. cornelius cossus. M: c. iulius tullius. p̄. cornelius cōss.

0. *cuius eos.* — M: „cuius eo sicilii citū quoq. insimulabant": alterum *i* deinde supra *si* scriptum est in voce *sicilii.* P: „cuius eo icilii citum quoque insimulabant". — Dein scribendum erat *ab plebeis*, cum in M esset „ad plebeis", in P „a plebeis".

3. *Vulscos* (P: uolscos) *deinde et Aequos — seu Caruentanā* (PM: caruetana) *arx retenta in spem seu Verrugine amissum praesidium ad iram cum inpulisset — fama adfertur summa ui ad bellum coortos:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] Volscos deinde et Aequos, seu Carventana arx retenta in spem seu Verrugine amissum praesidium ad iram compulisset, fama affertur summa vi ad bellum coortos (Iac. Gronovius cum Perizonio). — I. Fr. Gronovius in codd. manu scriptis *ad iram compulisset* inveniri ratus scribendum coniecit „Volscos deinde et Aequos seu Carventana arx retenta in spem seu Verrugine amissum praesidium ad iram compulisse fama affertur: summa vi ad bellum coortos" cet. verum *compulisset* scriptum non est nisi in [illegible] recentioribus, ac licet in optimis libris reperiretur, tamen pro-

arx retenta in spem seu Verrugine amissum praesidium ad iram cum inpulisset — fama adfertur summa vi ad bellum

banda non esset Gronoviana coniectura, quod ex ea summa loci vis in eis verbis posita esse videretur, quae minoris momenti erant. quod cum satis perspicuum esset, Iac. Gronovius pro *compulisse* restitui voluit *compulisset*, quippe quod patre teste codicum auctoritas tueretur. sed ne id quidem vel per se satis probandum videtur, cum ad verba „seu seu — compulisset" aliquid desideratur ex quo ille coniunctivus pendeat. nam illa sive spe sive ira significatur medius quidam status, ex quo Volsci Aequique ad bellum prodierint. id igitur ipsum coniunctione aliqua exprimendum erat, cum exprimi posset. videmus quidem vel ita cum particulis *seu seu* coniunctivum coniunctum, sed ibi illae ita cohaerebant cum aliquo verbo reliquae orationis, ut ab eo seiungi non possent. hoc tamen loco quo Livius suo ipse iudicio belli causas proponere vult, illa media sententia cum particulis *seu seu* nec ad *fama adfertur* nec ad *coortos* satis commode referri potest. comparemus igitur cum superiore loco alios quosdam, in quibus coniunctivus positus est, eorumque [illegible] iam rationem esse videbimus. ex. gr. 1, 42.: „in eo bello et virtus et fortuna enituit Tulli: fusoque ingenti hostium exercitu *haut dubius* rex, seu patrum seu plebis animos periclitaretur, Romam rediit". 30, 1.: „facundissimus *habebatur*, seu causa oranda seu — suadendi ac dissuadendi locus esset": al. Nec id Iac. Gronovium fugisse videtur, cum, *quod* ad *seu* suppleri vellet. verum id ipsum, quod illi particula *quod* exprimendum videbatur, Livius coniunctione *cum* expressum voluit, quod optimorum codicum omnium consensus docet. nec improbandum videbitur, quod *seu seu* ita cum particula *cum* coniuncta sunt, cum et apud alios bonos scriptores et apud Livium *seu seu* persaepe vel cum participiis vel cum aliis coniunctionibus atque interdum etiam sine ullo verbo apposito coniuncta videamus. cf. igitur haec exempla: 8, 7.: „movet ferocem animum iuvenis seu ira seu detractandi certaminis pudor seu inexsuperabilis vis fati". 21, 7.: „in tantas brevi creverant opes seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento seu disciplinae sanctitate". 1, 8.: „centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat sive quia soli centum erant qui creari patres possent". 10, 14.: „sive

:oortos: caput rerum Antiates esse: eorum legatos utriusque gentis populos circumisse castigantesque ignaviam, quod bditi intra muros populabundos in agris vagari Romanos ›riore anno et opprimi Verruginis praesidium passi essent. am non exercitus modo armatos sed colonias etiam in suos 5 ines mitti, nec ipsos modo Romanos sua divisa habere sed 'erentinum etiam de se captum Hernicis donasse. ad haec um inflammarentur animi — ut ad quosque ventum erat — ıumerus iuniorum conscribebatur. ita omnium populorum

quia contraxerant seu quia". 1, 14.: „eam rem minus aegre quam dignum erat tulisse Romulum ferunt, seu ob infidam societatem regni seu quia haut iniuria caesum credebat". 6, 15.: „quod nisi facis, sive ut et ipse in parte praedae sis, sive quia vanum indicium est, in vincla te duci iubebo". 1, 11.: „accepti obrutam armis necavere, seu ut vi capta potius arx videretur, seu prodendi exempli causa ne quid". 4, 24.: „censuram minuere parat seu nimiam potestatem ratus seu non tam magnitudine honoris quam diuturnitate offensus". 3, 8.: „seu pace deum impetrata seu graviore tempore anni iam circumacto". 4, 12.: „coepere a fame mala, seu adversus annus frugibus fuit, seu dulcedine contionum et urbis deserto agrorum cultu". cf. etiam Cic. pro Caecina 1.: „si enim sunt viri boni" cet. Denique quod ad locum coniunctionis *cum* attinet, cf. 2,59.: „tum iussisset". 4, 53. al. — „Da kommt die Nachricht nach Rom, die Volsker und Aequer hätten mit furchtbarem Ungestüm einen neuen Krieg begonnen, nachdem entweder die glückliche Behauptung der Burg von Carventum in ihnen die Hoffnung auf einen günstigen Erfolg des Krieges geweckt, oder der Verlust der Besatzung zu Verrugo ihre Wuth gereizt hatte".

2. *castigantesque ignauiam:* PM] castigantes ignaviam (ed. Frob.). — *Que* rectissime se habet. *circumire* enim haud raro idem quod *orare*, *prensare*, significat, ita ut etiam hoc loco in eo expressum sit „implorantes eorum auxilium". nec modo precibus illi sed etiam castigando suorum animos accenderant. — M: uacari. — M: passa essent.

5. *in suos fines mitti:* M m. 3. P. — M m. 1.: in suos fine mitti. — Versus ab *armatos* ad *nec ipsos modo* bis scriptus est in M. —

6. *sua diuisa habere:* PM. — I. Fr. Gron. malebat „diuisui": sed hoc idem fere significaret quod „donasse".

iuventus Antium contracta, ubi castris positis hostem operiebantur. quae ubi tumultu maiore etiam quam res erat nuntiantur Romam, senatus extemplo — quod in rebus trepidis ultimum consilium erat — dictatorem dici iussit. quam
5 rem aegre passos Iulium Corneliumque ferunt magnoque certamine animorum rem actam, cum primores patrum nequiquam conquesti non esse in auctoritate senatus tribunos militum, postremo etiam tribunos plebi appellarent, et consulibus quoque ab ea potestate vim super tali re inhibitam
10 referrent; tribuni plebi laeti discordia patrum nihil esse in iis auxilii dicerent, qui non civium non denique hominum numero essent: si quando promisci honores communicata res publica esset, tum se animadversuros ne qua superbia magistratuum inrita senatus consulta essent: interim patri-
15 cii soluti legum magistratumque verecundia per se quoque tribuniciam potestatem agerent.

1. *ubi castris positis hostem operiebantur:* P. m. 1.] ibi cet. (P m. 2. M). — In Harl. I. excidit *ibi.* — M: opperiebantur.

3. *extemplo:* P. — M: exemplo. — P: romam *in* senatus extemplo. m. 2.: in senatu.

5. *magnoque certamine:* P m. 2. M. — P m. 1.: magnopere certamine. — P m. 2. M: *nequiquam conquesti.* P m. 1.: necquiquam conquesti. — M: tribunos mil.

8. *postremo etiā tr̄. p̄l. appellarent:* M. — P: postremo etiam tribuni plebi appellarent.

— *et cōss. quoque ab ea potestate:* M cod. Rhen. — P: et consules quoque cet.

10. *tribuni plebi laeti discordia patrum:* P] tribuni plebei cet. M: tbi, p̄l. laeti discordia patrum.

10. *nihil esse in iis auxilii dicerent:* PM] nihil esse in his cet. — PM et optt. quique codd.: qui*bus* non ciuium non denique hominum numero essent.

12. *si quando promisci honores:* P m. 2. M] si quando promiscui honores. — P m. 1.: promiscii. — *Promisci* etiam in Harl. I. Leid. I. — *Si* omissum est in Harl. I.

— *communicata res p̄ esset:* PM. — M m. 1.: „tum *ad* se anima aduersuros". sed *ad* expunctum est. — PM: ne qua superbia magistratuum inrita s̄. c̄. essent.

15. *magistratumque uerecundia:* P m. 1.] magistratumque verecundia (P m. 2.). — M: magistratuq. uerecundia.

LVII. Haec contentio minime idoneo tempore, cum tantum belli in manibus esset, occupaverat cogitationes hominum, donec ubi diu alternis Iulius Corneliusque, cum ad id bellum ipsi satis idonei duces essent, non esse aequum mandatum sibi a populo eripi honorem disseruere, tum 5 Ahala Servilius tribunus militum tacuisse se tam diu ait non quia incertus sententiae fuerit — quem enim bonum civem secernere sua a publicis consilia — sed quia maluerit collegas sua sponte cedere auctoritati senatus quam tribuniciam potestatem adversus se inplorari paterentur. tum quoque, 10 si res sineret, libenter se daturum tempus his fuisse ad receptum nimis pertinacis sententiae: sed cum belli necessitates non expectent humana consilia, potiorem sibi collegarum gratia rem publicam fore, et si maneat in sententia senatus, dictatorem nocte proxima dictaturum, ac si quis in- 15 tercedat senatus consulto, auctoritate se fore contentum. quo facto cum haud inmeritam laudem gratiamque aput

3. *Iulius Corneliusque:* P. — M: iūl. corneliusq. — P m. 1.: idonei deces essent. m. 2.: duces.

5. *tum Ahala Seruilius tr. mil.:* M. — P: tum ahala seruilius tribunis militi.

6. *tacuisse se tam diu ait:* P. — M: tacuis | se tam diu ait. — In Leid. 1. quoque et in plerisque recentiorum codd. excidit *se.*

— *non quia incertus sententiae fuerit:* P m. 2. M. — P m. 1.: non qua incertus cet.

8. *sed quia maluerit collegas sua sponte cedere auctoritati senatus:* M m. 2. — M m. 1.: collega. — P: collega sua sponte cedere auctoritate senatus. — In Harl. 1. etiam scriptum est *auctoritate.* Cf. 3, 34.: cedentibus in vicem appellatione.

11. *tempus his fuisse:* PM] tempus iis fuisse. — PM: ad receptum nimis pertinacis sententiae.

13. *potiorem sibi collegarum gratia rem publicam fore:* P. — M: potiorem sibi collegarum grā reip̄ fore. — Harl. 1. rem publicam tn fore.

15. *dictatorem nocte proxima dictaturum:* P] dictatorem nocte proxima dicturum (M).

— *ac si quis intercedat s. c.:* PM. — Sigonius „at si quis" scribi voluit. Cf. 4, 49.: „et cum". — M: se fore contemptū. Cf. 4, 46.: contemnere.

17. *aput omnis:* P] apud omnes (M).

omnis tulisset, dictatore P. Cornelio dicto ipse ab eò magister equitum creatus est. exemplo fuit collegis se eumque intuentibus, quam gratia atque honos oportuniora interdum non cupientibus essent. bellum haud memorabile
5 fuit. uno atque eo facili praelio caesi ad Antium hostes. victor exercitus depopulatus Vulscum agrum. castellum ad lacum Fucinum vi expugnatum atque in eo tria milia hominum capta ceteris Vulscis intra moenia conpulsis nec defendentibus agros. dictator bello ita gesto ut tantum non
10 defuisse fortunae videretur, felicitate quam gloria maior in urbem redit magistratuque se abdicavit. tribuni militum mentione nulla comitiorum consularium habita — credo ob iram dictatoris creati — tribunorum militum comitia edixe-

1. *ipse ab eo magister equitum creatus est:* PM Harl. I. Leid. I. al.] ipse ab eo magister equitum creatus exemplo fuit cet.
2. *exemplo fuit collegis se eumque intuentibus:* ex coni. m.] exemplo fuit collegas eumque intuentibus (M m. 2. Leid. I.). — M m. 1. P Harl. I. al.: exemplo fuit collegis eumq. intuentibus. — *Collegis* restituendum videbatur et ob eam causam *se* adiiciendum, quod inprimis tribunos militum qui Servilio ac senatui oblocuti erant, ante oculos Livio cum ita scriberet fuisse necesse erat. nam quamquam et aliis hominibus eadem res exemplo esse poterat, tamen eorum potius ratio erat habenda qui ne dictator diceretur prohibuerant ut ipsi in magistratu manerent. ac ne *collegas* quidem, si *intuentibus* ad quemvis alium referebatur, hoc loco satis commode videtur dici potuisse. — Cf. 4, 47.: „brevior et tempore“: et T. Livi l. XXX. p. XXIV. II.
3. *oportuniora:* M] opportuniora (P). — M: bellum aud memorabile fuit.
5. *uno atque eo facili praelio:* M m. 2. P. — M m. 1.: uno atque eo facili eo | plio.
6. *Vulscum agrum:* PM] Volscum.
7. *ui expugnatum:* P. — M: uix expugnatum. — PM: tria milia hominum.
8. *ceteris uulscis intra moenia conpulsis:* PM. — Harl. I. Leid. I. al.: ceterum Volscis intra cet.
10. *in urbem redit:* PM Harl. I. Leid. I. al.] in urbem rediit. — M: tr̄. mil. mentione nulla cet.
13. *tribunorum militum.* — M: tr̄. milia comitia edixerunt. P: tribuni militū comitiae dixerunt.

runt. tum vero gravior cura patribus incessit, quippe cum prodi causam ab suis cernerent. itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeis candidatos omnium etiam dignorum taedium fecerant, sic tum primoribus patrum splendore gratiaque ad petendum praeparatis omnia loca obti- 5 nuere ne cui plebeio aditus esset. quattuor creati sunt omnes iam functi eo honore L. Furius Medullinus C. Valerius Potitus N. Fabius Vibulanus C. Servilius Ahala: hic refectus continuato honore cum ob alias virtutes tum ob recentem favorem unica moderatione partum. 10

LVIII. Eo anno quia tempus indutiarum cum Veienti populo exierat, per legatos fetialesque res repeti coeptae. quibus venientibus ad finem legatio Veientium obviam fuit. petiere ne prius quam ipsi senatum Romanum adissent, Veios iretur. ab senatu impetratum, quia discordia intestina labo- 15 rarent Veientes, ne res ab iis repeterentur: tantum afuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur. et in Vulscis acceptá clades amisso Verrugine praesidio, ubi tantum in

2. *cernerent.* — PM: cernerẽt.
3. *ex plebeis:* PM] ex plebeiis. — P: candidatas.
6. *omnes iam functi eo honore:* PM al. — Plerique recentiorum codd.: *omnes iam functi honore.*
7. *L. Furius Medullinus:* PM. — P: consul ualerius potitus. — PM: „cñ. fabius uibulanus". Sigonius *Num.* restituit.
9. *cum ob alias uirtutes:* PM. — Recc. codd.: tum ob alias uirtutes. — M: moderatione Partũ cet.
11. *eo anno quia tempus indutiarum cum ueienti* (M: ueiente) *populo exierat:* PM. — Leid. 1. al.: qui ante tempus.
13. *ad finem:* PM al. — Cod. Gaertn.: ad fines. Harl. 1.: ad fidem. — Cf. 10, 35.: „ad finem Lucerinum ei hostis obvius fuit" al.
16. *ne res ab iis repeterentur:* PM. In Harl. 1. omissum est *ab.* — *tantum afuit ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur:* PM. — Cf. 4, 7.: si Ardeates *sua* tempora expectare velint. 30, 21.: nec esse *suis* qui deis grates agendas censeant. al.
17. *et in Vulscis:* PM] et in Volscis.
18. *ubi tantum in tempere fuit momenti:* P m. 1.] ubi tantum in tempore cet. (P m. 2.). — M: ubi in tempore fuit momento. — Cf. 30, 37.: dici ea in tali tempere audirique.

tempere fuit momenti ut, cum precantibus opem militibus, qui ibi a Vulscis obsidebantur, succurri si maturatum esset potuisset, ad id venerit exercitus subsidio missus ut ab recenti caede palati ad praedandum hostes opprimerentur. 5 tarditatis causa in senatu magis fuit quam tribunis, qui quia summa vi restare nuntiabantur, parum cogitaverunt nulla virtute superari humanarum virium modum. fortissimi milites non tamen nec vivi nec post mortem inulti fuere. Insequenti anno P. et Cn. Corneliis Cossis N. Fabio Ambusto 10 L. Valerio Potito tribunis militum consulari potestate Veiens bellum motum ob superbum responsum Veientis senatus, qui legatis repetentibus res, ni facesserent propere urbe finibusque, daturos quod Lars Tolumnius dedisset responderi iussit. id patres aegre passi decrevere ut tribuni militum 15 de bello indicendo Veientibus primo quoque die ad popu-

2. *qui ibi a uulscis obsidebantur:* M. — M: succurris simaturatū ēēt potuisse.

5. *in senatu magis fuit quam tribunis:* M m. 2. P cod. Rhen. rell. — M m. 1.: quam tribunus. — Bekk.: quam in tribunis. Cf. 1, 58.: Conlatinus L. Iunio Bruto.

— *qui* (nim. tribuni) *quia summa ui restare nuntiabantur:* M m. 2. P cod. Rhen. et optt. quiq. codd.] quia summa vi cet. — M m. 1.: quia quia | summa. — „*Parum cogitauerunt*“ scil. patres vel senatus. Cf. 3, 38.: „imperiumque ibi esse ubi non esset libertas indignabantur“. — 4, 55.: „haut dubie Icilios denotante *senatu*, quos mercedem seditiosi tribunatus petere consulatum *insimulabant*“.

8. *non tamen nec uiui nec post mortem:* PM. — In Leid. 1. et multis recentioribus alterum *nec* praetermissum est. Cf. 1, 26.: „non tulit populus nec patris lacrimas nec ipsius parem in omni periculo animum“.

9. *N. Fabio Ambusto:* Sig. — PM: p̄. & cn̄. cornelius coñss. (M: cōss.) is. cn̄. fabio ambusto. — P: tribunis militi consulari potestate. M: tr̄. mil. consulari potestate.

11. *ob superbum responsum ueientis senatus:* M. — P: ob superbum responsum ueientibus senatus. Cf. 4, 49.: „in civis certamen vertit“.

13. *daturos quod Lars Tolumnius dedisset:* Voss. 1. al. — M: daturos quod lars tulū | nius dedisset. P cod. Rhen. Harl. 1. al.: daturos quos lars tolumnius dedisset.

14. *ut tr̄. militum:* P. — M: ut tr̄. mil.

lum ferrent. quod ubi primo promulgatum est, fremere iu-
ventus nondum debellatum cum Volscis esse, modo duo
praesidia occisione occisa et cum periculo retineri, nullum
annum esse quo non acie dimicetur, et tamquam paeniteat
laboris, novum bellum cum finitimo populo et potentissimo 5
parari qui omnem Etruriam sit concitaturus. haec sua sponte
agitata insuper tribuni plebis accendunt. maximum bellum
patribus cum plebe esse dictitant: eam de industria vexan-
dam militia trucidandamque hostibus obici, eam procul urbe
haberi atque ablegari ne domi per otium memor libertatis 10
coloniarumque aut agri publici aut suffragii libere ferendi
consilia agitet. prensantesque veteranos stipendia cuiusque
et volnera ac cicatrices numerabant, quid iam integri esse
in corpore loci ad nova volnera accipienda, quid super san-

2. *nondum debellatum cum Volscis esse:* P. — M: nondū dellatum | cum cet.
3. *occisione occisa:* M] occidione occisa (P). — Cf. 30, 32.: „tot exercitus occisione occisos". 2, 51.: „occidione occisi". — P: occisa cum periculo retineri.
4. *quo non acie dimicetur:* P m. 2. M. — P m. 1.: dimiceretur. — PM: et tamquam peniteat.
6. *haec sua sponte agitata insuper tbr̄. pl. accendunt:* M. — P: tribunum plebis accendunt.
7. *maximum bellum patribus cum plebe esse dictitant ea de industria uexandam militia:* P. — M: maximum bellum patrib. | de industria uexandā militiā. — Harl. I.: eadem industria uexandam militia.
9. *eam procul urbe haberi:* P. — M: eam procul urbe atq. habe | ri atq. ablegari.
12. *prensantesque:* P. — M: agitet & p̄santesq.
13. *et uolnera:* PM] et vulnera. — M: „et uol | nera accipienda quid sup̄ sanguinis" cet. ex quo veri simile fit etiam altero loco non *uulnera* sed *uolnera* in libro antiquiore scriptum fuisse.
14. *quid super sanguinis qui dari pro rep̄. posset rogitantes:* PM cod. Rhen. et optt. quique codd. nisi quod in Harl. I. „qui*d* *d*ari". — Pro *super* scriptum est in Voss. II. *superesset*, in Lipsiensi *supersit*, quamquam, si *esse* supplere volebant, *superesse* scribendum erat. non enim vere hoc loco quaerebatur, sed *quid superesse, quid integri esse*, idem fere significabat quod „nihil integri esse, nihil superesse". Cf. 30, 21.:

guinis qui dari pro re publica posset, rogitantes. haec cum in sermonibus contionibusque interdum agitantes avertissent plebem ab suscipiendo bello, profertur tempus ferundae legis, quam si subiecta invidiae esset antiquari apparebat.

5 LIX. Interim tribunos militum in Vulscum agrum ducere exercitum placuit. Cn. Cornelius unus Romae relictus. tres tribuni, postquam nullo loco castra Volscorum esse nec commissuros se proelio apparuit, tripertito ad devastandas fines discessere. Valerius Antium petit, Cornelius Ecetras: 10 quacumque incessere, late populati sunt tecta agrosque ut distinerent Volscos: Fabius, quod maxime petebatur, ad Anxyr oppugnandum sine ulla populatione accessit. Anxyr

„transitu in Italiam Hannibalis quantum terroris pavorisque *esse* meminisse". Cf. T. Livi l. xxx. p. cu. v. 13.

2. *in sermonibus contionibusque:* PM. — M: ab suspiciendo bello.

3. *profertur tempus ferundae legis:* PM. Cf. 4, 60.: „lege perlata de indicendo Veientibus bello". — M: „quam si subiecta inuidiae ēēnt *t*antiquari apparebat": sed *t* ante *antiquari* expunctum est.

5. *interim tr̄. mil.* (P: *mł.*) *in uulscum agrum ducere exercitum placuit:* PM.

7. *nec commisuros se proelio apparuit:* P. — M: necōmissuros se proelio apparuit. m. 2.: nec cōm. cet.

8. *tripertito:* PM Leid. I.] tripartito.

— *ad deuastandas fines:* M] ad devastandos fines (P). — Cf. 4, 2.: „finem ergo non fieri nec futuram".

9. *Cornelius Ecetras:* Portug. — P: cornelius egitras. M: cornelius egitrans. Cf. 4, 61.: PM: „atque Eceteram": al.

10. *ut distinerent Volscos:* margo codicis Rhenaniani. — P m. 2. M: ut destinerent uulscos. P m. 1.: destirnerent. Cod. Rhen. Harl. I. Leid. I.: desternerent. — Sic etiam in orat. Ciceron. de imp. Cn. Pompei non *districti* scriptum est in cod. Erfurt. sed „nos ancipiti contentione *destricti* de imperio dimicaretis".

11. *ad Anxyr oppugnandum*] ad Anxur oppugnandum. — P: ad anxi oppugnandum. m. 2.: anxir. M: „ad ancxy oppu†dum | sine": mediae litterae erasae sunt.

12. *Anxyr fuit quae nunc Tarracinae sunt urbs prona in paludes:* M] Anxur fuit cet. — P: anxir fuit que nuc (m. 2.: nunc) tarracinae sunt prona in paludes. — Harl. I. Leid. I. al.: in palude. Harl. II.: in paludem.

fuit quae nunc Tarracinae sunt, urbs prona in paludes. ab ea parte Fabius oppugnationem ostendit. circummissae quattuor cohortes cum C. Servilio Ahala cum inminentem urbi collem cepissent, ex loco altiore qua nullum erat praesidium ingenti clamore ac tumultu moenia invasere. ad quem 5 tumultum obstupefacti qui adversus Fabium urbem infimam tuebantur locum dedere scalas admovendi: plenaque hostium cuncta erant et inmitis diu caedes pariter fugientium ac resistentium, armatorum atque inermium fuit. cogebantur itaque victi, quia cedentibus spei nil erat, pugnam inire, 10 cum pronuntiatum repente ne quis praeter armatus violaretur, reliquam omnem multitudinem voluntariam exuit armis: quorum ad duo milia et quingenti vivi capiuntur. a cetera praeda Fabius militem abstinuit donec collegae venirent, ab illis quoque exercitibus captum Anxyr dictitans 15 esse qui ceteros Volscos a praesidio eius loci avertissent. qui ubi venerunt, oppidum vetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere. eaque primum benignitas imperatorum plebem patribus conciliavit. additum deinde omnium ma-

3. *inminentem urbi collem:* PM. — P: caepissent. M: coepissent.

6. *urbem infimam tuebantur:* P. — M: urbem infirmū | tuebantur.

8. *et inmitis diu cedes:* PM.

10. *spei nil erat:* M] spei nihil erat (P). Cf. 30, 29.: „set maxime hostis fiducia, quae non de *nilo* (Put.) profecto concepta, percussus est".

11. *ne quis praeter* (P: preter) *armatus uiolaretur:* PM Harl. I. Leid. I. al.] ne quis praeter armatos violaretur. — Cf. 3, 15.: et quingenti. — PM: *quorum ad duo milia et quingenti uiui capiuntur.*

15. *ab illis quoque exercitibus:* M m. 3. P. — M m. 1.: ab illis quoq. exercitu. m. 3.: exercitib'. — PM: *captum anxir dictitans esse.*

19. *additum deinde omnium maxime tempestiuo principum in multitudine munere:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Quamquam nonnumquam simili modo *in* cum ablativo coniunctum est (cf. T. Livi l. XXX. p. XXVIII. v. 24.), hoc tamen loco *in multitudinem*, ut in aliis quibusdam codd. reperitur, sequente eadem littera *m* magis probandum videtur. Cf. ex. gr. 5, 3.: „nullis iniuriis vestris — umquam aeque quam munere patrum

xime tempestivo principum in multitudinem munere, ut ante mentionem ullam plebis tribunorumque decerneret senatus ut stipendium miles de publico acciperet, cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset.

5 LX. Nihil acceptum umquam a plebe tanto gaudio traditur. concursum itaque ad curiam esse prensatasque exeuntium manus et patres vere appellatos, effectum esse fatentibus ut nemo pro tam munifica patria donec quicquam virium superesset corpori aut sanguini suo parceret. cum

in plebem — tribunos pl. offensos ac concitatos esse".

1. *ante mentionem ullam plebis tribunorumque:* cod. Rhen.] ante mentionem ullam plebis tribunorumve (P Harl. 1. Leid. 1.). — M: plebis tribunorūquae. — Particulas *que* et *ue* in codd. manu scriptis saepe permutatas esse, cum aliis locis tum 1, 32. videre licet. hoc vero loco *que* potiorem esse, cum hac ipsa particula duae voces ita connecti solerent, ut id quod eis duabus significabatur, quasi unum videretur factum esse, non est difficile intellectu.

4. *functus eo munere esset:* P m. 2. M m. 2. — M m. 1.: essent. P m. 1.: functos.

5. *nihil acceptum umquam a plebe tanto gaudio traditur:* P. — M: umquam a plebē tando gaudio. m. 3.: ad plebē. — Paulo post in M: *pn† satasq.* mediis litteris erasis.

9. *cum commoditas iuuaret.* — P: parceret cōmoditas iuuar& rem familiarem saltem adquiescere eo tempore. M: parceret | cūmoditas (dein eadem m. 1. „cū cōmoditas") iuuarebat rem familiarem saltem adquiescere eo tempore. — In verbo *iuuarebat* duas lectiones et *iuuaret* et *iuuabat* connexas esse nemo non videt, quaerendum igitur est, num *cum iuuabat*, ut quidam interpretes voluerunt, praeferendum sit alteri lectioni. si alterum quoddam verbum ad particulam sequentem *tum* additum non esset, et *iuuaret* etiam ad *tum* pertineret, sine ulla dubitatione scriberem *cum iuuabat:* sed *efficiebat* ad *tum* referendum esse veri simillimum videtur. id ipsum etiam, quod *efficiebat* propter sententiam interpositam paulo remotius ab *tum* videbatur, illos in errorem induxerit. In sequenti oratione I. Fr. Gronovius *rei* deleri voluit, atque ita etiam in P scriptum est „cumulatiorumque (m. 2.: tioremq.) gratias tr̄. p̄l. cōmunis" cet. verum cum illud nomen in M Harl. 1. Leid. 1. al. conservatum nec per se ingratum esset, nihil videbatur mutandum. „Da schon

commoditas iuvaret, rem familiarem saltem adquiescere eo tempore quo corpus addictum atque operatum rei publicae esset, tum quod ultro sibi oblatum esset, non a tribunis plebis umquam agitatum non suis sermonibus efflagitatum — id efficiebat multiplex gaudium cumulatioremque gratiam 5 rei. tribuni plebis communis ordinum laetitiae concordiaeque soli expertes negare tam id laetum partibus universis

die Annehmlichkeit erfreute, dass während der Zeit wenigstens wo der Mann mit seiner Körperkraft für den Staat zu arbeiten habe, das Vermögen nicht angegriffen werde: so machte der Gedanke, dass ihnen diese Wohlthat aus freiem Antriebe vom Senate zu Theil geworden ohne von irgend einem der Ihren gefordert worden zu sein, die Freude um so vielfältiger und den Dank dafür um so grösser". — Cf. ex. gr. 3, 34.: „cum promptum hoc ius — pariter summi infimique ferrent, tum legibus condendis opera dabatur". 8, 21.: „cum ipsa per se res anceps esset, — tum incertiora omnia unus ex legatis fecit". al.

6. *communis ordinum laetitiae* (M m. 1.: laetitia) *concordiaeque soli expertes:* PM. In Neapoll. codd. scriptum est „communis *omnium* laetitiae", forsitan quod, licet saepe *concordiae* ordinum mentio fieret, tamen „laetitia ordinum" minus conveniret. verum hoc loco non tam *laetitia ordinum* quam *laetitia concordiaque ordinum* coniungenda sunt. Cf. 30, 17.: „ingenti *hominum* laetitia" (Put. Colb.). Alii „omnium".

7. *negare tam id laetum partibus uniuersis*] negare tam id laetum patribus universis. — B. Rhenanus pro *partibus universis* in suo libro *patribus uniuersis* scriptum vidit, nec aliter aut Drakenborchius in suis codicibus repperit aut ego in PM. nihilo minus tamen facere non possum quin hoc loco *patribus* litterarum metathesi — id quod in his ipsis nominibus non raro factum est — pro *partibus* scriptum arbitrer. qui enim poterant tribuni persuadere plebi velle, rem patribus gratam non fore, quos tributo indicto viderent universos summa cum fide ex censu tributum conferre: et qui poterat Livius ita scribere, cum modo dixisset, prensatas esse exeuntium ex curia patrum manus, et vere patres appellandos esse visos? contra ea id poterat veri simile videri, non *universis partibus* eandem rem laetam fore nec tam prosperam quam ipsi crederent. unde enim eam pe-

nec prosperum fore quam ipsi crederent. consilium specie prima melius fuisse quam usu appariturum. unde enim eam pecuniam confici posse nisi tributo populo indicto? ex alieno igitur aliis largitos. neque id etiam si ceteri ferant, passu-
5 ros eos quibus iam emerita stipendia essent, meliore condicione alios militare quam ipsi militassent, et eosdem in sua stipendia inpensas fecisse et in aliorum facere. his vocibus moverunt partem plebis. postremo indicto iam tributo edixerunt etiam tribuni, auxilio se futuros si quis in militare
10 stipendium tributum non contulissent. patres bene coeptam rem perseveranter tueri. conferre ipsi primi, et quia nondum argentum signatum erat, aes grave plaustris quidam ad aerarium convehentes speciosam etiam conlationem faciebant. cum senatus summa fide ex censu contulisset, pri-
15 mores plebis nobilium amici ex conposito conferre incipiunt. quos cum et a patribus conlaudari et a militari aetate tamquam bonos cives conspici vulgus hominum vidit, repente spreto tribunicio auxilio certamen conferendi est ortum. et lege perlata de indicendo Veientibus bello, exercitum ma-
20 gna ex parte voluntarium novi tribuni militum consulari potestate Veios duxere.

cuniam confici posse nisi tributo populo indicto? patres oneri ferendo fore, non plebem: eoque libentius illos id tributum collaturos esse quod militari iuventute ex urbe educta et parata, quando et quo patres vellent ad bella proficisci, vere se Romae regnaturos sperare possent. Si quis vero *patribus* mutari non vult, equidem non video, quo modo locus sanus videri possit nisi scribatur „negare tam id laetum universis quam patribus“ cet.

3. *nisi tributo populo indicto:* PM Harl. 1. Leid. 1. al. — In aliis codd. excidit *populo.* — M: peccuniam.

3. *ex alieno igitur aliis largitos:* PM et optt. quique codd. — Recc. quidam: largituros.

10. *contulissent:* M] contulisset (P). *Si quis* cum plurali coniunctum ut Graecorum τις. — M: rem perseneranter tueri.

16. *tāquam bonos ciues conspici uulgus hominum uidit:* P. — M: tamquā bonos ciues cōs. pici uulgus hominum uidit. — Harl. 1.: uulgus hominum.

18. *et lege perlata:* P m. 2. M. — P m. 1.: et lege posthac.

LXI. Fuere autem tribuni T. Quintius Capitolinus Q. Quintius Cincinnatus C. Iulius Iulus iterum A. Manlius L. Furius Medullinus tertium M'. Aemilius Mamercinus: ab iis primum circumsessi Vei sunt. sub cuius initium obsidionis cum Etruscorum concilium ad fanum Voltumnae frequenter habitum esset, parum constitit bellone publico gentis universae tuendi Veientes essent. ea oppugnatio segnior insequenti anno fuit parte tribunorum exercitusque ad Volscum vocata bellum. tribunos militum consulari potestate is annus habuit C. Valerium Potitum tertio M'. Sergium Fidenatem P. Cornelium Maluginensem Cn. Cornelium Cossum K. Fabium Ambustum Sp. Nautium Rutilum iterum. cum Vulscis inter Ferentinum atque Ecetram signis conlatis dimicatum. Romanis secunda fortuna pugnae fuit. Artena inde Volscorum oppidum ab tribunis obsideri coepta. inde

1. *T. Quintius Capitolinus Q. Quintius Cincinnatus:* P. — M: t. quintius capitolinus quintius quintius cinnatus (m. 2.: cincinnatus).
2. *C. Iulius Iulus A. Manlius:* Sig. — P: c. iulius tullus iterum. a. mamlius. — M: c̄. iulius tullus iterū. a. manilius.
3. *M'. Aemilius:* Harl. 1. — PM: m̄. aemilius mamercus.
— *ab iis primum circumsessi Vei sunt:* PM] ab his primum circumsessi Veii sunt.
5. *cum Etruscorum concilium ad fanum Voltumnae frequenter habitum esset:* PM cod. Rhen. Harl. 1. al. — P m. 1.: parum constituit bellone publico. — M: gentis universe | ꝛ uendi ueientes essent.
8. *ad Volscum auocata bellum:* PM cod. Rhen. Harl. 1. — P m. 1.: tribunos militum consula potestate. — M: his annus.
10. *C. Valerium Potitum tertio:* PM Harl. 1. al. — Bekk.: tertium.
— *Manium Sergium Fidenatem:* Harl. 1. — PM: m̄. sergium fidenatem.
11. *P. Cornelium Maluginensem Cn. Cornelium Cossum:* P. — M: p̄. ne corneliū maluginensem cn. cornelium cōss. (dein *ne* expunctum est).
12. *K. Fabium Ambustum Sp. Nautium Rutilum:* Sig. — PM: c̄. fabium ambustium sp. nautium rutilium iterum.
— *cum Vulscis:* M] cum Volscis (P). — PM: inter ferentinum atque eceteram signis conlatis dimicatum.
15. *inde inter eruptionem temptatam conpulso in urbem hoste* (M m. 1.: oste) *occa-*

inter eruptionem temptatam conpulso in urbem hoste occasio data est Romanis inrumpendi praeterque arcem cetera capta. in arcem munitam natura globus armatorum concessit, infra arcem caesi captique multi mortales. arx deinde
5 obsidebatur, nec aut vi capi poterat, quia pro spatio loci satis praesidii habebat, aut spem dabat deditionis omni publico frumento priusquam urbs caperetur in arcem convecto: taedioque recessum inde foret ni servus arcem Romanis prodidisset. ab eo milites per locum arduum accepti
10 cepere: a quibus cum custodes trucidarentur, cetera multitudo repentino pavore obpressa in deditionem venit. diruta et arce et urbe Artena reductae legiones ex Volscis omnisque vis Romana Veios conversa est. proditori praeter libertatem duarum familiarum bona in praemium data, Ser-
15 vius Romanus vocitatus. sunt qui Artenam Veientium non Vulscorum fuisse credant. praebet errorem quod eiusdem nominis urbs inter Caere atque Veios fuit, sed eam reges Romani delevere Caeretumque non Veientium fuerat. altera haec nomine eodem in Volsco agro fuit, cuius exci-
20 dium est dictum.

sio data est romanis inrumpendi (M m. 1.: inrupendis. m. 2.: inrupendi): PM. — PM: pretera*quam* arcem cetera capta.

4. *infra arcem caesi captique:* P m. 2. M. — P m. 1.: infra arcem caesari captiq.

5. *quia pro spatio loci* (m. 1.: lici) *satis praesidii habebat:* P. — M: „quia pro spatio loci satis praesidii habebat de | ditionis omni publico frumento": media sunt praetermissa.

6. *omni publico frumento priusquam urbs caperetur in arcem conuecto:* PM.

10. *cum custodes trucidarentur:* M m. 3. P. — M m. 1.: custode. — M m. 1.: cetero multitudo. — M: „diruta et are et urbe". dein „arte". — M m. 1.: „omnisq. quisq. romana". tum „*uis*".

14. *seruius romanus uocitatus:* PM. — Plerique recentiorum codd.: *seruus.* Cf. 1, 40.

15. *non Vulscorum fuisse credant:* PM] non Volscorum cet. — P: prebet. — P: inter cere.

17. *sed eam reges romani deleuere:* PM. — P: caeratusque non ueientium. M: ceterumq. non ueientium.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER V.

I. Pace alibi parata Romani Veiique in armis erant tanta ira odioque ut victis finem adesse appareret. comitia utriusque populi longe diversa ratione facta sunt. Romani auxere tribunorum militum consulari potestate numerum: octo — quot numquam antea — creati M'. Aemilius Mamercinus iterum L. Valerius Potitus tertium Ap. Claudius Crassus M. Quintilius Varus L. Iulius Iulus M. Postumius M. Furius Camillus M. Postumius Albinus. Veientes contra taedio annuae ambitionis, quae interdum discordiarum causa erat, regem creavere. offendit ea res populorum Etruriae animos non maiore odio regni quam ipsius regis. gravis iam is antea genti fuerat opibus superbiaque qua sol-

1. *pace alibi parata:* PM] pace alibi parta. — Cum utrumque recte se haberet, meliorum codicum auctoritas observanda videbatur. Cf. ex. gr. 21, 60.: „nec pax modo aput eos sed societas etiam armorum parata est" (Put.). 5, 6.: „non solum parta victoria uti (PM). — P m. 1.: romana.
5. *quod numquam antea:* PM Leid. 1. al. — Cf. T. Livi l. xxx. p. xcvi. v. 4.
— *Manius Aemilius Mamercinus.* Cf. 4, 61. — P: m̄. aemilius mamercus. M: m̄. aemalius mamercus.
7. *M. Quintilius Varus:* P. — M: m̄. quintilius uarius.
— *L. Iulius Iulus:* Sig. fragm. Capit. secutus. — P: l. iulius rullus. M: m̄. iulius rullus. — Diodorus 14, 17. sex tribunos mil. fuisse tradit interque eos *Caium Iulium.*
12. *superbia qua sollemnia ludorum:* P] superbiaque quia sol. cet. (M).

lemnia ludorum — quos intermitti nefas est — violenter diremisset, cum ob iram repulsae, quod suffragio duodecim populorum alius sacerdos ei praelatus esset, artifices — quorum magna pars ipsius servi erant — ex medio ludicro repente abduxit. gens itaque ante omnes alias eo magis dedita religionibus quod excelleret arte colendi eas, auxilium Veientibus negandum donec sub rege essent decrevit. cuius decreti suppressa fama est Veis propter metum regis, qui a quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe non vani sermonis auctore habebat. Romanis etsi quietae res ex Etruria nuntiabantur, tamen quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur, ita muniebant ut ancipitia munimenta essent, alia in urbem et contra oppidanorum eruptiones versa, aliis frons in Etruriam spectans auxiliis si qua forte inde venirent obstruebatur.

1. *quos intermitti nefas est:* M. — P: quod intermitti nefas est. Cf. 4, 58.: „daturos quod Lars Tolumnius dedisset". — PM: *violenter diremisset.* — P m. 1.: duodecim popolorum.
3. *sacerdos ei prelatus* (m. 1.: assæ) essæ; P. — M: sacerdos eī plātus esset. — PM: *artifices.* Cf. 7, 2.: „vernaculis artificibus quia ister Tusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum".
5. *gens itaque:* P m. 2. M. — P m. 1.: genus. — P: eo magis didita religionibus.
8. *suppressa fama est Veis:* PM] suppressa fama est Veiis. — P m. 1.: propter nomen regis quia quo tela quid dictum. m. 2.: propter metum regis quia quo tale quid dictum.
9. *pro seditionis eum principe non uani sermonis auctore habebat:* M m. 1. P m. 2. — P m. 1.: pro seditionis eum principem non uani sermonis auctorem habebat. — M m. 2.: et *principē* et *auctorē.* — Bekk.: *auctorem:* sed etiam I. Fr. Gron. viderat *auctore* potius esse.
10. *Romanis etsi quietae res ex Etruria nuntiabantur:* M. — P m. 1.: romanis etsiqui equite res ex etruria nuntiabantur. m. 2.: romanos etsi quiete res cet. — Voss. 1. al.: romani.
11. *quia omnibus conciliis eam rem agitari adferebatur:* M. — P: quia omnibus conciliis eam rem agitare adferebatur.
12. *ancipitia:* P. — M: ancipiti.
14. *aliis frons.* — P: aliis frons in etruriam spectans in auxiliis si qua forte inde uenirent obstruebatur. M: alii frons in etruriam spectans auxiliis (m.

II. Cum spes maior imperatoribus Romanis in obsi-
lione quam in obpugnatione esset, hibernacula etiam — res
nova militi Romano — aedificari coepta, consilium que erat
niemando continuare bellum. quod postquam tribunis ple-
bis iam diu nullam novandi res causam invenientibus Ro- 5
nam est allatum, in contionem prosiliunt, sollicitant plebis
animos hoc illud esse dictitantes quod aera militibus sint
constituta. nec se fefellisse id donum inimicorum veneno
nlitum fore: venisse libertatem plebis, remotam in perpe-
tuum et ablegatam ab urbe et ab re publica iuventutem 10
am ne hiemi quidem aut tempori anni cedere ac domos
ac res invisere suas. quam putarent continuatae militiae
causam esse? nullam profecto aliam inventuros quam ne
quid per frequentiam iuvenum eorum in quibus vires omnes
plebis essent agi de commodis eorum posset. vexari prae- 15
er ea et subigi multo acrius quam Veientes: quippe illos
niemem sub tectis suis agere egregiis muris situque natu-

2.: auxilia) si qua forte inde uenirent obseruabantur (m. 2.: obseruabatur). Harl. 1. Leid. 1. al.: obstruebantur. — *Aliis* (munimentis) *frons* (castrorum) in Etruriam *spectans auxiliis* (adversus auxilia), si qua forte inde venirent, obstruebatur. Cf. Cic. de senect. 20, 75.: „duo Scipiones, qui iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt". — Nihilominus quaerendum est num Livius „*in auxilia*" scripserit.

4. *postquam tr. pl. iam diu nullam nouandi res causam inuenientibus:* P. — M: postquam tir. pl. iam diu nullam nouandi res causam inuenientibus. — PM: *in contionem prosiliunt.*

7. *hoc illud esse dictitantes:* PM. — Cf. Livi prooem.: „hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre". Cic. de sen. 20, 72.: „hoc illud est quod Pisistrato tyranno a Solone responsum". al.

10. *ab urbe et ab rep.:* PM. — M: iuuentute. — P: aut tempori anni caedere.

11. *ac domos ac res inuisere suas:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] ac domos et res cet.

14. *per frequentiam:* PM rell. — Edd. quaed. Venet.: per infrequentiam. — Contra 2, 23. recte scriptum est: „nec agi quicquam per infrequentiam poterat senatus".

17. *egregiis muris situque naturali urbem tutantes:* PM: quamquam primo in M erat „muristuque naturali". — Iac.

rali urbem tutantes, militem Romanum in opere ac labore nivibus pruinisque obrutum sub pellibus durare ne hiemis quidem spatio, quae omnium bellorum terra marique sit quies, arma deponentem. hoc neque reges neque ante tri-
5 buniciam potestatem creatam superbos illos consules, neque triste dictatoris imperium neque inportunos decemviros iniunxisse servitutis ut perennem militiam facerent, quod tribuni militum in plebe Romana regnum exercerent. quidnam illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsu-
10 larem imaginem tam saevam ac trucem fecerint! sed id accidere haud inmerito. non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio. antea trina loca cum contentione summa patricios explere solitos, nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire et ne in turba quidem hae-
15 rere plebeium quemquam, qui si nihil aliud admoneat collegas, liberos et cives eorum non servos militare, quos hieme saltem in domos ac tecta reduci oporteat et aliquo

Gronov. *tutante*, Iac. Perizonius *tutantibus* malebant.

2. *niuibus pruinisque:* M m. 2. P. — M m. 1.: niuibus proinisque. — P m. 1.: suppellibus. m. 2.: *sub pellibus:* nim. tabernaculorum.

4. *hoc neque reges neque ante tribuniciam potestatem creatam* cet.: P. — M: „deponentem hoc neq. ante | tribuniciā" cet. — PM: *neque inportunos decemuiros.* — P: iniuxisse.

9. *consules dictatoresue:* M m. 2. — P: consules dictatoresuae. M m. 1: consules dictatorisue. — PM: *facturi essent* qui proconsularem imaginem tam saeuam ac trucem *fecerint.* Cf. 4, 38.: „nec dubium erat quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi hostes fuerint." al.

11. *non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli plebeio:* P. — M: ñ fuisse ñ in ȣcto quidem cet. — M: ante antrina loca cū | contione summa.

14. *et ne in turba quidem haerere plebeium quemquam:* M. — P: et ne in turba quidem habere plebeium quemquam.

15. *qui si nihil aliud:* P m. 2. — P m. 1. M: quemquam si nihil aliud. — P: liberas et cives.

17. *oporteat:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: oportead. M m. 1.: oportea et aliquo. — M: liberosque aconiuges. m. 2.: et coniuges.

tempore anni parentes liberosque ac coniuges invisere et usurpare libertatem et creare magistratus. haec taliaque vociferantes adversarium haud inparem nacti sunt App. Claudium relictum a collegis ad tribunicias seditiones conprimendas, virum inbutum iam ab iuventa certaminibus plebeis, quem auctorem aliquot annis ante fuisse memoratum est per collegarum intercessionem tribuniciae potestatis dissolvendae.

III. Is tum iam non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitatus talem orationem habuit: „Si umquam dubitatum est Quirites, utrum tribuni plebis vestra an sua causa seditionum semper auctores fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo: et cum laetor tandem longi erroris vobis finem factum esse, tum quod secundis potissimum vestris rebus hic error est sublatus, et vobis et propter vos rei publicae gratulor. an est quisquam qui dubitet, nullis iniuriis vestris — si quae forte aliquando incide-

5. *plebeis:* PM] plebeiis. — M: meratū est. m. 3.: memoratū est. — Harl. I.: *dissoluundae.*

9. *is tum iam non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitatus:* P. — M: isti (m. 2.: iste) iam non promptus ingenio tantum sed usu etiam exercitus.

11. *Quirites.* — P: „si umquam dubitatum est qui in (m. 2.: quin) utrum tr̄. p̄l. uestra an sua causa" cet. Cf. 2, 7. ubi in PM *quir* scriptum est pro *Quirites.* — M: si umquam dubitatum ē utrum. tr̄. p̄l. ūra an sua causa.

12. *id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo:* P m. 2. M. — P m. 1.: id eo hoc anno — abeo.

14. *secundis potissimum uestris rebus:* PM cod. Rhen. Harl. I. — Leid. I.: is uestris. Recc.: his uestris. — PM: reip̄. gratulor.

17. *nullis iniuriis uestris:* PM rell. — Tan. Faber *ullis — unquam*, Ant. Periz. *nullis — nunquam* scribi voluerunt. Dubitandum tamen videatur an *nullis* scriptum sit pro *n̄ullis:* h. e. *non ullis.* cf. 5, 51.: „non — umquam".

— *si quae forte aliquando inciderunt:* M cod. Rhen.] si quae forte aliquando fuerunt (P). — M: si quae forte aliquando inciderunt | fuerunt umquā eque quam cet. — P: umquam eque quam. — M m. 2. P: tr̄. p̄l. offensos ac concitatos esse. M m. 1.: offensos aconcitatos esse.

runt — umquam aeque quam munere patrum in plebem, cum aera militantibus constituta sunt, tribunos plebis offensos ac concitatos esse? quid illos aliud aut tum timuisse creditis aut hodie turbare velle nisi concordiam ordinum, 5 quam dissolvendae maxume tribuniciae potestatis rentur esse? sic hercule tamquam artifices inprobi opus quaerunt, qui et semper aegri aliquid esse in re publica volunt ut sit ad cuius curationem a vobis athibeantur. utrum enim defenditis an inpugnatis plebem? utrum militantium adversarii 10 estis an causam agitis? nisi forte hoc dicitis, quicquid patres faciunt displicet, sive illud pro plebe sive contra plebem est. et quem ad modum servis suis vetant domini

3. *quid illos aliud aut tum timuisse creditis:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1.: quid illis aliud autum. M m. 1.: autum. — M: concordia.

5. *dissoluendae maxume tribuniciae potestatis:* M] dissolvendae maxime cet. — P m. 1.: dissoluendae maxume tribinicię potestatis. m. 2.: *potestati.* Hunc dativum, qui etiam in Leid. I. aliisque codd. reperitur, recipiendum censuit B. Rhenanus, nec tamen in libro suo antiquo videtur habuisse. Cf. 3, 24. 31. 39. 27, 9. 28, 25. 30, 9. 38, 5. 39, 16. al. quibus omnibus locis idem genitivus legitur. Dativi prorsus alia ratio est, quod inprimis 5, 19. videre licet: „igitur fatalis dux *ad* excidium illius urbis *servandaeque patriae* M. Furius Camillus“ cet. cf. 2, 9. 4, 35. 43. 30, 6. al.

6. *qui et semper aegri aliquid esse:* PM rell. „Indem sie *und zwar* beständig“. Muretus — haud scio an propter *et* — deletum voluit *qui.* — M: in rep̄. P: in remp̄. — M: athibeantur.

9. *utrum militantium aduersarii estis:* P. — M: utrum mi| tantiū aduersariis estis. m. 2.: mini | tantiū.

10. *nisi forte hoc dicitis:* M. — P: nisi forte hodicitis quidquid. — M: dicitis quid pa| tres. — Verba „quidquid patres faciunt“ tamquam subiectum coniungenda sunt cum *displicet:* quare coniunctivus *faciant* desiderari non potest.

12. *et quem ad modum.* — PM cod. Rhen. multique alii codd.: *cum seruis suis:* ex quo veri simile fit duas huius loci lectiones fuisse, et „seruis suis — quicquam rei cum alienis hominibus esse“, et „cum seruis suis — quicquam rei alienis hominibus esse“.

quicquam rei cum alienis hominibus esse pariterque in his beneficio ac maleficio abstineri aecum censent, sic vos interdicitis patribus commercio plebis, ne nos comitate ac munificentia nostra provocemus plebem nec plebs nobis dicto audiens atque obediens sit. quanto tandem, si quicquam in 5 vobis non dico civilis sed humani esset, favere vos magis, et quantum in vobis esset indulgere potius comitati patrum atque obsequio plebis oportuit? quae si perpetua concordia sit, quis non spondere ausit maximum hoc imperium inter finitimos brevi futurum esse?" 10

IV. „Atque ego, quam hoc consilium collegarum meorum — quo abducere infecta re a Veis exercitum noluerunt — non utile solum sed etiam necessarium fuerit, postea disseram: nunc de ipsa condicione dicere militantium libet: quam orationem non aput vos solum sed etiam in castris 15 si habeatur ipso exercitu disceptante, aequam arbitror videri posse: in qua si mihi ipse nihil quod dicerem in mentem

1. *pariterque in his:* PM] pariterque in iis. — P: beneficio an maleficio.
2. *aecum censent:* P m. 1. M] aequum censent (P m. 2.).
— *sic uos interdicitis patribus:* P. — M: sic uos interdicito patribus. Cod. Rhen.: sic nos interdicto patribus commercio plebis. — P: cō | mertio. m. 2.: cō | mercio. — Harl. 1.: commercia. — M: prouocemus plebē. nob dicto audiens atq. oboediens sit.
6. *sed humani esset:* P. — M: sed humana esset.
9. *hoc imperium:* P. — M: „hoc imperio *inter*": h. e. *imperiō*. Cf. 2, 12.: ferrom.
12. *quo:* PM et rell. — *Quo* nim. *consilio*. Muretus scribi voluit *quod*, I. Fr. Gron. *qui*.
12. *a Veis:* PM] a Veiis. — PM: *postea disseram*.
14. *nunc de ipsa condicione dicere militantium libet:* PM. — P m. 1.: conditione. — P: non aput uos solum. — P m. 1.: disceptate. m. 2.: disceptante. — M: aequam arbitror | uidetur posse.
17. *in qua si mihi ipse nihil quod dicerem:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] in qua si mihi ipsi cet. — Si interpretes reputassent, *ipse*, quamvis solutiore quadam coniungendi ratione, cuius apud Livium tot exempla reperiuntur, ante *nihil* positum esset, tamen rectissime ad *dicerem* referri posse, nihil sane mutari voluissent. — M: *contentus ēē*.

venire posset, adversariorum certe orationibus contentus essem. negabant nuper danda esse aera militibus quia numquam data essent. quonam modo igitur nunc indignari possunt, quibus aliquid novi adiectum commodi sit, eis labo-
5 rem etiam novum pro portione iniungi? nusquam nec opera sine emolumento nec emolumentum ferme sine inpensa opera est. labor voluptasque — dissimillima natura — societate quadam inter se naturali sunt iuncta. moleste antea ferebat miles se suo sumptu operam rei publicae prae-
10 bere, gaudebat idem partem anni se agrum suum colere, quaerere unde domi militiaeque se ac suos tueri posset: gaudet nunc fructui sibi rem publicam esse et laetus stipendium accipit. aequo igitur animo patiatur se ab domo ab re familiari, cui gravis inpensa non est, paulo diutius ab-
15 esse. an si ad calculos eum res publica vocet, non merito dicat „annua aera habes — annuam operam ede: an tu aequum censes militia semenstri solidum te stipendium accipere?“ invitus in hac parte orationis Quirites moror: sic

4. *commodi sit:* P m. 2. M. — P m. 1.: commodo sit.
— *eis laborem etiam nouum pro portione iniungi:* M cod. Rhen. — P: propositione ingungi. — Harl. 1. Leid. 1.: proportionē.
5. *nusquam nec operam:* M Harl. 1. Leid. 1. al. — P: nusquam nec operā sine emulumento nec emulomentum (m. 2.: emulumentum) ferme sine inpensa opera est.
7. *societate quadam inter se naturali:* P m. 2. M m. 3. — M m. 1.: societate quidam inter se cet. P m. 1.: societate quamquam inter se.
9. *operam reip. praebere:* PM. — M: gaudebant. — P m. 1.: partem annis | agrum. m. 2.: anni | agrum.
12. *fructui sibi remp. esse:* PM.
14. *cui grauis inpensa non est, paulo diutius abesse:* PM. — M: an fi (m. 2.: fu) | ad calculos cum resp. uocet. — P: non meritur. m. 2.: merito.
16. *annua aera habes:* P. — M: annua aera dicas habes. — M: an tū aequm censes.
17. *militia semenstri:* PM] militia semestri. — P: solitum.
18. *inuitus in hac parte orationis quirites moror:* PM. — Pall. codd.: „inuitus in hac parte orationis, inuitus Quirites moror“: quod hoc loco non placet. — M: sic eis agere.

nim agere debent qui mercennario milite utuntur: nos tamquam cum civibus agere volumus agique tamquam cum paria nobiscum aecum censemus. aut non suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate populi Romani et perfici quam primum oportet. perficietur autem si urgemus obessos, si non ante abscedimus quam spei nostrae finem captis Veis inposuerimus. si hercules nulla alia causa — ipsa dignitas perseverantiam inponere debuit. decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam mulierem ab universa Graecia quam procul ab domo, quot terras quot maria ditans! nos intra vicesimum lapidem in conspectu prope ur- 5 10

1. *mercennario:* P m. 2. M] mercenario (P m. 1.). Duplici littera *n* haec vox et in Putean. et in Laurish. semper scripta est.
— *nos tamquam cum ciuibus agere volumus:* cod. Rhen. Harl. I. al.] at nos tanquam cet. (recc. codd.) — P: utuntur nos tamquam ciuibus agere uolumus. M: utuntur nr̄m quā | cum ciuib. agere uolumus.
3. *aecum censemus:* P m. 1. M] aequum censemus (P m. 2.).
— *aut non suscipi bellum oportuit aut geri pro dignitate populi r̄.:* P. — P m. 1.: et perfici *qui* primum oportet. m. 2.: quā primum. — M m. 1.: aut non suscipi bellum oportuit utageri | p dignitate nobili e profici quā primum oportet. m. 2.: aut non suscipi bellum oportuit aut agere | p dignitate nobiliter pfici quā primum oportet.
6. *si non ante abscedimus:* M m. 2. P. — M m. 1.: absedimus.
6. *finem captis Veis inposuerimus:* PM] finem captis Veiis imposuerimus. — Harl. I.: capitis.
7. *hercules:* PM Harl. I. Leid. I. — Recc.: *hercule:* quod sub finem cap. 5. in omnibus libris.
9. *oppugnata est:* P. — M: opugnata est. — P m. 1.: ab uniuersa gratia. — M: quam procul a domo. — P m. 1.: quoterras. — M: quod maria. — P m. 1. M: distans. P m. 2.: distant.
11. *nos.* — P: nos bis intra uicesimum — perferri piget. Harl. I. Leid. I. al.: nobis intra — perferre piget. M: nobis intra uice†simum — pferre piget: (littera media in *uicesimum* erasa est). — Simili errore scriptum est 5, 6. in P *magistratibus* pro *magistratus*, in M *tempestatis* pro *tempestatibus*. cf. etiam 4, 49.: „in civis". 4, 56.: „qui non civium". Nihilominus quaerendum est, cum in P *perferri* inveniatur, num in-

bis nostrae annuam oppugnationem perferre piget, scilicet quia levis causa belli est nec satis quicquam iusti doloris est quod ad perseverandum stimulet. septiens rebellarunt, in pace numquam fida fuerunt, agros nostros miliens depo-
5 pulati sunt, Fidenates deficere a nobis coegerunt, colonos nostros ibi interfecerunt, auctores fuere contra ius caedis inpiae legatorum nostrorum, Etruriam omnem adversus nos concitare voluerunt hodieque id moliuntur, res repetentis legatos nostros haut procul afuit quin violarent".

10 V. „Cum his molliter et per dilationes bellum geri oportet? si nos tam iustum odium nihil movet, ne illa qui-

tegra oratio fuerit haec „nobis intra vicesimum lapidem in conspectu prope urbis nostrae annuam oppugnationem perferri piget". nam quod, si ita scribitur, *piget* accusativo suo caret, mirum videri non potest, cum *piget pudet paenitet* al. passim ita reperiantur. cf. 8, 2.: „quia fateri pigebat". 3, 19.: „pudet". 1, 8. „cum haud paeniteret". al.

3. *quod ad perseuerandum stimulet:* P] quod nos ad perseverandum stimulet (M). Saepissime ita cum alia verba tum pronomina interpretationis causa a librariis adiecta esse constat cf. ex. gr. 3, 65.: „is usque rogaret". 5, 51.: „si revocaretis". 5, 52.: „ex qua nihil". M: nec satis quisquam iusti doloris est.

— *septiens:* P] septies (M). — PM: reuellarunt.

4. *in pace numquam fida fuerunt:* PM. — Leid. I.: „numquam fide". Alii: „fidi", „fideles". Muretus cum Harl. II. scribere malebat „numquam in fide". — In P primo scriptum erat *umquam*, sed eadem m. supra additum est *n*. — P: agros nostos.

4. *miliens:* M m. 1. P] millies. — M m. 2.: milies.

6. *contra ius:* PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] contra ius gentium. — P: caedis inpiae legatorum nostrorum. M: cedis inpie legatorum etruriam. — PM: *aduersus nos.* Leid. I.: aduersum nos.

8. *repetentis:* P] repetentes (M m. 2.). — M m. 1.: repetentes. — M: aut procul afuit. P: „haud procul *fuit*": quod haut scio an integrum sit.

10. *bellum geri oportet:* M m. 2. P. — M m. 1. videtur fuisse „bellū geri *ing* oportet".

11. *nihil mouet ne illa quidem oro uos mouent:* P. — M: nihil mouent (m. 2.: mouet) operib. ingentib. | saepta urbis ē. — P: *saepta*. — M: cohercetur.

- oro vos — movent? operibus ingentibus saepta
:t, quibus intra muros coercetur hostis. agrum non
:t culta evastata sunt bello. si reducimus exercitum,
t qui dubitet illos non a cupiditate solum ulciscendi
ım necessitate inposita ex alieno praedandi, cum sua 5
ıt, agrum nostrum invasuros? non differimus igitur
isto consilio sed intra fines nostros accipimus. quid
ıod proprie ad milites pertinet, quibus boni tribuni
:um stipendium extorquere voluerunt, nunc consul-
ɔente volunt — quale est? vallum fossamque, ingen- 10
mque rem operis, per tantum spatii duxerunt: ca-
rimo pauca postea exercitu aucto creberrima fece-
ıunitiones non in urbem modo sed in Etruriam etiam
ntes, si qua inde auxilia veniant, opposuere. quid

ılta euastata sunt: P. I m. 1.: et culteuastata m. 2.: et culta uastata

a cupiditate solum: PM Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. *consilio:* P. — M: iusto ño. — P: quod propri*ae*. *us boni tr. pl. cum sti-'ium extorquere uolue-:* PM et rell. codd.] qui- — voluerint (ed. Frob.). Nachdem sie ihnen erst Sold entziehen wollten". x. gr. 4, 60.: „quos *cum* patribus conlaudari et a ıri aetate tamquam bo-:ives conspici vulgus hom *vidit*, repente certa- est ortum" cet. — M: sultū | repente uolunt. *ntis utrumque rem ope-* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] ıtis utramque rem ope- — „Beides Werke von ıeurer Arbeit". — P: per tantum spatii. M: per tantum spacii. — P: castella primo causa postea. m. 2.: primo pauca postea. — M: exercitu auctor.

14. *expectantes:* PM et rell. codd.] spectantes. — *Expectantes* (vernac. ling. quasi „hinausschauend") non modo ad *munitiones* sed etiam ad *opposuere* referri potest. Persaepe verba *spectare* et *expectare* inter se permutata sunt. sic 30, 23. non *expectantes* sed cum Put. scribendum est „omnia simulaturos Carthaginienses duces eos exercitusque spectantis" („wenn sie dieselben vor Augen hätten"). — P: etiam exspectantes. — M m. 1.: si qua inde auxilia ueniat. — PM cod. Rhen. al.: „*et* talium oppugnandarum urbium apparatum". Rhenanus *et alium* restituit. — Harl. 1.: „et talem".

turres quid vineas testudinesque et alium oppugnandarum urbium apparatum loquar? cum tantum laboris exhaustum sit et ad finem iam operis tandem perventum, relinquendane haec censetis ut ad aestatem rursus novus de integro his
5 instituendis exsudetur labor? quanto est minus opera tueri facta et instare ac perseverare defungique cura? brevis enim profecto res est si uno tempore peragitur nec ipsi per intermissiones has intervallaque lentiorem spem nostram facimus. loquor de opere et de temporis iactura? quid pe-
10 riculi quod differendo bello adimus num oblivisci nos haec tam crebra Etruriae concilia de mittendis Veios auxiliis petiuntur? ut nunc res se habet, irati sunt oderunt negant missuros, quantum in illis est capere Veios licet. quis est qui spondeat eundem, si differtur bellum, animum postea
15 fore, cum si laxamentum dederis, maior frequentiorque legatio itura sit, cum id quod nunc offendit Etruscos — rex creatus Veis — mutari spatio interposito possit vel consensu civitatis ut eo reconcilient Etruriae animos, vel ipsius voluntate regis qui obstare regnum suum saluti civium no-
20 lit? videte quot res quam inutiles sequantur illam viam consilii, iactura operum tanto labore factorum, vastatio imminens finium nostrorum, Etruscum bellum pro Veiente concitatum. haec sunt tribuni consilia vestra, non hercule dissimilia ac si qui aegro, qui curari se fortiter passus extem-

6. *et instare ac perseuerare:* PM] et instare et perseverare.
7. *si uno tempore peragitur:* PM et rell.] si uno tenore peragitur.
10. *num obliuisci:* ed. Mogunt. — PM et rell. codd.: nu*nc* obliuisci. Cf. T. Livi l. xxx. p. LXVI. v. 17. — P: concilia dimittendis uaeios auxiliis. — M: patiuntur et | ut nunc res se habet. — P: capere uaeios licet.
13. *quis est qui spondeat:* P m. 2. M. — P m. 1.: quis est quis respondeat. — P: si differetur bellum. M: sibi differtur.
16. *quod nunc offendit:* P m. 2 M. — P m. 1.: quod non offendit. — PM: rex creatus Veis mutari spatio interposito possit. — P m. 1.: saluti ciuium nol*uit*. — M m. 1: quam iutiles.
24. *si qui:* M] si quis (P). — M: longinqum et forsitan insanabile morbum.

plo convalescere possit, cibi gratia praesentis aut potionis longinquum et forsitan insanabilem morbum efficiat".

VI. „Si me dius fidius ad hoc bellum nihil pertineret, ad disciplinam certe militiae plurimum intererat, insuescere militem nostrum non solum parta victoria frui sed si etiam res lentior sit, pati taedium et quamvis serae spei exitum expectare, et si non sit aestate perfectum bellum, hiemem operiri nec sicut aestivas aves statim autumno tecta ac recessum circumspicere. obsecro vos, venandi studium ac voluptas homines per nives ac pruinas in montes silvasque rapit: belli necessitatibus eam patientiam non athibebimus quam vel lusus ac voluptas elicere solet? adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus adeo molles animos, ut hiemem unam durare in castris abesse ab domo non possint, ut tamquam navale bellum tempestatibus captandis et observando tempore anni gerant, non aestus non frigora pati possint? erubescant profecto si quis eis hoc obiciat, contendantque et animis et corporibus suis virilem patientiam inesse et se iuxta hieme atque aestate bella gerere posse, nec se patrocinium mollitiae inertiaeque

5. *parta uictoria:* PM et rell.] parata victoria. Cf. 5, 1.: pace alibi parata.

— *si etiam res:* PM et optt. quiq. codd.] si res etiam.

8. *operiri:* PM] opperiri. — Cf. 1, 56. 30, 10.: „operiebantur" (Put. Bamb. Colb.). al.

1. *non athibebimus:* P m. 1. — P m. 2.: non adhibebimus. M m. 1.: non athibimus. m. 2.: non adhibimus. — PM Harl. 1. Leid. 1.: quam uel usus ac uoluptas.

2. *adeone.* — P: elicere solet ne effeminata corpora militum nostrorum esse putamus adeo molles animos in (m. 2.: ut) hiemem unam. M: elicere soleadeo (m. 2.: soleateo) molles | animos ut hiemem unam.

15. *tempestatibus:* M m. 2. P. — M m. 1.: tempestatis.

17. *si quis eis hoc | obiciat:* M al.] si quis eis haec obiiciat. — P: „si quis eis haec obiciat". verum in hoc libro *e* et *o* nonnumquam inter se permutata sunt, ut 5, 7. m. 1.: m*e*mento. m. 2.: momento. — P m. 1.: et si iuxta hieme. m. 2.: et se. — P m. 1.: patricinium. — P: mollitiae inaertiaeque. — P m. 1.: maiores seos. m. 2.: suos.

mandasse tribunis et meminisse hanc ipsam potestatem non in umbra nec in tectis maiores suos creasse. haec virtute militum vestrorum haec Romano nomine sunt digna, non Veios tantum nec hoc bellum intueri quod instat, sed fa-
5 mam et alia bella et ad ceteros populos in posterum quaerere. an mediocre discrimen opinionis secuturum ex hac re putatis, utrum tandem finitumi populum Romanum eum esse putent, cuius si qua urbs primum illut brevissimi temporis sustinuerit impetum, nihil deinde timeat: an hic sit
10 terror nominis nostri, ut exercitum Romanum non taedium longinquae oppugnationis non vis hiemis ab urbe circumsessa semel amovere possit nec finem ullum alium belli quam victoriam noverit, nec impetu potius bella quam perseverantia gerat, quae in omni quidem genere militiae ma-
15 xime tamen in obsidendis urbibus necessaria est, quarum plerasque munitionibus ac naturali situ inexpugnabiles fame sitique tempus ipsum vincit atque expugnat sic ut Veios expugnabit, nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint et Romae invenerint praesidia Veientes quae nequiquam in Etru-
20 ria quaerunt? an est quicquam quod Veientibus optatum

4. *sed famam et alia bella et ad ceteros populos:* P Harl. I. Leid. I. al.] sed famam et ad alia bella cet. — M: sed fama et alia bella et ad cet.

7. *finitumi:* M m. 1. P] finitimi (M m. 2.). — P: populum romanummeum ēē putent. M: populum romanū esse putent. Cod. Rhen. Harl. I.: populum romanum eum esse putent.

8. *primum illut:* P m. 1.] primum illum. — P m. 2. M Harl. I. Leid. I. Voss. II. al.: „primum illud breuissimi temporis sustinuerit impetum". Multa exempla proponi possunt quibus Livium nomina verbalia non ad quartae modo sed etiam secundae declinationis rationem formasse apparet. cf. 1, 3.: „in traiecto".

9. *an hic sit terror nominis nostri ut exercitum r. nos taedium:* PM. — M: circumsessa simul amouere.

15. *in obsidendis urbibus:* P m. 2. M. — P m. 1.: obsidendes. — PM: nisi auxilio hostibus. tr. pl. fuerint.

19. *quae nequiquam in etruria quaerunt:* M. — P: quae nequiquam in aetruria quaerunt. — Harl. I. Leid. I.: in etruriam.

20. *an est quicquam:* M. — P:

aeque contingere possit, quam ut seditionibus primum urbs Romana deinde velut ex contagione castra impleantur? at hercule apud hostis tanta modestia est ut non obsidionis taedio, non denique regni quicquam aput eos novatum sit, non negata auxilia ab Etruscis inritaverint animos. morie- 5 ur enim extemplo quicumque erit seditionis auctor, nec uiquam dicere ea licebit quae aput vos inpune dicuntur. ustuarium meretur qui signa relinquit aut praesidio decelit: auctores signa relinquendi et deserendi castra non uni ut alteri militi sed universis exercitibus palam in contione 10 udiuntur. adeo quidquid tribunus plebi loquitur — et si rodendae patriae dissolvendaeque rei publicae est — adaestis qui audire, et dulcedine potestatis eius capti quaeibet sub ea scelera latere sinitis. reliquum est ut quae ic vociferantur eadem in castris et apud milites agant, et 15 kercitus conrumpant ducibusque parere non patiantur, quo-

an + quicquam. — P m. 1.: contingere *e*possit. — M m. 1. P: castra*m* impleantur.

2. *at hercule aput hostis:* P m. 2. M m. 1.] at hercule apud hostes (M m. 2.). — P m. 1.: at herculae apud hostis. — P m. 1.: aput eos. — M: intrauerint animos.

5. *nec cuiquam dicere ea licebit quae aput uos inpunae dicuntur:* P. — M: „necuiquam dicere ea licebit quae apud uos inpune dicuntur". altera manu *c* alterum supra *nec* additum est.

9. *palam in contione audiuntur:* PM. — PM: adeo quidquid tribunus plebi loquitur et si prodendae patriae dissoluendaeque reip̄ est.

12. *adsuestis qui audire:* PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1.] assuestis aequi audire (ex coni. Rhenani). — Ablativus *qui* hoc loco idem fere quod *quodam modo* significat: „das habt ihr euch *gewisser Massen* gewöhnt mit an zu hören": „das pflegt ihr *so* mit an zu hören". Quae vis huius vel pronominis vel adverbii cum parum intelligeretur, eius loco in recentioribus codd. modo *quidem* modo *quippe* scriptum videmus. alii interpretes scribere voluerunt *Quirites*, quod non est huius loci. — P: et dulcedine potestatie eius. m. 2.: potestatis.

13. *quaelubet.* — P: que iub&. m. 2.: que iub&. M: quaelibetiuuet sub ea.

16. *parere non patiantur:* PM: quamquam primo in M erat *patientur.* — P: q̄ū ea de-

niam ea demum Romae libertas est, non senatum non magistratus non leges non mores maiorum non instituta patrum non disciplinam vereri militiae".

VII. Par iam etiam in contionibus erat Appius tribu-
5 nis plebis, cum subito — unde minime quis crederet — accepta calamitas apud Veios et superiorem Appium in causa et concordiam ordinum maiorem ardoremque ad obsidendos pertinacius Veios fecit. nam cum agger promotus ad urbem vineaeque tantum non iam iniunctae moenibus essent,
10 dum opera interdiu fiunt intentius quam nocte custodiuntur, patefacta repente porta ingens multitudo facibus maxime armata ignes coniecit, horaeque momento simul aggerem ac vineas — tam longi temporis opus — incendium hausit, multique ibi mortales nequiquam opem ferentes ferro igni-
15 que absumpti sunt. quod ubi Romam est nuntiatum, maestitiam omnibus senatui curam metumque iniecit, ne tum vero sustineri nec in urbe seditio nec in castris posset

mum. — P m. 1.: non magistratibus. m. 2.: non magistratus.

4. *par iam etiam in contionibus erat Appius tr̄. p̄l.:* P. — M: „Patriā etiam in contionibus erat appius tr̄r. p̄l". (metathesi litterarum pro *trs. pl.*).

7. *et concordiam ordinum maiorem ardoremque ad obsidendos pertinacius* (m. 1.: pertinatius) *Veios fecit:* P. — In M erat primo: „et concordiā ordinum maiorem ardorem | ad obsidendos pertinacius ueios fecit": dein „et concordia": ut, cum etiam in Leid. 1. reperiatur *ardorem*, dubitari possit an integra oratio fuerit „et superiorem Appium in causa et concordia ordinum maiorem ardorem ad obsidendos pertinacius Veios fecit". quo minus tamen ita scriberemus haec obstabant quod „concordiam ordinum maiorem" vel structura verborum ipsa respondere videbantur verbis „superiorem Appium in causa", et quod *pertinacius* sequebatur.

10. *interdiu:* M m. 1. P. — M m. 2.: interdu.

12. *horaeque momento:* P m. 2. — P m. 1.: horaeque memento. — M m. 1.: horeque monuṁto. m. 2.: horeque mṁto. — P m. 1.: acumineas.

14. *nequiquam opem ferentes:* PM] nequicquam cet.

16. *ne tum uero:* P m. 2. M. — P m. 1.: metumque iniecit metum uero.

et tribuni plebis velut ab se victae rei publicae insultarent, cum repente quibus census equester erat equi publici non erant adsignati concilio prius inter sese habito senatum adeunt, factaque dicendi potestate equis se suis stipendia facturos promittunt. quibus cum amplissimis verbis gratiae 5 ab senatu actae essent famaque ea forum atque urbem pervasisset, subito ad curiam concursus fit plebis: pedestris ordinis se aiunt nunc esse operamque rei publicae extra ordinem polliceri, seu Veios seu quo alio ducere velint: si Veios ducti sint, negant se inde prius quam capta urbe ho- 10 stium redituros esse. tum vero iam superfundenti se laetitiae vix temperatum est. non enim sic ut equites dato magistratibus negotio laudari iussi, neque aut in curiam vocati quibus responsum daretur aut limine curiae continebatur senatus, sed pro se quisque ex superiore loco ad multitudi- 15 nem in comitio stantem voce manibusque significare publicam laetitiam, beatam urbem Romanam et invictam et aeternam illa concordia dicere: laudare equites laudare plebem, diem ipsum laudibus ferre: victam esse fateri comitatem benignitatemque senatus. certatim patribus plebique 20 manare gaudio lacrimae, donec revocatis in curiam patribus

1. *et tr. pl. uelut ab se uictae reip. insultarent:* PM. — Leid. 1. rep. — P: census aequester.

3. *concilio prius inter sese habito:* PM] consilio cet.

7. *pedestris ordinis se aiunt nunc esse operamque reip. extra ordinem polliceri:* PM et optt. quiq. codd. — Quem ad modum ii quibus census equester erat extra ordinem reipublicae operam suam polliciti erant, sic tum plebs. concurrunt ad curiam et edicunt patribus, se in illo tempore voluntariam subiturus esse militiam (non tum demum cum sorte lecti essent), nec domum nisi captis Veiis redire velle. G. Cuperus scribi voluit: „pedestris ordinis aiunt nunc esse operam reip. extra ordinem polliceri".

11. *superfundenti se laetitiae:* M. — P: superfundenti saeletitiae. — P: sicut aequites. — P: responsum daretur ut limine curiae.

17. *et inuictam:* P. — M m. 1.: et in et in uictam. — P m. 1.: laudare plebem plebem diem ipsum. — M m. 1.: laudabus ferre.

21. *manare gaudio lacrimae:* P m. 2. M. — P m. 1.: ma-

senatus consultum factum est ut tribuni militares contione advocata peditibus equitibusque gratias agerent, memorem pietatis eorum erga patriam dicerent senatum fore. placere autem omnibus his voluntariam extra ordinem professis militiam aera procedere. et equiti certus numerus aeris est adsignatus. tum primum equis suis merere equites coeperunt. voluntarius ductus exercitus Veios non amissa modo restituit opera sed nova etiam instituit. ab urbe commeatus intentiore quam antea subvehi cura, ne quid tam bene merito exercitui ad usum deesset.

VIII. Insequens annus tribunos militum consulari potestate habuit C. Servilium Ahalam tertium Q. Servilium L. Verginium Q. Sulpicium A. Manlium iterum M'. Sergium iterum. his tribunis, dum cura omnium in Veiens bellum intenta est, neclectum Anxyri praesidium vacationibus militum et Vulscos mercatores vulgo receptando proditis repente portarum custodibus oppressum est. minus militum perit quia praeter aegros lixarum in modum omnes per agros vicinasque urbes negotiabantur. nec Veis melius gesta res, quod tum caput omnium curarum publicarum erat. nam et duces Romani plus inter se irarum quam adversus

nere. — PM: sc̄. factum est. — M: ut tr̄. militares. — PM: contione.

4. *omnibus his.* — P: omnibus is uoluntariam. M: in omnib. | his uoluntariam. — PM: *aera procedere.* cf. 25, 5.: stipendia procederent.

5. *et equiti certus numerus aeris est adsignatus:* PM.

6. *tum primum.* — P: tum primum aequos (m. 2.: equos) merere equites caeperunt. M: „tum hic primum equos simerere equites ceperunt". tum m. 2. additum est *u* supra *si*, ut fieret „equos sui mererę": denique alterum *re* in *merere* expunctum est. P m. 1.: non amisa modo.

13. *L. Verginium.* — P: publium uergium. M: pl̄. uerginium. — P: a. mamilium iterum marcum sergium. M: „amanilium marcum sergium". Sigonius emendavit ex Diod. et tab. Capitol.

15. *neclectum:* M m. 1. P. — M: *anxyri.* P: anxiri. Beck: Anxuri.

16. *Vulscos:* PM] Volscos.

18. *perit:* PM Leid. 1. al.] periit. — P: lixarum in domus omnes.

19. *Veis:* PM] Veiis.

hostes animi habuerunt. et auctum est bellum adventu repentino Capenatium atque Faliscorum. hi duo Etruriae populi, quia proximi regione erant devictis Veis bello quoque Romano se proximos fore credentes, Falisci propria etiam causa infesti quod Fidenati bello se iam antea inmiscuerant, per legatos ultro citroque missos iureiurando inter se obligati cum exercitibus necopinato ad Veios accessere. forte ea regione qua M'. Sergius tribunus militum praeerat, castra adorti sunt ingentemque terrorem intulere, quia Etruriam omnem excitam sedibus magna mole adesse Romani crediderant. eadem opinio Veientes in urbe concitavit. ita ancipiti proelio castra Romana oppugnabantur: concursantesque cum huc atque illuc signa transferrent, nec Veientem satis cohibere intra munitiones nec suis munimentis arcere vim ac tueri se ab exteriore poterant hoste. una spes erat si ex maioribus castris subveniretur, ut diversae legiones aliae adversus Capenatem ac Faliscum aliae contra eruptionem oppidanorum pugnarent. sed castris praeerat Verginius privatim Sergio invisus infestusque. is, cum pleraque castella oppugnata superatas munitiones utrimque invehi hostem nuntiaretur, in armis milites tenuit, si opus foret auxilio collegam dictitans ad se missurum. huius adrogantiam pertinacia alterius aequabat qui ne quam opem ab inimico videretur petisse, vinci ab hoste quam vincere per civem maluit. diu in medio caesi milites, postremo desertis munitionibus perpauci in maiora castra pars maxima at-

3. *deuictis Veis:* PM] devictis Veiis.

6. *iureiurando inter se obligati:* P. — M: obliga | tim.

8. *forte ea regione quā sergius tr. mil praeerat:* M. — P: quam sergius tr̄. pl. (m. 2.: mil.) praeerat.

9. *quia Etruriam omnem excitam sedibus:* PM. — P m. 1.: magno mole. m. 2.: magna.

14. *arcere uim ac tueri se:* M m. 1. P. — M m. 2.: arcere ui.

18. *Verginius:* PM] Virginius.

20. *utrimque inuehi hostem:* P m. 2. M. — P m. 1.: utrumque inuei hostem.

22. *huius adrogantiam pertinacia* (m. 1.: pertinatia) *alterius aequabat:* P. — M: huius adrogantiam ꝑtinatia alterius | rogabat qui ne cet. — P m. 1.: ad inimico. m. 2.: ab.

que ipse Sergius Romam pertenderunt. ubi cum omnem culpam in collegam inclinaret, acciri Verginium ex castris, inter ea praeesse legatos placuit. acta deinde in senatu res est certatumque inter collegas maledictis: pauci rei publi-
5 cae, huic atque illi — ut quosque studium privatim aut gratia occupaverunt — adsunt.

IX. Primores patrum, sive culpa sive infelicitate imperatorum tam ignominiosa clades accepta esset, censuere non expectandum iustum tempus comitiorum, sed extemplo
10 novos tribunos militum creandos esse qui a Kal. Octobribus magistratum occiperent. in quam sententiam cum pedibus iretur, ceteri tribuni militum nihil contradicere. at enim vero Sergius Verginius, propter quos paenitere magistratuum eius anni senatum apparebat, primo deprecari
15 ignominiam deinde intercedere senatus consulto, negare se ante idus Decembris sollemnem ineundis magistratibus diem

2. *acciri Verginium ex castris:* PM. — Harl. 1.: acciri Verginium et castris interea praeesse legatos placuit. Cf. 3, 46.

4. *certatumque inter collegas:* P. — M: certatumq. | iterum collegas. m. 3.: iterum int̄ collegas.

— *pauci reip̄. huic atque illi ut quosque studium priuatim aut gratia occupauerunt adsunt:* PM. — Cod. Sig.: *occupauerat.* — „Wenige sind ohne Partei zu nehmen auf das Wohl des Staates bedacht“: u. s. w.

8. *censuere:* P. — M: sensuere non expectandum iustum tempus monitiorum sed. m. 2.: ensuere non expectandum iustum tempus munitionum sed.

10. *qui a Kalendis Octobribus magistratum occiperent:* cod. Rhen.] qui calendis cet. — „Welche vom ersten October an“. — P: „qui a fal (m. 2.: Kł) octobrius magistratus occiperent“. sed eadem m. 1. restituit „octobribus magistratū“. — M: qui a Kāl. octobribus. magistratū acciperent.

13. *Sergius Verginius:* M] Sergius Virginiusque. — P: uerginiusque. Cf. 4, 59.: plebis tribunorumque. — P: paenitere. M: penitere.

15. *deinde intercedere s. c.:* PM.

16. *ante idus decembris sollemnem ineundis magistratibus diem:* P] ante idus Decembres sollennem cet. — M: sollemnem. — P: honore habituros esse. — M m. 1.: honorē | habituros esse. m. 2.: honore | abituros esse. m. 3.: honorē.

honore abituros esse. inter haec tribuni plebis, cum in concordia hominum secundisque rebus civitatis inviti silentium tenuissent, feroces repente minari tribunis militum, nisi in auctoritate senatus essent se in vincla eos duci iussuros esse. tum C. Servilius Ahala tribunus militum „quod ad vos attinet tribuni plebis minasque vestras, ne ego libenter experirer quam non plus in his iuris quam in vobis animi esset. sed nefas est tendere adversus auctoritatem senatus. proinde et vos desinite inter nostra certamina locum iniuriae quaerere, et collegae aut facient quod censet senatus, aut si pertinacius tendent, dictatorem extemplo dicam qui vos abire magistratu cogat". cum omnium adsensu conprobata oratio esset gauderentque patres sine tribuniciae potestatis terriculis inventam esse aliam vim maiorem ad coercendos magistratus, victi consensu omnium comitia tribunorum militum habuere qui Kal. Octobribus magistratum occiperent, seque ante eam diem magistratu abdicavere.

X. L. Valerio Potito quartum M. Furio Camillo iterum M'. Aemilio Mamercino tertium Cn. Cornelio Cosso ite-

3. *tribunis militum:* M m. 3. — M m. 1. P: tribuni militum.
4. *in uincla:* PM] in vincula. Cf. 3, 56. al.
5. *tum C. Seruilius Ahala tr. mil:* PM. — PM: tr̄. p̄l.
6. *ne ego libenter experirer quam non plus in his* (M: iis) *iuris quam in uobis animi esset:* PM] nae cet. Cf. 26, 31.: „ea uos rata habeatis p̄. c̄., ne magis reip̄. interest quam mea" (Put.). al. C. L. Schneideri gramm. lat. 1, 1. 55. — „Was euch ihr Volkstribunen und eure Drohungen betrifft, so möcht ich es fürwahr auf einen Versuch wohl ankommen lassen, ob sich nicht hier auf der Seite der Consular-Tribunen doch noch mehr Recht als bei euch Dreistigkeit finde".
11. *pertinacius:* P m. 2. — P m. 1.: pertinatius. M m. 1.: ꝑtinatios. m. 2.: ꝑtinatius.
12. *cum omnium adsensu conprobata oratio esset:* P. — M: cum omnium adsensu cũmprobata (m. 2.: comprobata) oratio esset. — M: tribunitiae potestatis.
16. *qui Kal. octobr. magistratum occiperent:* M. — P: qui Kal. octob̄. magistratum acciperent. — M: seque ante eam diem magistratum abdicauere.
18. *M. Furio Camillo iterum:* M. In P excidit *M.* — PM:

rum K. Fabio Ambusto L. Iulio Iulo tribunis militum consulari potestate multa domi militiaeque gesta. nam et bellum multiplex fuit eodem tempore ad Veios et ad Capenam et ad Falerios et in Volscis ut Anxyr ab hostibus recuperaretur, et Romae simul dilectu simul tributo conferendo laboratum est: et de tribunis plebi cooptandis contentio fuit et haud parvum motum duo iudicia eorum qui paulo ante consulari potestate fuerant excivere. omnium primum tribunis militum fuit dilectum haberi, nec iuniores modo conscripti sed seniores etiam coacti nomina dare ut urbis custodiam agerent. quantum autem augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia in stipendium opus erat: eaque tributo conferebatur invitis conferentibus qui domi remanebant, quia tuentibus urbem opera quoque militari laborandum serviendumque rei publicae erat. haec

m̄. aemilio mamerco tertium. cn̄. cornelio cosso iterum. c̄. fabio ambusto. l. iulio tullo tribunis mil (M: tr̄. mil). Sigonius emendavit. cf. 4, 61.

4. *et ad Falerios.* Cf. 5, 27. — P: et ad ualerios. in (m. 2.: & in) uolscis ut anxir ab hostis (m. 2.: hostibus) recuperaretur. M: et ad ualerios et in uolscis ut anxyr ab hostibus recuraretur (m. 3.: recuperaretur). — Harl. I. Leid. I.: *Anxyr.* cf. 4, 59. 5, 8.

5. *et romae simul dilectu simul tributo conferendo laboratum est:* M. In P exciderant *dilectu simul*, sed adscripta sunt in margine.

6. *de tribunis plebi:* PM] de tribunis plebei. — PM: paulo ante.

9. *dilectum:* PM] delectum. — PM: nec iuniores modo conscripti sed seniores etiam coacti nomina dare.

11. *quantum autem augebatur militum numerus, tanto maiore pecunia* cet.: PM. cod. Rhen. — Voss. II. aliique recc.: *quanto.* Cf. 6, 38.: „*quanto* iure potentior intercessio erat, *tantum* vinceretur favore“ cet. al.

14. *opera quoque militari laborandum:* M m. 1. — M m. 2.: operæ quoque militari. — P: operam quoque militari. — PM: seruiendumque reip̄. erat.

15. *haec per se grauia indignioraque ut uiderentur:* PM Leid. I. al.] haec per se gravia indigniora ut viderentur (cod. Rhenani Harl. I.?). Cum *et* saepissime a Livio pro *etiam* scriberetur, particulae *et* atque *que* sine graviore discrimine ponerentur,

ıer se gravia indignioraque ut viderentur, tribuni plebis se-
litiosis contionibus faciebant, ideo aera militibus constituta
sse arguendo ut plebis partem militia partem tributo con-
cerent. unum bellum annum iam tertium trahi et consulto
ıale geri ut diutius gerant. in quattuor deinde bella uno 5
ilectu exercitus scriptos et pueros quoque ac senes extra-
tos. iam non aestatis nec hiemis discrimen esse ne ulla
uies umquam miserae plebi sit: quae nunc etiam vectiga-
s ad ultimum facta sit, ut cum confecta labore vulneribus
ostremo aetate corpora rettulerint incultaque omnia diu- 10
no dominorum desiderio domi invenerint, tributum ex ad-
ecta re familiari pendant aeraque militaria velut fenore ac-
epta multiplicia rei publicae reddant. inter dilectum tribu-

particula *que* haud raro apud Livium etiam aliarum coniunctionum tum adversativarum tum causalium locum obtineret, et hoc loco *indignioraque* — exceptis libris Rhenaniano et Harleiano I., gravibus illis quidem auctoribus, nec tamen eis in quibus nusquam erratum videretur — in melioribus codd. omnibus conservatum esset, facere non potui quin et ipse *indignioraque* reciperem haberemque pro „indigniora etiam" scriptum. quod si quis ita esse sibi persuadere non potest, is scribat „haec per se grauia grauiora indignioraque ut uiderentur": cuius simili errore ex. gr. 30, 28. etiam in Put. Colb. Bamb. *muralibusque* scriptum est pro „muralibus uallaribusque". cf. T. Livi l. XXX. p. XXIV. II. — P: *tr. pl. seditiosis contionibus faciebant.* M: tr. pl. seditios contionibus faciebant. m. 3.: seditiōs.

3. *militia:* M m. 2. — M m. 1. P: militiam.

4. *annum iam tertium:* PM et rell. nimir. ex quo hibernacula aedificata erant.

5. *uno dilectu:* PM] uno delectu.

8. *quae nunc etiam.* — P m. 1. M: quae ne etiam. — *ne = nc.* — P m. 2. cod. Rhen. m. 2. Voss. II. al.: *quin etiam.* — M: rettullerint. P: retullerint.

11. *tributum ex adfecta re familiaria pendant:* P m. 1. M m. 1. — P m. 2.: re familiari pendant. M m. 2.: re familiari apendant. — Num „adpendant"?

12. *uelut fenore.* — P: foenore. M: faenore. sed in Laurish. 42, 5.: *iniusto fenore.* — PM: reip. reddant.

13. *dilectum:* PM] del. — PM Harl. I. Leid. I. al.: *expleri nequid.* Voss. I. II. al.: *nequit.* Bekk.: *nequiit.*

tumque et occupatos animos maiorum rerum curis comitiis tribunorum plebis numerus expleri nequit. pugnatum est inde, in loca vacua ut patricii cooptarentur. postquam optineri non poterant, tamen labefactandae legis tribuniciae causa
5 effectum est ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius et M. Acutius haud dubie patriciorum opibus.

XI. Fors ita tulit ut eo anno tribunus plebis Cn. Trebonius esset, qui nomini ac familiae debitum praestare videretur Treboniae legis patrocinium. is quod petissent pa-

2. *pugnatum est inde:* ex coni. m.] pugnatum inde (P). — M: pugna | tum esset inde.

3. *postquam optineri non poterant* (nim. vacua loca): P] postquam obtineri non poterat. — M Harl. 1. Leid. 1. al.: *postquam obtineri non poterant.* — Cf. 30, 1.: optinere (Put.). al.

4. *legis tribuniciae causa:* M Harl. 1. rell.] legis Treboniae causa. — P: legis tribunitiae (m. 2.: ciae) causae | effectum est. — Pighius scribi voluit *Treboniae*, sine dubio quod paulo post et Trebonii tribuni pl. et Treboniae legis mentio fieret. verum *tribuniciae* integerrimum est. prima enim lex tribunicia erat, ne cui patrum tribunatum plebis capere liceret (2, 33.): quae ipsa lex, cum patricii vacua loca obtinere conati essent, labefacta videri poterat. Trebonia lege cautum erat ut qui plebem romanam tribunos pl. rogaret, is usque rogaret dum decem tribunos pl. fecisset (3, 65.). patricii vero non numerum tribunorum inminui voluerant, sed ut ex ipsis non ex plebe in vacua loca cooptarentur. quod cum perficere non possent, plebeios quidem sed qui ipsorum rebus faverent cooptandos curaverunt. Cn. Trebonius igitur in hoc uno patrocinium familiae suae nomini praestitit quod et ipse patres insectabatur, id quod ille Trebonius qui legis treboniae fuerat auctor, asperrime fecerat. Ac licet hoc loco vere ageretur de una lege Trebonia, tamen et Trebonia et similes aliae leges nominari poterant *tribuniciae*, quippe quae pertinerent ad tribunos plebis tribuniciamque potestatem. — M: labefectandæ.

5. *trib. pl. C. Lacerius et M. Acutius:* P. — M: tr̄. c̄. lacerius et m. acutius.

7. *ut eo anno tr. pl. cn. trebonius esset:* PM.

9. *is quod petissent patres quidam primo incepto* (P: incoepto) *repulsi, tamen tribunos militum* (P: mil) *expugnassent uociferans:* PM. — Harl. 1. al.: cum tribunos mil. expugnassent. — Cum

res quidam primo incepto repulsi, tamen tribunos militum expugnasse vociferans, legem Treboniam sublatam et cooptatos tribunos plebis non suffragiis populi sed imperio patriciorum, et revolvi rem ut aut patricii aut patriciorum adseculae habendi tribuni plebis sint: eripi sacratas leges, exorqueri tribuniciam potestatem: id fraude patriciorum, sceere ac proditione collegarum factum arguere. cum ardeent invidia non patres modo sed etiam tribuni plebis cooptati pariter et qui cooptaverant, tum ex collegio tres P. Curatius M. Metilius M. Minucius trepidi rerum suarum in 10 ergium Verginiumque prioris anni tribunos militares incurunt, in eos ab se iram plebis invidiamque die dicta averunt. quibus dilectus quibus tributum quibus diutina milia longinquitasque belli sit gravis, qui clade accepta ad Veios doleant qui amissis liberis fratribus propinquis adfini- 15

nusquam dictum sit, id magis ab tribunis mil. inpugnatum esse quam ab patribus universis, cum in omnibus melioribus libris non *expugnasse* sed *expugnassent* inveniatur, in pronomine *quidam* scribendo et alias erratum sit (ex. gr. 5, 4. ubi in P *quamquam*, in M *quidam* est pro *quadam*), saepe numero in voce *tribunorum* menda latere appareat, hunc locum ita quem ad modum et ipsi scripsimus, vix sanum esse posse persuasum habemus. videant igitur acutiores homines, num verum restituisse ita videar: „*is quod petissent patres quamquam primo incepto repulsi, tamen tribunatum pl. expugnasse eos uociferans*“ cet.

2. *et cooptatos tr̄. p̄l.:* PM.

4. *et reuolui rem:* PM Harl. 1. Leid. 1.] et eo revolvi rem. — P: ut aud. m. 2.: ut aut.

4. *adseculae*] assèclae. — M: adsaeculę. P: adseculae*re* habendi tr̄. p̄l. sint: (m. 2. *re* expunctum est). — M: tribunitiam.

6. *scelere:* P m. 2. M. — P m. 1.: scaelere.

8. *tr̄. p̄l. cooptati pariter et qui cooptauerant:* PM.

9. *P.* (P: pūp) *Curatius. M. Metilius. M. Minutius:* PM] P. Curiatius M. Metilius et M. Minucius. — *Et* omissum est etiam in Harl. 1. al.

11. *Verginiumque:* PM] Virginiumque.

13. *quibus dilectus:* P m. 2. M] quibus delectus. — P m. 1.: quibus dilector. — PM: qui clade accepta ad Veios doleant. Portug.: cladem acceptam.

bus lugubres domos habeant — his publici privatique doloris exsequendi ius potestatemque ex duobus noxiis capitibus datam ab se memorant. omnium namque malorum in Sergio Verginioque causas esse: nec id accusatorem magis arguere quam fateri reos qui noxii ambo alter in alterum causam conferant, fugam Sergi Verginius, Sergius proditionem increpans Verginii: quorum adeo incredibilem amentiam fuisse, ut multo veri similius sit conpecto eam rem et communi fraude patriciorum actam. ab his et prius datum locum Veientibus ad incendenda opera belli trahendi causa, et nunc proditum exercitum tradita Faliscis Romana castra. omnia fieri ut consenescat ad Veios iuventus, nec de agris nec de aliis commodis plebis ferre ad populum tribuni frequentiaque urbana celebrare actiones et resistere conspirationi patriciorum possint. praeiudicium iam de reis et ab senatu et ab populo Romano et ab ipsorum collegis factum esse: nam et senatus consulto eos ab re publica remotos esse et recusantes abdicare se magistratu dictatoris metu ab collegis coercitos esse, et populum Romanum tribunos creasse qui non idibus Decembribus die sollemni sed extemplo Kal. Octobribus magistratum occiperent, quia stare diutius res publica his manentibus in magistratu non pos-

1. *his:* PM] iis. — M: exequendi.
4. *Verginioque:* PM] Virg. — P m. 1.: accussatorē. — M: qui noxii iambo.
6. *fugam Sergi Verginius:* P] fugam Sergii Virginius. — M m. 1.: fugam sergius uerginius. — PM: sergius proditionem increpans uerginii.
8. *conpecto:* PM] compacto (Harl. I.?). — Leid. I. al.: conspecto. Haverc.: consulto. Harl. II.: ex composito (5, 14.).
14. *frequentiaque urbana:* P. — M: frequentia urbana. — M: conspirationem. — P: conspirationi patriciorum possit.
16. *et ab populo. r̄. et ab ipsorum collegiis:* PM. — PM: et ab rep̄. — P m. 1.: recusantes. — M: et. p. r̄. tribunos creasse. P: „et pr. tribunos creasse": supra *pr.* etiam m̄ additum est.
20. *non idibus decembribus die sollemni:* PM: nisi quod in M „decemtribus". — P: ii octobribus. M: kal. octobribus. — PM: magistratum occiperent. — P: quia studere diutius resp̄. m. 2.: quia stare

set. et tamen eos tot iudiciis confossos praedamnatosque venire ad populi iudicium, et existimare defunctos se esse satisque poenarum dedisse quod duobus mensibus citius privati facti sint, neque intellegere nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse non poenam inrogatam: quippe et collegis abrogatum imperium qui certe nihil deliquissent. Ilos repeterent animos Quirites, quos recenti clade accepta habuissent, cum fuga trepidum plenum volnerum ac pavore incidentem portis exercitum viderint, non fortunam aut quemquam deorum sed hos duces accusantem. pro certo se habere neminem in contione stare, qui illo die non caput donum fortunasque L. Verginii ac M'. Sergi sit execratus deestatusque. minime convenire, quibus iratos quisque deos precatus sit, in iis sua potestate cum liceat et oporteat non uti. numquam deos ipsos admovere nocentibus manus: satis esse si occasione ulciscendi laesos arment.

XII. His orationibus incitata plebs denis milibus aeris gravis reos condemnat, nequiquam Sergio Martem commu-

1. *confossos praedamnatosque:* PM. — Recc. codd.: confessos. — PM: neque intellegere.
8. *cum fuga trepidum:* P m. 2. M. — P m. 1.: trepi*di*dum. — M: plenum uolnerum ac pauore | incipientem portis exercitum uiderint. P: plenum uulnerum ac pauore incidentem (m. 2.: incedentem) portis exercitum uiderint. — Harl. 1.: uiderunt. — i. Fr. Gron. malebat scribere „plenum vulneris ac pavoris incidentem": sed vel *pavore* recte se habet. cf. Cic. de fin. 3, 13. — P m. 1.: accussantem.
11. *neminem in contione stare:* P. — M: „neminem *in contionem* stare": quod non minus probandum videtur. — P: l. uerginii ac m̃. sergi s̃it execratus. M: l. uerginiae ac m̃. ser | ci sit execratus. m. 3.: ac m̃. sergii.
13. *minime conuenire quibus iratos quisque deos praecatus sit in iis sua potestate cum liceat et oporteat non uti. numquam deos ipsos admouere* cet.: M. — P: „minime conuenire quibus iratus quisque deos ipsos admouere" cet. media praetermissa sunt.
17. *denis milibus aeris grauis.* PM. — PM: *nequiquam sergio martem communem belli fortunamque accusante* (P: accussante). Harl. 1.: martem communem bellique fortunam.

nem belli fortunamque accusante, Verginio deprecante ne infelicior domi quam militiae esset. in hos versa ira populi cooptationis tribunorum fraudisque contra legem Treboniam factae memoriam obscuram fecit. victores tribuni, ut praesentem mercedem iudicii plebes haberet, legem agrariam promulgant, tributumque conferri prohibent, cum tot exercitibus stipendio opus esset, resque militia ita prospere gererentur ut nullo bello veniretur ad exitum rei. namque Veis castra quae amissa erant recuperata castellis praediisque firmantur. praeerant tribuni militum M'. Aemilius et K. Fabius. a M. Furio in Faliscis et Cn. Cornelio in Capenate agro hostes nulli extra moenia inventi: praedae actae incendiisque villarum ac frugum vastati fines: oppida oppugnata nec obsessa sunt. at in Volscis depopulato agro Anxyr nequiquam oppugnatum loco alto situm, et postquam vis inrita erat, vallo fossaque obsideri coeptum. Va-

Cf. ex. gr. 30, 30.: „cum tuas vires, tum vim fortunae Martemque belli communem propone animo". — PM: *uerginio deprecante.* — M: domi quam militians esset.

7. *opus esset:* P. — M: opus ēē. — In P sequebatur littera *s*, quae haud scio an prima manu expuncta est.

— *militia:* PM] militiae. — Non dubitavi *militia* recipere. nam quamquam *domi militiaeque* scribi solebat, tamen ille ablativus non minus recte se habebat quam hoc eodem loco „nullo bello" aliisque locis „bello domique" (cf. 1, 34. al.). haec etiam causa est cur scribere noluerim *militiai* (Lucr. 1, 30.), quamvis littera *i* sequatur.

8. *ad exitum rei:* M cod. Rhen. et optt. quique codd.] ad exitum spei. — P m. 1.: ad exitum spei. — M m. 1.: *rei rei:* sed alterum *rei* erasum est.

9. *Veis:* PM] Veiis. — P: amisa.

10. *praeerant tr̄. mil̄. m̄. aemilius et q̄. fabius:* PM. Cf. 5, 10.

11. *a M. Furio:* M cod. Rhen.] M. Furio. — M: ā m̄. furio in falliscis.

13. *uillarum ac frugum:* M m. 3. P. — M m. 1.: frugam. — PM: uastati fines. oppida oppugnata nec obsessa sunt.

15. *Anxyr nequiquam oppugnatum loco alto situm:* PM] Anxur nequicquam cet. — P: et postquam ueis inrita erat. — M: erat ual*de* fossaq. obsideri coeptum.

lerio Potito Volsci provincia evenerat. hoc statu militarium rerum seditio intestina maiore mole coorta quam bella tractabantur. et cum tributum conferri per tribunos non posset nec stipendium imperatoribus mitteretur aeraque militaria flagitaret miles, haud procul erat quin castra quoque 5 urbanae seditionis contagione turbarentur. inter has iras plebis in patres cum tribuni plebi nunc illud tempus esse licerent stabiliendae libertatis et ab Sergiis Verginisque ad plebeios viros fortes ac strenuos transferendi summi honois, non tamen ultra processum est quam ut unus ex plebe 10 usurpandi iuris causa P. Licinius Calvus tribunus militum consulari potestate crearetur. ceteri patricii creati P. Man-

1. *prouincia euenerat:* P m. 2. — P m. 1. M m. 1.: prouincie uenerat. M m. 2.: prouincia uenerat.

3. *et cum tributum conferri per tribunos non possit:* PM. — P Harl. I.: nec stipendium impp mitteretur. M Leid. I.: nec stipendium impppp mitteretur. — PM: haud procul erat quin castra quoque urbanae seditionis contagione turbarentur: (P m. 2.). — P m. 1.: seditionis cogitatione turbarentur.

7. *tribuni plebi:* PM Harl. I.] tribuni plebis.

8. *ab Sergiis Verginisque:* M] ab Sergiis Virginiisque. — P: uerginiisque.

9. *P. Manlius:* Leid. II.] P. Maenius. — Cum in tribunorum huius anni nominibus memorandis inter scriptores discrepantia quaedam intercederet, nec hoc uno loco alii alios auctores secuti esse viderentur, quam proxime ad id quod in optt. codd. Livianis inveniretur, accedendum videbatur. itaque cum apud Diodorum (14, 47.) recte scribi videretur Πόπλιος Μάλλιος, et in M Harl. I. Leid. I. al. *p̄. manilius*, in P *p̄. mamilius* esset, et sic saepe in Manliorum nomine a librariis erratum esset, cum Leid. II. scripsimus *P. Manlius*. nam quod 5, 18. inter tribunos huius ipsius anni *P. Maenium P. Maelium* positos videmus, id Sigonianae coniecturae debetur, cum in codd. manuscr. reperiatur *P. Maenium* vel *Moenium*, pro quo *P. Maelium* scribendum censemus, ut 5, 12. et 18. eadem nomina sibi respondeant, atque ita cum litterae *n* et *l* saepissime confusae sint, facillima emendatione utrique loco consulatur. Altero loco in PM scriptum est „*& p. titinius*". sed cum idem vir 5, 18. optt. librorum fide *Lucius*

lius L. Titinius P. Maelius L. Furius Medullinus L.
lius Volscus. ipsa plebes mirabatur se tantam rem
nuisse non is modo qui creatus erat, vir nullis ante
ribus usus, vetus tantum senator et aetate iam gravis
5 satis constat cur primus ac potissimus ad novum de
dum honorem sit habitus. alii Cn. Corneli fratris, q
bunus militum priore anno fuerat triplexque stipendium
tibus dederat, gratia extractum ad tantum honorem cr
alii orationem ipsum tempestivam de concordia ordinu
10 tribus plebique gratam habuisse. hac victoria comi
exultantes tribuni plebis, quod maxime rem publicam
diebat, de tributo remiserunt. collatum obedienter m
que ad exercitum est.

nominaretur, similique ibi errore *Licinius Calvus*, qui modo *Publius* erat, paulo post *Lucius* scriberetur, non dubitavimus *L. Titinium* pro vero habere. *P. Maelius* est in M, et in P *p̄. melius.* Deinde in PM reperitur *L. Furius Medullinus.* Postremo loco videtur Sigonius recte scripsisse *L. Publilius*, quamquam in Harl. 1. est *L. Popilius Volscus*, in P *l. popilius uolsco*, in M *l. popilius uols:* quod cognomina *Vulscus* et *Philo*, quae in Capit. fragm. leguntur, *Publiliis* non *Popiliis* tribuerentur, et persaepe litterae *o* et *u*, *p* et *b* inter se permutarentur. Praeterea vero magna huius loci difficultas haec est, quod Livius hos omnes tribunos patricios fuisse dicit, cum nomina allata exceptis Manlio et Furio plebeios eos fuisse arguant.

2. *ipsa plebes mirabo tantam rem obtinuis is modo qui creatu* PM.' Maior orationis *ipsa plebes* ponenda tur: quare *sed etiam* siderabitur.

4. *nec satis constat:* l Harl. 1.: *nec satis ia stat.* cf. 1, 1.: iam omnium satis constat. sit abitus.

6. *Cn. Corneli fratris:* Cornelii fratris. nim. nam ante decemviros conubia inter patricios beios promiscua fuisse dicit. — P: cn. corne ctis qui trib. mil. m. 2.:

9. *orationem ipsum:* P. orationem ad ipsum. — *ad id ipsum?*

11. *remp̄. impediebat:* Pl

12. *collatum obediente* oboed.) *missumque ercitum* (P: excitum

XIII. Anxyr in Volscis brevi receptum est neclectis die festo custodiis urbis. Insignis annus hieme gelida ac nivosa fuit adeo ut viae clausae, Tyberis innavigabilis fuerit. annona ex ante convecta copia nihil mutavit. et quia P. Licinius, ut ceperat haud tumultuose magistratum maiore 5 gaudio plebis quam indignatione patrum, ita etiam gessit, dulcedo invasit proximis comitiis tribunorum militum plebeios creandi: unus M. Veturius ex patriciis candidatis locum tenuit: plebeios alios tribunos militum consulari potestate omnes fere centuriae dixere M. Pomponium Cn. Duilium Voleronem Publilium Cn. Genucium L. Atilium. Tristem hiemem — sive ex intemperie caeli raptim mutatione in contrarium facta sive alia qua de causa — gravis pestilensque omnibus animalibus aestas excepit. cuius insana- 10

PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: missum ad exercitum est.

1. *Anxyr:* PM Harl. 1. Leid. 1.] Anxur. — M m. 1. P: neclectis. M m. 2.: neglectis.

2. *gelida ac niuosa fuit:* PM. — Harl. 1.: niuiosa. — M: fuit ais ut uiae. — P: tyberis. cf. 1, 45.

5. *ut ceperat:* M. — P: *ut coeperat.* Utrumque videtur ferri posse. — Num *occeperat?*

7. *comitiis tribunorum mil:* PM.

10. *M. Pomponium:* M. — P: m. pompinium.

— *Cn. Duilium:* PM Harl. 1. Leid. 1.] C. Duilium. — PM: uoleronem publicium (cf. 2, 55.) cn̄. genucium (P: genutium) l. atilium.

12. *intemperie:* P. — M: intemperiae. — P m. 1.: excoepit.

14. *cuius insanabili pernicie:* P m. 2. — P m. 1. M: „cuius insanabili perniciae“: quod integrum esse potest, cum permulta quintae declinationis nomina etiam ad primam in quibusdam casibus formata sint, quo minus tamen ita scriberemus, obstabat tum id, quod in antiquioribus libris *ae* in fine verborum persaepe pro *e* scriptum invenitur, ut paulo post *opportunae* in PM pro *oportune;* tum quod facile factum videbatur ut parum intelligeretur a librariis ipse ille dativus *pernicie.* hoc tamen dativo haud raro Livium usum esse optt. codices docent (cf. ex. gr. T. Livi prooem.: „tibi tuaeque rep̄.“), nec per se ille casus debebat improbandus videri, cum nomina *causa* et *finis* pro Liviana scribendi ratione optime cum eo coniungerentur. nec id magni est quod Tan. Faber non huius loci esse posse *causa* opinabatur et pro eo scribendum vel *curatio* vel *remedium.*

bili pernicie quando nec causa nec finis inveniebatur, libri Sibyllini ex senatus consulto aditi sunt. duumviri sacris faciundis — lectisternio tunc primum in urbe Romana facto — per dies octo Apollinem Latonamque et Dianam, Herculem
5 Mercurium atque Neptunum tribus quam amplissume tum apparari poterat stratis lectis placavere. privatim quoque id sacrum celebratum est. tota urbe patentibus ianuis promiscoque usu rerum omnium in propatulo posito notos ignotosque passim advenas in hospitium ductos ferunt: et
10 cum inimicis quoque benigne ac comiter sermones habitos, iurgiis ac litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula: religioni deinde fuisse, quibus eam opem dei tulissent vinciri. Interim ad Veios terror multiplex fuit tribus in unum bellis conlatis. namque eodem quo antea
15 modo circa munimenta, cum repente Capenates Faliscique subsidio venissent, adversus tres exercitus ancipiti proelio pugnatum est. ante omnia adiuvit memoria damnationis Sergii ac Verginii. itaque maioribus castris, unde antea ce-

non enim idem his duabus vocibus exprimebatur. nam si *causa* eius rei intelligi poterat, etiam id videbatur inveniri posse, quo causa sublata calamitati mederentur: ac si *finis* haut procul abesse videbatur, bonae spei se dare poterant adflicti animi, brevi rempū. perfunctam fore malis. — Neapoll. codd. *perniciei.*

1. *libri sybillini ex sc̄. aditi sunt:* M. — P: librissibillini ex sc̄. additi sunt dumuiri.
3. *lectisternio tunc primum in urbe romana facto:* PM Harl. 1. Leid. 1.
5. *amplissume:* M m. 1 P] amplissime (M m. 2.). — P: priuatim quoque *ad* sacrum cet.
7. *promiscoque:* M m. 1. P] promiscuoque (M m. 3.).
12. *religioni deinde fuisse:* PM — Leid. 1. al.: *religione.* Alii: „religionem" (2, 62.: „religio fuerit"). Cf. 41, 16.: „relegioni fuit". al.
— *dei tulissent.* — M: „opem *die* tulissent." P m. 1.: „opem *ic* tulissent". m. 2.: „opem tulissent". Harl. 1.: „opem *in*tulissent". verum etiam in cod. Rhen. est „dii tulissent". Cf. 23, 11.: *deis* (Put.). *dies* (Colb.).
14. *conlatis.* — M: conlati sunt namq. P m. 1.: conlati sunt namque. m. 2.: conlatis ter namque.
18. *Verginii:* PM] Virginii.
— *itaque maioribus castris:* PM et rell.] itaque e maioribus castris (ex coni. Ant. Periz. aliorumque). — P: itaq. maioribus.

satum fuerat, brevi spatio circumductae copiae Capenates in vallum Romanum versos ab tergo adgrediuntur. inde pugna coepta et Faliscis intulit terrorem trepidantesque eruptio ex castris oportune facta avertit: repulsos deinde insecuti victores ingentem ediderunt caedem: nec ita multo post 5 iam palantes veluti forte oblati populatores Capenatis agri reliquias pugnae absumsere: et Veientium refugientes in urbem multi ante portas caesi, dum prae metu ne simul Romanus inrumperet obiectis foribus extremos suorum exclusere.

XIV. Haec eo anno acta. et iam comitia tribunorum 10 militum aderant, quorum prope maior patribus quam belli cura erat quippe non communicatum modo cum plebe sed prope amissum cernentibus summum inperium. itaque clarissimis viris ex composito praeparatis ad petendum quos praetereundi verecundiam crederent fore, nihilo minus ipsi 15 perinde ac si omnes candidati essent cuncta experientes non homines modo sed deos etiam excipiebant in religionem verentes comitia biennio habita. priore anno intolerandam hiemem prodigiisque divinis similem coortam, proxumo non prodigia sed iam eventus, pestilentiam agris urbique inlatam 20

3. *et Faliscis:* M. — P: coepta. faliscis. — M: opportunae. P: oportunae. m. 2.: oportune.

7. *absumsere:* P m. 1. M] absumpsere (P m. 2.). — Cf. ex. gr. 30, 8.: *absumsit* (Put. Bamb.). consūpsit (Colb.).

8. *dum prae metu ne simul romanus inrumperet obiectis foribus extremos suorum exclusere:* PM.

13. *amissum:* P m. 2. M. — P m. 1.: amisum.

— *clarissimis uiris ex composito praeparatis:* PM. — In Harl. I. excidit *uiris.*

16. *non homines modo sed deos etiam excipiebant:* PM et rell. nisi quod pro *deos* in M primo erat *dō*, dein m. 3. *dōs.* — *Excipiebant*, quod integerrimum videtur esse, idem fere est hoc loco quod „in suam rem, in sua consilia trahebant": homines — ut clarissimis viris petentibus plebeii praeterirentur: deos — cum dicerent prodigiis illis indicari caelestes iras propter promiscos honores.

19. *similem coortam:* P m. 2. M. — P m. 1.: „similemquoortam". sic 30, 16.: inquohauerat (Bamb.). incohauerat (Put.). inchoauerat (Colb.).

— *proxumo:* P] proximo (M).

haud dubia ira deum, quos pestis eius arcendae causa placandos esse in libris fatalibus inventum sit. comitiis — auspicato quae fierent — indignum dis visum honores volgari discriminaque gentium confundi. praeterquam maiestate pe-
5 tentium religione etiam attoniti homines patricios omnis partem magnam honoratissimum quemque tribunos militum consulari potestate creavere L. Valerium Potitum quintum M. Valerium Maximum M. Furium Camillum tertium L. Furium Medullinum tertium Q. Servilium Fidenatem iterum
10 Q. Sulpicium Camerinum iterum. his tribunis ad Veios nihil admodum memorabile actum est: tota vis in populationibus fuit: duo summi imperatores Potitus a Faleris Camillus a Capena praedas ingentes egere nulla incolumi relicta re cui ferro aut igni noceri posset.

15 XV. Prodigia interim multa nuntiavere, quorum plerque et quia singuli auctores erant parum credita spretaque, et quia hostibus Etruscis per quos ea procurarent haruspices non erant. in unum omnium curae versae sunt, quod lacus in Albano nemore sine ullis caelestibus aquis causave
20 qua alia quae rem miraculo eximeret in altitudinem insoli-

3. *indignum dis uisum honores uolgari:* M] indignum diis visum honores vulgari (P). — M m. 1.: centium, m. 3.: gentium.

5. *patricios omnis:* PM] patricios omnes. — M: parte magnam. — P: trib. mil. M: tr̄ mil.

7. *L. Valerium Potitum.* — PM: „l. ualerium potitum q̄. ualerium maximum. m̄. furium camillum *iterum.* l. furium medullinum tertium. q̄. (P: quinctium) seruilium fidenatem" cet. Cf. 5, 10.: „L. Valerio Potito *quartum* M. Furio Camillo *iterum*" (5, 1.). 5, 24.: PM: „*M.* Valerium Maximum iterum".

10. *his trib.:* P. — M: his tr̄b.

11. *tota uis in populationibus fuit:* M. — In P excidit *fuit.*

12. *a Faleris:* PM Leid. 1.] a Faleriis.

14. *cui ferro aut igni noceri posset:* P m. 2. — P m. 1.: cui ferro aut ignoceri posset. — M: cui ferro aut igni noceri possit.

15. *nuntiauere:* P m. 2. cod. Rhen.] nuntiari. — P m. 1: nuntiaueri. M: nun | tiauerim. — P: et quia singulari auctores erant.

17. *per quos ea procurarent haruspices non erant:* PM.

tam crevit. quidnam eo di portenderent prodigio, missi sciscitatum oratores ad Delphicum oraculum. sed propior interpres fatis oblatus senior quidam Veiens qui inter cavillantes in stationibus ac custodiis milites Romanos Etruscosque vaticinantis in modum cecinit, priusquam ex lacu Albano aqua emissa foret, numquam potiturum Veis Romanum. quod primo velut temere iactum sperni, agitari deinde sermonibus coeptum est, donec unus ex statione Romana percunctatus proximum oppidanorum — iam per longinquitatem belli conmercio sermonum facto — quisnam is esset qui per ambages de lacu Albano iaceret, postquam audivit haruspicem esse, vir haud intacti religione animi, causatus de privati portenti procuratione si operae illi esset consulere velle, ad conloquium vatem elicuit: cumque progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu, praevalens iuvenis Romanus senem infirmum in conspectu omnium raptum nequiquam tumultuantibus Etruscis ad suos transtulit. qui cum perductus ad imperatorem inde Romam ad senatum missus esset, sciscitantibus quidnam id esset quod de lacu Albano docuisset, respondit profecto iratos deos Veienti populo illo fuisse die quo sibi eam mentem obiecissent ut excidium patriae fatale proderet: itaque quae tum

1. *di portenderent:* PM] dii portenderent. — P m. 1.: misi. m. 2.: missi. — P m. 1.: ad delficum *h*oraculum.
2. *interpres fatis:* P m. 2. M. — P m. 1.: interpres factis. — *Fatis* non tam ad *oblatus* eo quo *forte* sensu, quam ad *interpres* pertinet.
5. *priusquam ex lacu albano aqua emissa foret numquam potiturum ueis romanum:* PM.
10. *conmercio:* P m. 2. M. — P m. 1.: conmertio.
12. *uir haud intacti religione animi:* PM cod. Rhen. — Leid. 1.: uirum. — P: procurationes si opere illi esset.
16. *in conspectu:* M. — Harl. 1. Leid. 1. al.: in conspectū. P: in conspectum. — PM: *nequiquam.*
22. *ut exeidium patriae fatale proderet:* PM. — P m. 1.: prodere. — P m. 1.: spiritu*i* instinctus. — P m. 1.: reuocare possa & tacendo fonsitan quae dii inmortales. m. 2.: posse. — M: et tacendo forsitanque | uae diimmortales. — M: caelanda.

cecinerit divino spiritu instinctus ea se nec ut indicta revocare posse, et tacendo forsitan quae di inmortales gari velint, haud minus quam celanda effando nefas trahi. sic igitur libris fatalibus sic disciplina Etrusca tr
5 tum esse, ut quando aqua Albana abundasset, tum si Romanus rite emisisset, victoriam de Veientibus dari. a quam id fiat, deos moenia Veientium deserturos non e exsequebatur inde quae sollemnis derivatio esset. sed ctorem levem nec satis fidum super tanta re patres rati
10 crevere legatos sortesque oraculi Pythici expectandas.

XVI. Priusquam a Delphis oratores redirent Albai prodigii piacula invenirentur, novi tribuni militum consu

4. *sic igitur libris fatalibus sic* cet.: ed. Mog. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: „*his* igitur libris fatalibus sic disciplina etrusca“ cet. — Si primo scriptum erat *contrahisigitur* litteris *ic* ante *ig* propter similitudinem praetermissis, facile ita errari poterat ut *hi* scriptum videretur pro *hi hi*, litteraque *s* quae ad sequentem syllabam pertinebat, referretur ad praecedentem. Particula *ut* quae sequitur, quamvis propter *sic* coniunctio finalis videri possit, tamen h. l. infinitivo sequente habeatur necesse est pro coniunctione temporali („so wie einmal“): nisi quis ad eam interpretandam verbum quoddam supplendum censet, cuius dicendi generis exempla apud Livium nonnumquam leguntur: cf. 2, 58.: „quod se victum“. Cf. Cic. de divin. 2, 32.: „si lacus Albanus redundasset isque in mare fluxisset, Romam perituram: si repressus e Veios“. — M: fa*s*talibus P m. 1.: traditum ess*e*.

6. *rite emisisset:* P m. 2 — P m. 1.: rite emisset.

7. *deserturos non esse:* Ha al. — PM: deserturos Cf. T. Livi l. xxx. p. L. 14 M: exequeba*n*tur. P Ha Leid. 1. al.: exsequeba*n*tu M: *sollemnis*. P: solem

10. Pythici: P. — M: pithici. 5, 21.: Pythice Apollo (P

11. *Delphis*. — P m. 2. M *delfis*. P m. 1.: ad delfis Cf. 41, 22.: Delphos — phis (cod. Laurish.). 22, Delphos (Put.). al. — M: a niue prodigiā. m. 2.: prod

12. *noui tribuni mil.:* P. — noui tr̄. mil. — P: l. iu utullus. p̄. silius. furius dullinus. M: l. iulius si tullus. p̄. furius medullinus P: religiensis. M: regilien — P: malugiensis. a. m lius. — Sig. restituit iusta mina. cf. 5, 10. 12. al.

potestate L. Iulius Iulus L. Furius Medullinus quartum L. Sergius Fidenas A. Postumius Regillensis P. Cornelius Maluginensis A. Manlius magistratum inierunt. eo anno Tarquinienses novi hostes exorti, quia multis simul bellis, Vulscorum ad Anxyr ubi praesidium obsidebatur, Aequorum ad 5 Lavicos qui Romanam ibi coloniam oppugnabant, ad hoc Veientique et Falisco et Capenati bello occupatos videbant Romanos nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus patrum ac plebis — inter haec locum iniuriae rati esse praedatum in agrum Romanum cohortes expeditas mit- 10 tunt: aut enim passuros inultam eam iniuriam Romanos ne novo bello se onerarent, aut exiguo eoque parum valido exercitu persecuturos. Romanis indignitas maior quam cura populationis Tarquiniensium fuit. eo nec magno conatu suscepta nec in longum dilata res est. A. Postumius et L. Iu- 15 lius non iusto dilectu — etenim ab tribunis plebis inpediebantur — sed prope voluntariorum quos adhortando incitaverant coacta manu per agrum Caeretem obliquis tramitibus egressi redeuntes a populationibus gravesque praeda Tarquinienses oppressere: multos mortales obtruncant, omnes 20 exuunt inpedimentis, et receptis agrorum suorum spoliis Romam revertuntur. biduum ad recognoscendas res datum dominis: tertio incognita — erant autem ea pleraque hostium

4. *quia multis simul bellis:* PM] quia simul multis bellis: (sic Drakenb. in omnibus suis codd. invenisse vult:). — Dukerus scribere malebat „*qui quia*“: nec tamen eo supplemento opus est.

— *Vulscorum ad Anxyr:* M] Volscorum ad Anxur. — P: uulscorum ad anxir.

7. *Veientique et Falisco:* PM et rell. codd.] Veienti quoque et Falisci. — Sic persaepe apud Livium reperitur. cf. ex. gr. 1, 43.: „hastaque et gladius“.

10. *cohortes expeditas:* P m. 2. M. — P m. 1.: expedites.

14. *eo nec magno conatu:* P m. 2. M. — P m. 1.: magna.

15. *A. Postumius:* cf. 6, 22. — PM: aurelius postumius. — PM: non iusto dilectu.

18. *Caeretem:* M. — P: ceretem. — PM: redeuntes a populationibus.

21. *et receptis:* P m. 2. M. — P m. 1.: exreceptis.

23. *incognita:* P. — M: incognitum.

ipsorum — sub hasta veniere, quodque inde redactum militibus est divisum. Cetera bella maximeque Veiens incerti exitus erant. iamque Romani desperata ope humana fata et deos spectabant, cum legati ab Delphis venerunt sortem
5 oraculi adferentes congruentem responso capti vatis: „Romane aquam Albanam cave lacu contineri, cave in mare manare suo flumine sinas: emissam per agros rigabis dissipatamque rivis extingues: tum tu insiste audax hostium mu-

1. *militibus est diuisum*: M. — P: militibus diuisum. Cf. 5, 10.: „pugnatum *est* inde". — P: *caetera* bella.
3. *fata et deos spectabant*: P. — M m. 1.: fata et deospec | tabant. m. 3.: fata et deos exspec | tabant. Cf. 5, 5.: „expectantes".
5. *capti uatis*: M] captivi vatis (P). — Harl. 1.: captiuiatis. Leid. 1.: captiuitatis.
— *Romane*: M. — P: rome. — PM: *caue in mare manare* (P m. 1.: manere) *suo flumine sinas*.
7. *emissam per agros rigabis*: P m. 2. — P m. 1.: emisam. — In M quidem est *rigabit*, sed in ceteris omnibus videtur scriptum esse *rigabis*, verum *aqua emissa rigat campos*, non item aquam ipsam quae deducta est. nihilo minus tamen video qui hunc locum, si integer est, interpretemur, nisi *rigabis* propria sua significatione explicuerimus. cum enim aqua per agros deducta lacus ipse videri posset nullus fieri, deus persuadet, si aqua abundans quae in dies maior fieri videretur, deducta esset, lacum ipsum non extinctum sed rigatum iri, cum nihil extingueretur nisi aqua deducta rivisque dissipata, noluit igitur deus aquam lacu contineri, sed lacum ipsum manere voluit: „leitest du das Wasser durch die Felder hin, so wirst du ihn selbst den See nähren und dadurch erhalten, und das in Kanäle abgeleitete überflüssige Wasser wegschaffen". simili propertatione Lucret. 6, 612.: „adde vagos imbris tempestatesque volantis Omnia quae *maris* ac terras sparguntque *rigantque*". si quis in hac interpretatione acquiescere non vult, si fortasse magis placet aut „*emissa* per agros rigabis" (nim. *agros*), ut in Voss. 1. scriptum est, aut „emissam per agros rivabis": h. e. *in rivos deduces*, ut apud Ovid. remed. 445.: „grandia per multos tenuantur flumina rivos". equidem tamen, cum responsa oraculorum dubia saepe fuerint atque ancipitia, quidquam mutari nolim. — P m. 2. M: extingues. P m. 1.: extinges.

is, memor quam per tot annos obsides urbem ex ea tibi
is quae nunc panduntur fatis victoriam datam: bello per-
ecto donum amplum victor ad mea templa portato, sacra-
ue patria quorum omissa cura est instaurata ut adsolet
acito". 5

XVII. Ingens inde haberi captivo vati honos coeptus,
umque adhibere tribuni militum Cornelius Postumiusque ad
rodigi Albani procurationem ac deos rite placandos coe-
ere. inventumque tandem est, ubi neclectas cerimonias in-
ermissumve sollemne dii arguerent, nihil profecto aliut esse 10
uam magistratus vitio creatos Latinas sacrumque in Albano
ıonte non rite concepisse. unam expiationem eorum esse
t tribuni militum abdicarent se magistratu, auspicia de in-
egro repeterentur et interregnum iniretur. ea ita facta sunt
x senatus consulto. interreges tres deinceps fuere L. Va- 15
erius Q. Servilius Fidenas M. Furius Camillus. numquam

2. *bello perfecto:* P m. 2. M. — P m. 1.: profecto. — P m. 1.: sacra*to*que patria corum omissa cura est instaurata ut adsolet factio. m. 2.: sacraque patria quorum.

6. *ingens inde haberi captiuo | uati honos coeptus captiuus uates coept̄ | eumq.:* M. — Codd. Neapp.: ingens inde haberi captiuo uati honos coeptus eumque cet. — Cf. 2, 7.: „fieri fore". — Librarius codicis P etiam hoc loco ut saepe alias duarum lectionum alteram elegit: „ingens inde haberi captiuus uates coeptus eumque" cet. (Bekk.). verum sicubi Livius voce *ingens* ita utebatur, solebat etiam addere ablativum rei qua quis magnus factus esset. cf. ex. gr. 4, 6.: „Canuleius victoria de patribus et plebis favore ingens": 42, 12.: „inter ipsos reges ingentem auctoritate": id quod eo minus h. l. parvi momenti erat, cum *honos* propter personarum mutationem habere locum non posse videretur.

7. *eumque adhibere tr̄. md̄. Cornelius Postumiusque:* PM. — P: ad prodigi*a* *a*lbani procurationem.

9. *neclectas cerimonias*] P] neglectas (M m. 2.) ceremonias. — M m. 1.: neclectas caerimonias. — PM: *intermissumue sollemne.* — P m. 1.: nihil profecto aliut esse quam magistratus uitiò*rum* creatos. m. 2.: uitio.

13. *auspicia:* P. — M: auspitia.

14. *ea ita facta sunt ex soc̄.:* PM: metathesi litterarum pro „ex sco".

16. *numquam desitum interim*

desitum interim turbari comitia interpellantibus tribunis plebis, donec convenisset prius ut maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Quae dum aguntur, concilia Etruriae ad fanum Voltumnae habita postulantibusque Capenatibus ac Faliscis ut Veios communi animo consilioque omnes Etruriae populi ex obsidione eriperent, responsum est, antea se id Veientibus negasse quia unde consilium non petissent super tanta re, auxilium petere non deberent: nunc iam pro se fortunam suam illis negare: maxime in ea parte Etruriae gentem invisitatam novos accolas Gallos esse, cum quibus nec pax satis fida nec bellum pro certo sit: sanguini tamen nominique et praesentibus periculis consanguineorum id dari ut, si qui iuventutis suae voluntate ad id bellum eant, non inpediant. eum magnum advenisse hostium numerum fama Romae erat, eoque mitescere discordiae intestinae metu communi ut fit coeptae.

XVIII. Haut invitis patribus P. Licinium Calvum praerogativa tribunum militum non petentem creant, moderationis expertae in priore magistratu virum ceterum iam tum exactae aetatis, omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni

turbari: P. — M: numquam desitum inter inturbari.

1. *interpellantibus:* P m. 2. M. — P m. 1.: interrepellantibus.

3. *quae dum aguntur:* M. — P: quaedam aguntur. — PM cod. Rhen.: *concilia Etruriae ad fanum Voltumnae habita.* cf. 4, 23.

8. *auxilium:* P. — M m. 1.: auxilio. m. 2.: auxiliū. — M: deberent. nuntiam | pro se. P: nunc iam prope fortunam.

10. *gentem inuisitatam:* M. — P: gentem inuisitatem. — P m. 1.: nec pex satis fida. m. 2.: pax. — P m. 1.: cumsanguineorum. — PM: *ut si qui iuuentutis suae uolun-tate ad id bellum eant non inpediant.*

15. *eoque mitescere discordiae intestinae:* M. — P: eoque mites discord. cet.

17. *haut inuitis patribus.* — M: aut. P: haud.

— *praerogatiua tribunum militum non potentem creant:* M. — P: progatiua tribunum militum non potentem creant. m. 2.: p̄rogatiua. — Sigonius scribi malebat *praerogatiuae.* Cf. 26, 22.: „cum *centuria* frequens succlamasset nihil se mutare sententiae eosdemque consules *dicturos esse*". cf. etiam 3, 51.: „praerogativa". — M m. 1: magistratum uirum.

refici apparebat L. Titinium P. Maenium P. Maelium Cn. Genucium L. Atilium, qui priusquam renuntiarentur, iure vocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Calvus ita verba fecit: „omen concordiae Quirites — rei maxime in

1. *L. Titinium P. Maenium P. Maelium Cn. Genucium L. Atilium.* — P: l. titinium. p̄. maenium. cn̄. genucium. l. atilium. — M: l. titilinium. p̄. moenium. cn̄. gen nc̄in. l. atilium. — Sigonius ad *P. Maenium* addi voluit *P. Maelium*, quod et ille inter tribunos eius anni fuisset, eiusque nomen apud Livium 5, 12. in omnibus codd. inveniretur. verum quamquam 5, 12. *P. Maelii* a Livio recte mentio facta est, tamen illo loco *P. Maenium* nec apud Livium nec apud Diodorum 14, 47. commemorari l. l. ostendimus. cum igitur non *Maenius* sed *Manlius* inter tribunos anni 354. u. c. fuerit, *P. Maenii* nomen ex hoc loco 5, 18. etiam in priorem migrasse videatur. Itaque duae rationes huius loci expediendi iniri possunt, ut aut 5, 18. in codd. *P. Maenium* scriptum censeamus qui *P. Maelius* fuerat, praesertim cum apud Diodorum 14, 89. non *Publius* sed *Quintus Maenius* et *P. Maelius* inter tribunos referantur: aut ut et *Maenium* et *Maelium* a Livio arbitremur scriptum, quod omnes eos qui tribuni mil. eo anno fuerint, eodem loco nominare voluerit, licet anno 354. nullus Maenius fuerit P. Licinii Calvi collega. simili enim errore etiam *Cn. Genucium* et *L. Atilium* nominat, qui non cum P. Licinio Calvo, sed cum M. Veturio M. Pomponio Cn. Duilio Volerone Publilio tribunatum gesserant (5, 13.): cuius rei errorem videtur id praebuisse, quod praeter M. Veturium omnes hi plebeii fuerint.

2. *iure uocatis tribubus:* P. — M: iure uocatis tribunus pmissu interregis *l. licinius* caluus. P: per nisu interregis *l. licinius* caluus. — Cum in PM Leid. 1. al. non *Publius* sed *l. licinius* scriptum sit, Livium h. l. praenomen viri omisisse veri simile fit.

4. *omen concordiae Quirites rei maxime in hoc tempus utilis:* Ald.] omen concordiae — utili (cod. Rhen.? Harl. 1.). — P: omnem concordiae q̄ rei maxime in hoc tempus ut illi. M: omen concordiae. q̄. r̄. rei maxime in hoc tempus utilli. — Drakenborchius *omen concordiae* scriptum putavit, ut I. Fr. Gron. 3, 46. scribi voluit „locum *seditioni* quaerere", quamquam ibi *seditionis* antiquorum librorum auctoritate comprobatur. nec est negandum, Livium simili modo nonnumquam dativo usum esse:

hoc tempus utilis — memoria nostri magistratus vos
comitiis petere in insequentem annum video: si et coll
eosdem reficitis etiam usu meliores factos, me iam non
dem sed umbram nomenque P. Licini relictum videtis.
5 res corporis adfectae, sensus oculorum atque aurium h
tes, memoria labat, vigor animi obtunsus. en vobis" in
iuvenem filium tenens „effigiem atque imaginem eius q
vos antea tribunum militum ex plebe primum fecistis: l
ego institutum disciplina mea vicarium pro me rei pub
10 do dicoque, vosque quaeso Quirites, delatum mihi ultro
norem huic petenti meisque pro eo adiectis precibus
detis". datum id petenti patri filiusque eius P. Licinius
bunus militum consulari potestate cum iis quos supra
psimus declaratus. Titinius Genuciusque tribuni militum

huius tamen loci rationi dativus minus aptus videtur. cum igitur in PM Leid. 1. al. non *utili* sed *utilli* sit nec raro litterae *l*, *i*, *s* a librariis confusae sint, non dubitem Aldum restituisse verum contendere. tertia huius difficultatis interpretatio eorum est qui *utillimae* receperunt, quae cum „*me*moria" sequatur, et *maxime* non tam ad *utilis* quam ad *tempus* videri possit pertinere, forsitan etiam minus ab integro absit.

2. *in insequentem annum:* Harl. 1. Leid. 1. — P: petere | in sequentem annum. M: petere in sequen | tem annum.

— *si et collegas eosdem reficitis:* P] si collegas cet. — M: sit collegas. Harl. 1.: et sit collegas. Leid. 1.: sic collegas.

4. *P. Licini:* PM] P. Licinii. — PM cod. Rhen. al.: uire poris adfectae.

6. *uigor animi obtunsus:* 3. P Harl. 1. Leid. 1. al. gor animi obtusus. — M uicor. — P m. 1.: en inquid.

8. *hunc ego institutum plina mea:* P. — M: ego institutum disciplin uicarium. — PM: *reip. dicoque.*

11. *meisque pro eo adiectis cibus:* PM. — I. Fr. scribi voluit „meis *qu* pro eo". verum particula artissime coniunguntur *adiectis precibus* cum *petenti:* „indem sich zug meine Bitten mit den s verbinden". Cf. 5, 27.: qu

14. *declaratus:* M. — P: d rata.

— *tribuni militum:* M m. M m. 1. P: tribunus mili

fecti adversus Faliscos Capenatesque dum bellum maiore animo gerunt quam consilio, praecipitavere se in insidias: Genucius morte honesta temeritatem luens ante signa inter primores cecidit: Titinius in editum tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem restituit, nec se tamen 5 aequo loco hosti commisit. plus ignominiae erat quam cladis acceptum, quae prope in cladem ingentem vertit: tantum inde terroris non Romae modo quo multiplex fama pervenerat, sed in castris quoque fuit ad Veios. aegre ibi miles retentus a fuga est, cum pervasisset castra rumor du- 10 cibus exercituque caeso victorem Capenatem ac Faliscum Etruriaeque omnem iuventutem haut procul inde abesse. his tumultuosiora Romae iam castra ad Veios oppugnari iam partem hostium tendere ad urbem agmine infesto crediderant, concursumque in muros est, et matronarum, quas ex 15 domo conciverat publicus pavor, obsecrationes in templis factae, precibusque ab dis petitum ut exitium ab urbis tectis templisque ac moenibus Romanis arcerent Veiosque eum averterent terrorem, si sacra renovata rite si procurata prodigia essent. 20

XIX. Iam ludi Latinaeque instaurata erant iam ex lacu Albano aqua emissa in agros, Veiosque fata adpetebant.

1. *dum bellum maiore animo gerunt quam consilio:* M m. 2. P. — M m. 1.: consilium.
2. *praecipitauere se in insidias:* PM Harl. 1. al.] praecipitavere in insidias (Leid. 1.). Cf. 23, 19. 37. al.
5. *nec se tamen aequo loco hosti commisit:* PM.
10. *cum peruasisset castra rumor ducibus exercituque caeso:* PM. — P: etruriae quae omnem. — M: aut procul.
13. *oppugnari:* P. — M: opugnari. — P m. 1.: acmine infesto.
17. *ab dis petitum:* PM] ab diis petitum. — M: praecibusq.
19. *sacra renouata:* M. — P: sacra ronouata.
21. *instaurata:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Recc. codd.: *instauratae.*
22. *aqua emissa:* P. — M: albano atq. missa.
— *Veiosque fata adpetebant:* PM et rell. codd. — I. Fr. Gron. malebat scribere *Veiisque*, nec id displicebat Drakenborchio qui *adpetere* h. l. idem quod *imminere* significare censeret. equidem tamen non video qui accusativus hic

igitur fatalis dux ad excidium illius urbis servandaeque patriae M. Furius Camillus dictator dictus magistrum equitum P. Cornelium Scipionem dixit. omnia repente mutaverunt imperatore mutato: alia spes, alius animus hominum, fortuna quoque alia urbis videri. omnium primum in eos qui a Veis in illo pavore fugerant, more militari animadvertit effecitque ne hostis maxime timendus militi esset. deinde indicto dilectu in diem certam ipse interim Veios ad confirmandos militum animos intercurrit, inde Romam ad scribendum novum exercitum redit nullo detractante militiam peregrina etiam iuventus Latini Hernicique operam suam

offendere potuerit, cum ita fati ipsius tamquam hostis inexsuperabilis vis Veios appetivisse videatur. Cf. 5, 33. init.

1. *ad excidium illius urbis seruandaeque patriae:* PM rell. — *Servandae patriae* h. l. non genitivum sed dativum esse vel praepositio *ad* docet. cf. 5, 3.: „dissolvendae maxume tribuniciae potestatis". — P: aequitum.

3. *omnia repente mutauerunt imperatore mutato*] omnia repente mutaverat imperator mutatus (P m. 2.). — P m. 1.: repentem. — M: omnia repente mutauerat imperatore mutato. — Cum non instituta priorum imperatorum ab dictatore mutata esse dicantur sed spes sed animi, facere non possum quin *imperatore mutato* pro unice vero habeam. haec erat causa cur etiam ex Pal. 1. reciperem *mutauerunt* pro *mutauerat*. saepe enim cum apud alios bonos scriptores tum apud Livium *mutare* pro *mutari* scriptum reperiri notum est. sic 9, 12.: „adeoque nullodum certamine inclinatis viribus — animi mutaverant ut" cet. 3, 10. 5, 13. al. sic etiam A. Gellius 18, 12 ad Varronis verba „reliquae mutant" animadvertit „*mutant* elegantissime pro *mutantur*". ac sane multo verisimilius est, si quo mendo *mutauerat* ortum erat ex *mutauerūt*, ab erudito quodam librario emendatum esse „omnia mutauerat imperator mutatus", quam si fuerit „omnia mutauerat imperator mutatus", ab aliquo haud imperito scriptum esse „omnia mutauer*at* imperatore mutato". — P m. 1.: alia*e* spes.

6. *a Veis:* PM] a Veiis. — P m. 1.: anima aduertit & fecitque. P m. 2. M: animadvertit effecitq.

8. *indicto dilectu:* PM] indicto delectu. — PM al.: *nullo detractante militiam.*

11. *peregrina etiam iuuentus:* P m. 2. M. — P m. 1.: peregrinam.

pollicentes ad id bellum venere: quibus cum gratias in senatu egisset dictator, satis iam omnibus ad id bellum paratis ludos magnos ex senatus consulto vovit Veis captis se facturum aedemque Matutae matris refectam dedicaturum iam ante ab rege Servio Tullio dedicatam. profectus cum 5 exercitu ab urbe expectatione hominum maiore quam spe in agro primum Nepesino cum Faliscis et Capenatibus signa confert. omnia ibi summa ratione consilioque acta fortuna etiam ut fit secuta est: non proelio tantum fudit hostes sed castris quoque exuit ingentique praeda est potitus, cuius 10 pars maxima ad quaestorem redacta est, haud ita multum militi datum. inde ad Veios exercitus ductus densioraque castella facta et a procursationibus, quae multae temere inter murum ac vallum fiebant, edicto ne quis iniussu pugnaret, ad opus milites traducti. operum fuit omnium longe 15 maximum ac laboriosissimum cuniculus in arcem hostium agi coeptus: quod ne intermitteretur opus neu sub terra continuus labor eosdem conficeret, in partes sex munitorum numerum divisit: senae horae in orbem operi attributae sunt: nocte ac die numquam ante omissum quam in arcem 20 viam facerent.

XX. Dictator cum iam in manibus videret victoriam esse urbem opulentissimam capi, tantumque praedae fore quantum non omnibus in unum conlatis ante bellis fuisset, ne quam inde aut militum iram ex malignitate praedae par- 25

3. *ludos magnos ex sc. uouit Veis captis se facturum:* M. — P: ludos magnos ex sōc. (m. 2. sēc.) uouit ueis captis se facturum.

5. *ab rege Seruio Tullio dedicatam:* PM.

6. *quam spe:* M m. 2. P. — M m. 1.: quam spem. — P: in agro nepessino. — P m. 1.: signa cofert. m. 2.: confert.

11. *redacta est:* P m. 2. M. — P m. 1.: redata est.

14. *edicto ne quis iniussu pugnaret:* M m. 1. P. sed eadem m. 1. in M postea scriptum est „iniussus". Cf. ex. gr. 7, 12.: „gravemque edixerat poenam si quis iniussu in hostem pugnasset".

16. *cuniculus:* P m. 2. M. — P m. 1.: cuniculis. — M m. 1.: in arcem hostium agri coeptus. — P: saenae horae. — M m. 1. P: attributae. M m. 2.: adtributae.

titae aut invidiam aput patres ex prodiga largitione caperet, litteras ad senatum misit: deum immortalium benignitate suis consiliis patientia militum Veios iam fore in potestate populi Romani — quid de praeda faciendum censerent? duae
5 senatum distinebant sententiae: senis P. Licini, quem primum dixisse a filio interrogatum ferunt edici palam placere populo ut, qui particeps esse praedae vellet, in castra Veios iret: altera Appi Claudii, qui largitionem novam prodigam inaequalem inconsultam arguens, si semel nefas ducerent
10 captam ex hostibus in aerario exhausto bellis pecuniam esse, auctor erat stipendii ex ea pecunia militi numerandi ut eo minus tributi plebes conferret: eius enim doni societatem sensuras aequaliter omnium domos: non avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum praerupturas fortium

1. *aput patres ex prodigia largitione:* P m. 1. — P m. 2. M: prodiga. — M: „*litera*s": sed *er* m. 2. scripta sunt et in ras. — PM: *in potestate p̄. r.* in M haut scio an manu altera supra *pr* scriptum est *publicae rei.* — P m. 1.: quidepraeda. P m. 2. M: quid de praeda.

5. *distinebant:* M m. 1. P. — M m. 2. Leid. 1. al.: destinebant. Cf. 9, 16.: „duae factiones senatum distinebant, una cuius principes erant defectionis a populo r. auctores, altera fidelium civium". 4, 59.: distinerent.

— *senis P. Licini:* M] senis P. Licinii. — Recc. quidam codd.: *una senis P. L.* prob. Sigonio.

8. *altera Appi Claudii:* PM] altera Ap. Claudii. — In Leid. 1. excidit *altera*, in Harl. 1. *Appi.* — P m. 1.: prodigiam.

12. *ut eo minus tributi plebes conferret:* P m. 2. M. — P m. 1.: „uteminus" cet.

14. *praerupturas:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] praerepturas. — *Praerupturas* non idem quod *praerepturas* significat. hoc enim significaret „sibi erepturas, sibi vindicaturas omnia captae urbis praemia, antequam victores milites accessissent": illud „discerpturas, divulsuras illa praemia, cum ipsi insana cupiditate et tamquam rabie incensi uno praedandi studio ferrentur". in *praerupturas* igitur longe maior vis inest, quippe qua voce otiosi cives nullo ipsi labore defatigati dicantur et disturbaturi dissipaturique et praerepturi quae victorum fuerint. similes loci quibus L. ad id quod ante oculos habebat diligenter describendum aut sua ratione verba composuerit aut

bellatorum praemia esse, cum ita ferme eveniat ut segnior sit praedator ut quisque laboris periculique praecipuam petere partem soleat. Licinius contra suspectam et invisam semper eam pecuniam fore aiebat causasque criminum ad plebem seditionum inde ac legum novarum praebituram. 5 satius igitur esse reconciliari eo dono plebis animos, exhaustis atque exinanitis tributo tot annorum succurri, et sentire praedae fructum ex eo bello in quo prope consenuerint: gratius id fore laetiusque quod quisque sua manu ex hoste captum domum rettulerit quam si multiplex alterius arbitrio 10 accipiat. ipsum dictatorem fugere invidiam ex eo criminaque, eo delegasse ad senatum: senatum quoque debere reiectam rem ad se permittere plebi ac pati habere quod cuique fors belli dederit. haec tutior visa sententia est quae popularem senatum faceret: edictum itaque est, ad praedam Veientem quibus videretur in castra ad dictatorem proficiscerentur. 15

XXI. Ingens profecta multitudo replevit castra. tum dictator auspicato egressus cum edixisset ut arma milites

notis nova quadam ac singulari ratione usus sit, haud admodum rari sunt. cf. ex. gr. 1, 17.: pervenerat. 2, 27.: praeceperat. 30, 7.: castris excensis. al. Cf. Horati ep. ad Pis. 47. seqq. — M: ita perme eueniat.

1. *ut segnior sit praedator ut* (h. e. prout) *quisque laboris periculique praecipuam petere partem soleat:* P. — In M et cod. Rhen.: praedator | quisque laboris. „Da es sich gewöhnlich findet, dass je bereitwilliger sich jemand der Mühe und Gefahr unterzieht, er um so weniger auf das Plündern bedacht ist". — M m. 1.: Lucinius. m. 2.: Licinius. — P m. 1.: fore agebat. m. 2.: aiebat.

10. *quam si multiplex alterius arbitrio accipiat:* PM. — Harl. 1. Leid. k.: quam simul triplex cet. — P: domum retulerit. — M m. 1.: ipsum dictatorem fugeret inuidiam. m. 2.: inuidia.

14. *fors belli:* P m. 2. M Harl. 1. Leid. k. al. — P m. 1.: frons belli.

18. *tum dictator auspicato egressus:* M. — P: tum dictator aususpicato egressus. m. 2.: haúsuspicato. — P m. 1.: inquid. — P m. 1.: ad delendam urbem ueios *colis precor* tibique hinc cet. sed *colis precor* expuncta sunt.

caperent, „tuo ductu“ inquit „Pythice Apollo tuoque numine instinctus pergo ad delendam urbem Veios, tibique hinc decimam partem praedae voveo: te simul Iuno regina, quae nunc Veios colis, precor ut nos victores in nostram tuamque mox futuram urbem sequare, ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat“. haec precatus superante multitudine ab omnibus locis urbem adgreditur, quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset. Veientes ignari se iam a suis vatibus iam ab externis oraculis proditos, iam in partem praedae suae vocatos deos, alios votis ex urbe sua evocatos hostium templa novasque sedes spectare, seque ultimum illum diem agere nihil minus timentes quam subrutis cuniculo moenibus arcem iam plenam hostium esse, in muros pro se quisque armati discurrunt mirantes quid nam id esset quod, cum tot per dies nemo se ab stationi-

2. *tibique hinc decimam partem praedae uoueo:* PM. — Drakenb.: „*decumam*“: haud scio cuius libri auctoritate. cf. 5, 23. — M: praecor.

7. *quo minor ab cuniculo ingruentis periculi sensus esset:* P. Idem videtur initio in M fuisse, sed supra primam litteram vocis *sensus* erasam m. 2. scriptum est *as*.

9. *se iam a suis uatibus:* PM Leid. 1. al.] se iam ab suis vatibus. — M Harl. 1. Leid. 1. al.: ueientes signari se iam. — *iam in partem praedae suae uocatos deos:* PM. Cf. Virg. Aen. 3, 222.: „Inruimus ferro et divos ipsumque vocamus In partem praedamque Iovem“. — M: „ex urbe sua uocatos“. sed *a* scriptum est m. 3. in ras. primo videtur fuisse „ex urbe sue uocatos“.

11. *nouasq. sedes spectare:* M. — P: nouasq. sedes exspectare. Cf. 5, 16.: „fata et deos spectabant“. — P m. 1.: timetes. m. 2.: timentes.

13. *cuniculo.* — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: cuniculos.

15. *cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanus mouisset:* PM Leid. 1. al.] cum tot per dies nemo se ab stationibus Romanis movisset. — Idem quod in PM videtur etiam Rhenanus in suo libro habuisse, quamquam in eo vidisse vult „nemo se *a* stationibus Romanus“: nam quod *a stationibus*, quem ad modum ante eum h. l. edi solebat, scribit, id incuria quadam factum videtur, cum inprimis „*nemo Romanus*“ ante oculos haberet. nam *ab stat.* etiam Drakenborchius in melioribus suis libris omnibus invenit. — Cf. 3, 60.: „pro-

bus Romanus movisset, tum velut repentino icti furore inprovidi currerent ad muros. inseritur huic loco fabula: immolante rege Veientium vocem haruspicis dicentis, qui eius hostiae exta prosecuisset ei victoriam dari, exauditam in cuniculo movisse Romanos milites ut adaperto cuniculo exta 5 raperent et ad dictatorem ferrent. sed in rebus tam antiquis si quae similia veri sint pro veris accipiantur, satis habeam: haec ad ostentationem scenae gaudentis miraculis aptiora quam ad fidem neque adfirmare neque refellere operae pretium est. cuniculus delectis militibus eo tempore 10 plenus in aede Iunonis, quae in Veientana arce erat, armatos repente edidit. et pars aversos in muris invadunt hostes, pars claustra portarum revellunt, pars, cum ex tectis saxa tegulaeque a mulieribus ac servitiis iacerentur, inferunt ignes, clamor omnia variis terrentium ac paventium voci- 15 bus mixto mulierum ac puerorum ploratu complet. mo-

vocantibusque ad praelium responsum Romanus nemo reddebat". al.

4. *exauditam.* — PM Leid. 1. al.: exaudita *in* cuniculo.

6. *sed in rebus tam antiquis si quae similia ueri sint pro ueris accipiantur:* P. Idem scriptum est manu prima in M quamquam metathesi quadam syllabarum: „sed in rebus tam antiquis*simi* quę | *si*lia ueri sint" cet. manu dein altera: „sed in rebus tam antiquissimi*s* quę | si*l*ia ueri sint". — M: haec ad *h*ostentationē scaenę. P: scaene.

9. *neque adfirmare neque refellere operae pretium est:* cod. Rhen. — M: neque adfirmare neque refellere opera & praetiū est. — P: „neque adfirmare neque refellere est opere pretium": similique ratione Harl. 1. Leid. 1. rell. Drak. codd. Sic scriptum est in Liv. prooemio „facturusne *sim* operae pretium", cum scribendum fuerit „facturusne operae pretium *sim*". conferatur etiam in eodem prooemio: „quae poeticis magis decora fabulis traduntur, *ea nec adfirmare nec refellere in animo est*".

10. *delectis militibus:* P. — M: deiectis | militib. — PM: *in aede Iunonis.* Recc. quidam codd.: in aedem.

12. *auersos:* PM. — Recc.: *ad*uersos. — P m. 1.: pars clastra. m. 2.: clau*s*tra. — PM: a mulieribus ac seruitiis. — PM: mi*x*to mulierum ac puerorum ploratu.

mento temporis deiectis ex muro undique armatis patefactisque portis cum alii agmine inruerent, alii desertos scanderent muros, urbs hostibus inpletur: omnibus locis pugnatur: deinde multa iam edita caede senescit pugna, et dicta-
5 tor praecones edicere iubet ut ab inermi abstineatur. is finis sanguinis fuit. dedi inde inermes coepti, et ad praedam miles permissu dictatoris discurrit. quae cum ante oculos eius aliquantum spe atque opinione maior maiorisque pretii rerum ferretur, dicitur manus ad caelum tollens pre-
10 catus esse ut si cui deorum hominumque nimia sua fortuna populique Romani videretur, ut eam invidiam lenire quam minimo suo privato incommodo publicoque populi Romani liceret. convertentem se inter hanc venerationem traditur memoriae prolapsum cecidisse, idque omen pertinuisse postea

1. *patefactisque portis:* M m. 3. P. — M m. 1.: patefactisque partis.
3. *omnibus locis pugnatur:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: pugnantur.? (Cf. *bello* et *bellor*, *belligero* et *belligeror*, *proelio* et *proelior*. Contra 1, 19.: *luxuriarent*. al.)
5. *iubet ut ab inermi abstineatur:* P m. 2. M. — In P m. 1. syllabarum metathesi: „iubetutinabermi".
6. *dedi inde inermes:* M m. 1. P. — M m. 2.: deinde inermes.
9. *praecatus esse:* M. — P: praecatos esse. — PM: *si cui deorum hominumque nimia sua fortuna p. q. r. uideretur.*
11. *ut eam inuidiam lenire quam minimo suo priuato incommodo publicoque populi. r. liceret:* P Harl. 1. al.] ut eam invidiam — publicoque, populo Romano liceret (I. Fr. Gron.). — M: „ut eam inuidiam lenire quam mini | me (m. 3.: mini | mo) suo priuato incommodo publicoque populo. r̄. liceret": sed eadem m. 1. restituit: „publicoque populi. r̄." — Plutarchus quidem de eadem re scripsit: εἰ δ' ἄρα τις καὶ ἡμῖν ὀστίστροφος ὀφείλεται τῆς παρούσης νέμεσις εὐπραξίας, εὐχομαι, ταύτην ὑπὲρ τε πόλεως καὶ στρατοῦ Ῥωμαίων εἰς ἐμαυτὸν ἐλαχίστῳ κακῷ τελευτῆσαι (v. Cam. 5.): sed Livium id quod supra scribi iussimus, vere ante oculos habuisse cum ea docent quae modo scripta sunt „sua fortuna populique Romani", tum quae subinde sequuntur, quibus non solum damnationis Camilli sed etiam cladis urbis Romae ipsius mentionem fecerit.
14. *idque omen:* P m. 2. M. —

eventu rem coniectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captae deinde urbis Romanae quod post paucos accidit annos cladem. atque ille dies caede hostium ac direptione urbis opulentissimae est consumptus.

XXII. Postero die libera corpora dictator sub corona 5 vendidit: ea sola pecunia in publicum redigitur haud sine ira plebis. et quod rettulere secum praedae, nec duci, qui ad senatum malignitatis auctores quaerendo rem arbitrii sui eiecisset, nec senatui, sed Liciniae familiae, ex qua filius ad senatum rettulisset pater tam popularis sententiae auctor 10 fuisset, acceptum referebant. cum iam humanae opes egestae a Veis essent, amoliri tum deum dona ipsosque deos sed colentium magis quam rapientium modo coepere. namque delecti ex omni exercitu iuvenes pure lautis corporibus candida veste quibus deportanda Romam regina Iuno adsi- 15 gnata erat venerabundi templum iniere, primo religiose adnoventes manus, quod id signum more Etrusco nisi certae gentis sacerdos adtrectare non esset solitus: dein cum quidam seu spiritu divino tactus seu iuvenali ioco „visne Romam ire Iuno?“ dixisset, adnuisse ceteri deam conclamaverunt. inde fabulae adiectum est vocem quoque dicentis velle auditam: motam certe sede sua parvi molimenti admi- 20

P m. 1.: idque omnem. — P: ptimuisse postea. M: pertimuisse postea euenturem (m. 2.: euenturum) coniectantibus.

4. *urbis opulentissimae:* M. — P: urbis oppulentissime.

7. *et quod rettulere secum:* M. — P: et quod rettullere saecum.

8. *quaerendo:* M. — P: querendo. rem arbitriis uir eiecisset. — P: ad senatum r&tullisset.

11. *cum iam humanae opes egestae a Veis essent:* PM. — P: quam rapientium modo capere. numquam. m. 2.: capere. namque. — M: namq. delicti. m. 2.: namq. delecti. — P: pure laudis corporibus. M Harl. 1. Leid. 1.: pure lautis corporibus.

18. *adtrectare non esset solitus:* PM.

— *dein cum quidam:* PM cod. Rhen. Harl. 1.

19. *iuuenali ioco:* M m. 1. P. — M m. 2.: iuuenili ioco. Cf. 1, 57.: „et tum quidem ab nocturno iuuenali ludo in castra redeunt“.

niculis sequentis modo accepimus levem ac facilem tralatu fuisse, integramque in Aventinum aeternam sedem suam quo vota Romani dictatoris vocaverant perlatam, ubi templum ei postea idem qui voverat Camillus dedicavit. hic
5 Veiorum occasus fuit urbis opulentissimae Etrusci nominis, magnitudinem suam vel ultima clade indicantis, quod decem aestates hiemesque continuas circumsessa cum plus aliquanto cladium intulisset quam accepisset, postremo iam fato quoque urgente operibus tamen non vi expugnata est.
10 XXIII. Romam ut nuntiatum est Veios captos, quamquam et prodigia procurata fuerant et vatum responsa et Pythicae sortes notae et — quantum humanis adiuvari consiliis potuerat res — ducem M. Furium maximum imperatorum omnium legerant, tamen quia tot annis varie ibi bel-
15 latum erat multaeque clades acceptae, velut ex insperato inmensum gaudium fuit, et prius quam senatus decerneret plena omnia templa Romanarum matrum grates dis agentium erant. senatus in quadriduum — quot dierum nullo

1. *sequentis modo accepimus leuem ac facilem tralatu fuisse:* P m. 2. M. — P m. 1.: tralat*a*. — Leid. I.: accipimus.
4. *idem qui uouerat:* M m. 2. P. — M m. 1.: idem qui uocauerant. — Leid. I. al.: idem qui uocauerat. — P: urbis oppulentissimae.
6. *magnitudinem suam uel ultima clade indicantis:* PM. — Harl. I.: magnitudinem *sua* uel ultima clade indicantis.
7. *circumsessa:* PM: quamquam in M primo erat „circum*c*essa cum p*i*us". dein littera *i* vocis *pius* erasa et supra *p* posita est.
8. *postremo iam fato quoque urgente:* PM Harl. I. al. — Voss. II.: „*postremo* iam fato *tum denique* urgente": probb. I. Fr. Gron. et Drak.
12. *Pythicae sortes:* P. — M: pithicę sortes.
14. *uarie.* — PM: uariae. — Harl. I.: „uarie *ibe* bellatum". Cf. Quintil. inst. or. 1, 7. 24.: „*sibe* et *quase* scriptum in multorum libris est: sed a hoc voluerint auctores nescio: T. Livium ita his usum et Pediano comperi, qui et ipse eum sequebatur: haec nos *i* littera finimus". — P m. 1.: ex insperat*e*. m. 2.: ex insperato.
17. *grates dis agentium:* PM] grates diis agentium.
18. *in quadriduum:* PM] in quatriduum. Cf. T. Livi l. XXI p. XCV. 30. — M: q̃d dierum

ante bello — supplicationes decernit. adventus quoque dictatoris omnibus ordinibus obviam effusis celebratior quam illius umquam antea fuit, triumphusque omnem consuetum honorandi diei illius modum aliquantum excessit. maxime conspectus ipse est curru equis albis iuncto urbem invectus, 5 parumque id non civile modo sed humanum etiam visum: Iovis Solisque equis aequiperatum dictatorem in religionem etiam trahebant, triumphusque ob eam unam maxime rem clarior quam gratior fuit. tum Iunoni reginae templum in Aventino locavit dedicavitque Matutae matris: atque his divinis humanisque rebus gestis dictatura se abdicavit. agi 10 deinde de Apollonis dono coeptum: cui se decimam vovisse praedae partem cum diceret Camillus, pontifices solvendum religione populum censerent, haud facile inibatur ratio iuvendi referre praedam populum, ut ex ea pars debita in sacrum secerneretur. tandem eo quod lenissimum videbatur 15

— P m. 1.: nullo ante bellum. m. 2.: bello. — M: aduentus quoque dicatoris.

3. *triumphusque:* PM. — Harl. 1.: triumphus omnem cet. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: „honorandi die*m* illius“: h. e. *die*, ut Klockius recte intellexit. — Versus integer ab *umquam antea* usque ad *illius* omissus in margine libri P adiectus est.

4. *maxime conspectus ipse est:* PM. — Harl. 1.: maxime aspectus ipse est. Cf. 21, 4.: „vestitus (Hannibalis) nihil inter aequales excellens: arma atque equi conspiciebantur“. — P: aequis albis. — PM: non civile*m* modo.

7. *Iouis Solisque equis aequiperatum dictatorem:* PM] Iovis Solisq. equis aequiparatum dictatorem. h. e. dictatorem Iovis Solisque equis aequiperatum Iovi ipsi Solique. — Cf. 5, 22.: adtrectare. 5, 11.: conpecto. al.

7. *in religionem:* P m. 2. M. — P m. 1.: in regionem.

10. *dedicauitque Matutae matris:* PM Leid. 1. al.] dedicavitque Matutae matri. — Cf. 5, 31.: „eodem anno aedes Iunonis reginae ab eodem dictatore eodemque bello vota dedicatur“. al. — P: rebus gestis dictator a se abdicauit.

12. *Apollonis:* M] Apollinis (P). — Cf. 29, 10.: „et sacrificantibus ipsis Pythio *Apolloni* laeta fuisse“ (Put.). Cf. etiam 4, 25. in M „appolloni“.

— *cui se decimam uouisse praedae partem:* PM. — Drakenb.: decumam. — M: referrae praedam.

16. *tandem eo quod lenissimum uidebatur decursum est:* PM

decursum est, ut qui se domumque religione exsolvere vellet, cum sibimet ipse praedam aestumasset suam, decumae pretium partis in publicum deferret, ut ex eo donum aureum dignum amplitudine templi ac numine dei ex digni-
5 tate populi Romani fieret. ea quoque conlatio plebis animos a Camillo alienavit. Inter haec pacificatum legati a Vulscis et Aequis venerunt, impetrataque pax, magis ut fessi tam diutino bello adquiesceret civitas quam quod digni peterent.

10 XXIV. Veis captis sex tribunos militum consulari potestate insequens annus habuit, duos Publios Cornelios — Cossum et Scipionem — M. Valerium Maximum iterum Caesonem Fabium Ambustum tertium L. Furium Medullinum quintum Q. Servilium tertium. Corneliis Faliscum bel-
15 lum, Valerio ac Servilio Capenas sorte evenit. ab iis non urbes vi aut operibus temptatae sed ager est depopulatus praedaeque rerum agrestium actae: nulla felix arbor nihil frugiferum in agro relictum. ea clades Capenatem populum

Harl. 1. Leid. 1. al. — Alii: leuissimum.

2. *cum sibimet ipse praedam aestumasset suam decumae:* P] cum sibimet ipse praedam aestimasset suam, decimae cet. — M: cum sibimet ipse praedam aestumas sed suam de| cumae. P: praetium. — M: dignum amplitudine*m* templi ac numine deix | dignitate. pir. m. 2.: amplitudine. P: ex dignitate pr̃.

6. *a Vulscis:* PM] a Volscis.

7. *impetrataque pax:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. multique recc.: inpetrata pax. — PM: quam quod digni peterent.

10. *Veis captis:* PM] Veiis captis. — P m. 1. M m. 1.: sex tribus militum consulari potestate. P m. 2.: sex tribuni cet. M m. 3.: sex tribunos.

11. *duos Publios Cornelios.* — M: duos publios duos cornelios cossum et scipionem. P: duos p. cornelios cet.

13. *Caesonem Fabium Ambustum tertium:* Harl. 1. — M: caesonem fabium ambustum iterum. P: cacesonem fabium ambustum iterum. — PM: q. seruilium tertium.

15. *sorte euenit:* P. — M: forte euenit. — PM: ab iis non urbes ui aut operibus temptate sed cet. — M m. 1.: egrestium. m. 2.: agrestium. — P m. 1.: nulla felix actor bor m. 2.: nulla felix arbor.

ubegit: pax petentibus data. in Faliscis bellum restabat. Romae interim multiplex seditio erat, cuius leniendae causa coloniam in Vulscos, quo tria milia civium Romanorum scriberentur, deducendam censuerant, triumvirique ad id creati terna iugera et septunces viritim diviserant. ea largitio sperni 5 coepta, quia spei maioris avertendae solatium obiectum cenebant. cur enim relegari plebem in Vulscos, cum pulcherrima urbs Vei agerque Veientanus in conspectu sit uberior ampliorque Romano agro? urbem quoque urbi Romae vel situ vel magnificentia publicorum privatorumque tectorum 10 ac locorum praeponebant: quin illa quoque actio movebatur, quae post captam utique Romam a Gallis celebratior fuit, transmigrandi Veios. ceterum partem plebi partem se-

1. *in Faliscis:* P. — M: in feliscis.
3. *in Vulscos:* M] in Volscos (P). Sic etiam paulo post. — PM: *tria milia ciuium romanorum.* — M: „uiri*tin*diuiserant". Recte videtur Dukerus animadvertisse, *diuiserant* idem h. l. significare quod „dividere constituerant", cum illa largitio spreta diceretur. Cf. 4, 47.: „coloni ab urbe mille et quingenti missi bina iugera *acceperant*": h. e. se accepturos audiverant.
5. *ea largitio:* P m. 2. M. — P m. 1.: alia largitio. — M: solacium.
8. *urbs Vei agerque Veientanus:* PM] urbs Veii cet. — M m. 1.: uuerior.
11. *quin illa quoque actio mouebatur:* PM.
13. *ceterum partem plebi partem senatui destinabant habitandos Veios:* cod. Portug.] ceterum partim plebi partim senatui destinabant cet. (ex coni. Rhen.). — PM Leid. 1.: „ceterum partem plebi partem senatus destinabant habitandos ueios": nisi quod in P m. 1.: „*a*habitandos". Harl. 1.: ceterum partem plebis (?) partem senatus cet. — Cum Livius dicere videatur, multitudinem voluisse ut altera pars civium Romae esset, altera migraret Veios, nec plebeii modo essent Veiis sed etiam senatus: interpretatio eorum vera esse non potest qui in verbis „partim plebi partim senatui" eum sensum videre sibi videbantur: „übrigens bestimmten Einige Veji dem Bürgerstande, Andere dem Senate zum Sitze": non enim Romae his verbis sed unorum Veiorum mentio facta est. Verum cum id quod in antiquioribus libris scriptum est, probari non posset et alii alia coniicerent, integrum videtur librarius codicis

natui destinabant habitandos Veios, duasque urbes co
nis rei publicae incoli a populo Romano posse. ad
quae cum optimates ita tenderent ut morituros se cit
cerent in conspectu populi Romani quam quicquam
5 rerum rogaretur: — quippe nunc in una úrbe tantu
sensionum esse — quid in duabus urbibus fore! vic
ut quisquam victrici patriae praeferret sineretque ma
fortunam captis esse Veis quam incolumibus fuerit? pos
se relinqui a civibus in patria posse — ut relinqua
10 triam atque cives nullam vim umquam subacturam, et
cinium — is enim ex tribunis plebis rogationis eius

Portug. restituisse „*partem plebi partem senatui destinabant habitandos ueios*“: ut *plebi* et *senatui* non ad *destinabant* sed ad *habitandos* pertinerent, et *partem* referretur ad *Veios*: id quod eo magis placet cum *pars* haud raro absolute ad aliam quandam vocem tamquam appositio apud Livium relata reperiatur: „übrigens wollte man dass Veji zum Theil von Plebejern zum Theil vom Senate bewohnt werde“. Cf. 24, 21.: „*multitudo pars* procurrit in vias, pars in vestibulis stat“. 30, 3.: „et ita pars maior auctores sunt“. 6, 24. 23, 35. 26, 33. al. Altera Rhenani coniectura qua „*parte* plebi (vel plebis) *parte* senatus destinabant habitandos Veios“ scribendum censuit, non minus vera esse potest, cum ea sensus rationi loci congruens exprimatur, et littera *m* in fine nominum saepissime sine iusta causa a librariis errantibus adiecta sit. — In sequentibus et ipsi scripsimu *communis reip.* sed c *nis* pro accusativo h („gemeinschaftlich an d schaft theilhabend“), q I. Fr. Gron. genitivum voce viderit. in M codd. est „*communes*

4. *in conspectu pīr.*: M. „in conspectu rīp“: qu tathesi litterárum ut ties alias in hoc libro scriptum.

6. *quid in duabus urbibu* PM Harl. 1.] quid in fore. — Cf. 1, 41.: re subita consilia torpe tu mea consilia sequer

— *uictamne ut quisqua ctrici patriae praeferre* — Recc. quidam codd. serunt *ut*. Cf. 4, 2.: ut inpune — conciten tima bella“ cet. — P: *esse ueis*. M: „capti uaeis quam incolumibu 2.: incolumibus. — PM *enim ex tr. pl. roga eius lator erat*“.

rat — conditorem Veios sequantur relicto deo Romulo dei
ilio parente et auctore urbis Romae: —

XXV. Haec cum foedis certaminibus agerentur — nam
partem tribunorum plebi patres in suam sententiam traxe-
ant — nulla res alia manibus temperare plebem cogebat 5
quam quod, ubi rixae committendae causa clamor ortus es-
et, principes senatus primi turbae offerentes se peti feriri-
que atque occidi iubebant. ab horum aetatibus dignitatibus-
que et honoribus violandis dum abstinebatur, et ad reliquos
imiles conatus verecundia irae obstabat. Camillus identi- 10
lem omnibus locis contionabatur; haud mirum id quidem
esse furere civitatem, quae damnata voti omnium rerum po-
iorem curam quam religione se exsolvendi habeat: nihil de
conlatione dicere stipis verius quam decumae, quando ea
e quisque privatim obligaverit, liberatus sit populus: enim 15
vero illud se tacere suam conscientiam non pati, quod ex
ea tantum praeda quae rerum moventium sit decuma desi-
gnetur, urbis atque agri capti, quae et ipsa voto continea-
ur, mentionem nullam fieri. cum ea disceptatio anceps se-
natui visa delegata ad pontifices esset, adhibito Camillo vi- 20

4. *partem tribunorum plebi:* PM Harl. 1. Leid. 1.

7. *principes senatus primi turbae offerentes se peti feririque atque occidi iubebant*] principes senatus primi turbae offerentes se peti feriri atque occidi iubebant. — P m. 1.: „primi turbae offerrent ēē peti feririque atque occidi iubebant". m. 2.: „offerrentes se peti" cet. — M: „primi urbe offerrent esse peti feririque | ratquae occidi iubebant". Cf. T. Livi l. xxx. p. cm. 22.

9. *dum abstinebatur:* PM rell. — Haverc.: cum abstinebatur. P: ire obstabat. — PM: contionabundus.

12. *damnata uoti:* M. — P: „dampnata uoti". Sic 26, 33.: damnauerit (Put.). dāpnauerit (Colb.). — PM: „quam religione se exsoluendi". Harl 1.: religioni. Cf. 5, 23.

13. *nihil de conlatione dicere stipis uerius quam decumae:* M. — P m. 1.: quam decume*ne* quando cet. — PM: *obligauerit.*

16. *quod ex ea tantum praeda quae rerum mouentium sit decuma designetur:* PM.

18. *quae et ipsa* (nim. praeda) *uoto contineatur:* PM.

20. *delegata ad pontifices esset:* P. — M: essed adibi | to camillo. — *Quod eius* scil.

sum collegio, quod eius ante conceptum votum Veientium fuisset et post votum in potestatem populi Romani venisset, eius partem decumam Apollini sacram esse. ita in aestimationem urbs agerque venit. pecunia ex aerario prompta et tribunis militum consularibus ut aurum ex ea coemerent negotium datum. cuius cum copia non esset, matronae coetibus ad eam rem consultandam habitis communi decreto pollicitae tribunis militum aurum et omnia ornamenta sua in aerarium detulerunt. grata ea res ut quae maxime senatui umquam fuit, honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum ut pilento ad sacra ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. pondere ab singulis auri accepto aestimatoque ut pecuniae solverentur, crateram auream fieri placuit quae donum Apollini Delphos portaretur. Simul ab religione animos remiserunt, integrant seditionem tribuni plebis: incitatur multitudo in omnes principes, ante alios in Camillum: eum praedam Veientanam publicando sacrandoque ad nihilum redegisse. absentes ferociter increpant: praesentium, cum se ultro iratis offerrent,

„praedae". — M: *in potestatem pīr.* P: pr̄.

3. *eius partem decumam Apollini sacram esse*: P. — M: „eius partem decumanapollinis sacram esse". m. 2.: decumā apollinis.

6. *cuius cum copia non esset:* PM. — Harl. 1.: cuius cum copiae non essent.

7. *communi decreto:* M Harl. 1.] et communi decreto. — P: habitis communis decreto. — Leid. 1. al.: *e* communi decreto. — PM: *pollicitae tr̄. mł.* — PM: *in aerarium detulerunt.*

9. *grata ea res ut quae maxime senatui umquam fuit:* M. — P: ut que maximae senatui umquam.

12. *pondere ab singulis auri accepto aestimatoque:* PM. — M: paecunie.

13. *crateram auream fieri placuit:* PM. cf. 5, 28.: crateraque auream donum Apollini. — P: *quae donum apollini.* M: „quod donum": sed ol m. 3. et in ras. est.

15. *simul ab religione animos remiserunt:* PM: nisi quod in P „remisserunt", et in M primo „animus". — PM: tr. p.

18. *redegisse.* — PM: redigisse. Cf. 5, 33.: M: possedisse. m. 1.: possidisse. 26, 21.: Pal. Colb.: redegit. Bamb.: redigit. al.

verecundiam habent. simul extrahi rem ex eo anno videunt, tribunos plebis latores legis in annum eosdem reficiunt. et patres hoc idem de intercessoribus legis adnisi. ita tribuni plebis magna ex parte idem refecti.

XXVI. Comitiis tribunorum militum patres summa 5 ope evicerunt ut M. Furius Camillus crearetur. propter bella simulabant parari ducem sed largitioni tribuniciae adversaius quaerebatur. cum Camillo creati tribuni militum consulari potestate L. Furius Medullinus sextum C. Aemilius L. Valerius Publicola Sp. Postumius P. Cornelius iterum. 10 principio anni tribuni plebis nihil moverunt, donec M. Furius Camillos in Faliscos, cui id bellum mandatum erat, proficisceretur. differendo deinde elanguit res, et Camillo, quem adversarium maxime metuerant, gloria in Faliscis crevit. nam cum primo moenibus se hostes tenerent tutissimum id 15 iati, populatione agrorum atque incendiis villarum coegit eos egredi urbe. sed timor longius progredi prohibuit. mille pere passum ab oppido castra locant, nulla re alia fidentes ea satis tuta esse quam difficultate aditus asperis confragosisque circa et partim artis partim arduis viis. ceterum Ca- 20

1. *simul extrahi rem ex eo anno uiderunt:* PM. — Recc. quidam codd.: „simul *ut* extrahi" cet.
2. *tr. pl. latores legis:* PM. — M: in annum eodem reficiunt. PM: *adnisi.*
3. *ita tr. pl. magna ex parte idem refecti:* PM Leid. 1. al.] ita tribuni plebis magna ex parte iidem refeeti.
5. *comitiis tr. mil. patres summa ope euicerunt:* P. — M: summa*m* opeuicer|. — Harl. 1.: *euicere.* — M: crearetur pl̄ bella. — P: sed largitione.
8. *tr. mil. consulari potestate:* PM.
0. *L. Valerius Publicola:* M. In P excidit *L.* — Cf. 6, 1. 5. — PM: tr. pl. nihil moverunt.
11. *M. Furius Camillos:* P m. 1. — P m. 1.: *a*languit. m. 2.: *e*languit.
14. *metuerant:* PM] metuebant (Harl. 1.? Leid 1. al.).
17. *sed timor longius progredi prohibuit:* PM Harl. 1. Leid. 1. — Recc. codd.: sed timore longius progredi prohibente mille cet.
— *mille fere passum:* PM Leid. 1.] mille fere passuum. — P m. 1.: faere.
19. *asperis confragosisque circa et partim artis partim arduis uiis:* P m. 2. M. — P m. 1.: circa*ex*partim.

millus captivum indicem ex agris secutus ducem castris multa nocte motis prima luce aliquanto superioribus locis se ostendit. trifariam Romani muniebant: alius exercitus proelio intentus stabat. ibi inpedire opus conatos hostes
5 fundit fugatque, tantumque inde pavoris Faliscis iniectum est ut effusa fuga castra sua quae propiora erant praelati urbem peterent. multi caesi vulneratique, priusquam paventes portis inciderent. castra capta: praeda ad quaestores redacta cum magna militum ira: sed severitate imperii victi
10 eandem virtutem et oderant et mirabantur. obsidio inde urbis et munitiones: et interdum per occasionem impetus oppidanorum in Romanas stationes proeliaque parva fieri et teri tempus neutro inclinata spe, cum frumentum copiaeque aliae ex ante convecto largius obsessis quam obsidentibus
15 subpeterent: videbaturque aeque diuturnus futurus labor ac

1. *castris multa nocte motis:* PM. Cf. 3, 60.: „postquam multa iam dies erat". — M m. 1.: indecem. m. 2.: indicem.
4. *ibi inpedire opus conatos hostes:* P. — M: conatus. — P m. 2. M m. 3.: fundit fugatque. P m. 1.: fundifugatque. M m. 1.: funditugatq.
6. *quae propiora erant:* P m. 2. — P m. 1. Harl. 1. Leid. 1. al.: quae propriora erant. M: que propriora erant. — PM: *praelati urbem peterent.* — P m. 1.: uulneratoque.
9. *seueritate imperii:* P m. 2. M. — P m. 1.: seueritate impleri uicti. — P: et mirabatur.
11. *per occasionem:* M. — P: per occassionem. — P: proeliaque parua fieri et *erit* tempus. — M: subpoeterent.
15. *ac Veis fuisset:* PM] ac Veiis fuisset. — P m. 1. M: ni fortuna*m*. P m. 2.: ni fortuna. — PM cod. Rhen. al: *imperatori romano simul et cognitae rebus bellicis uirtutis specimen et maturam uictoriam dedisset.* P m. 1.: bellicüs. — Hunc locum alii aliter interpretati sunt. I. Fr. Gronovius, quod „specimen virtutis" non a fortuna dari posset, scribendum coniecit: „ni fortuna imperatoris romani simul, et cognitae re bellica virtutis specimen, et maturam victoriam dedisset". Drakenborchius et ipse vidit *specimen* non accusativum sed nominativum esse, sed „et maturam" pro „maturam etiam" habuit. verum in hac particula *et* longe maior vis inest, ut „et maturam uictoriam" idem fere sit quod „non uictoriam solum sed etiam maturam uictoriam": „non

Veis fuisset, ni fortuna imperatori Romano simul et cogni-
ne rebus bellicis virtutis specimen et maturam victoriam
edisset.

XXVII. Mos erat Faliscis eodem magistro liberorum
t comite uti, simulque plures pueri — quod hodie quoque 5
n Graecia manet — unius curae demandabantur, princi-
ium liberos — sicut fere fit — qui scientia videbatur prae-
ellere erudiebat. is cum in pace instituisset pueros ante
urbem lusus exercendique causa producere, nihil eo more
per belli tempus intermisso dum modo brevioribus modo 10
ongioribus spatiis trahendo eos a porta lusu sermonibusque
variatis longius solito ubi res dedit progressus inter statio-
nes eos hostium castraque inde Romana in praetorium ad
Camillum perduxit. ibi scelesto facinori scelestiorem ser-
monem addit, Falerios se in manus Romanis tradidisse, 15
quando eos pueros quorum parentes capita ibi rerum sint,
in potestatem dediderit. quae ubi Camillus audivit, „non ad

nicht das Glück, zugleich aber auch ein Beweis von seiner durch kriegerische Thaten bereits bekannt gewordenen Helden- und Seelengrösse dem römischen Feldherrn einen frühen Sieg verschafft hätte".

5. *quod hodie quoque in grecia manet:* PM. — I. Fr. Gron. malebat et hoc loco scribi „quod hodie*que* in" cet. Cf. 1, 26.: „id hodie quoque publice semper refectum manet". al.

7. *qui scientia uidebatur praecellere:* PM.

9. *nihil eo more per belli tempus intermisso:* P m. 2. — P m. 1.: intermiso. — M: „*nihilo* more per belli tempus intermisso". — Paulo ante in P m. 1. erat: „pducere. reih nihil" cet.

10. *dum:* PM et rell. codd.] tum (I. Fr. Gron.). *Dum* non ad *trahendo* sed ad *progressus* referendum est: et quem ad modum pronomen relat. nonnumquam apud Livium sine verbo finito videmus scriptum, ita etiam h. l. *dum*. Cf. 5, 25.: dum abstinebatur: al. — M: longiorib. statiis. — M: lusus sermonibusque. — M m. 1.: urbi res. — P: deditin progressus.

12. *inter stationes:* PM rell. — I. Fr. Gron.: intra stationes. Cf. 1, 26. — P m. 1. inter pretorium.

15. *addit:* PM Leid. t. al.] addidit.

17. *in potestatem dederit:* Ald.

similem" inquit „tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto munere venisti: nobis cum Faliscis quae pacto fit humano societas non est — quam ingenerauit natura, utrisque est eritque. sunt et belli sicut pacis
5 iura, iusteque ea non minus quam fortiter didicimus gerere. arma habemus non adversus eam aetatem cui etiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos et ipsos qui nec laesi nec lacessiti a nobis castra Romana ad Veios oppugnarunt. eos tu quantum in te fuit novo scelere vicisti:
10 ego Romanis artibus — virtute opere armis — sic ut Veios vincam". denudatum deinde eum manibus post tergum inligatis reducendum Falerios pueris tradidit, virgasque eis quibus proditorem agerent in urbem verberantes dedit. ad quod spectaculum concursu populi primum facto deinde a magi-
15 stratibus de re nova vocato senatu tanta mutatio animis est iniecta, ut qui modo efferati odio iraque Veientium exitum pene quam Capenatium pacem mallent, apud eos pacem universa posceret civitas. fides Romana iustitia imperatoris in foro et curia celebrantur, consensuque omnium legati ad

— Quamvis in PM et optt. quibusque codd. *in potestate* scriptum sit, tamen et ipse arbitror Aldum non errasse. cf. 8, 24.: „regem aut uiuum aut mortuum in potestatem daturos" (PM). 1, 38. al. Aliter res se habet 2, 14. similibusque locis „in potestatem esse". — P m. 1.: inquid. — P: scaelestus ipse cum scelesto munere.

3. *quae pacto fit humano:* P. — M: „quae *f*acto fit humano". sic 5, 20.: M: perme. P: ferme.

4. *utrisque est eritque:* P m. 2. M. — P m. 1.: utriusque eritque.

6. *non aduersus eam aetatem:* PM. — P m. 1.: castra romana aueis oppugnarunt. m. 2.: ad ueios. — P: nono scaelere.

11. *denudatum deinde eum manibus pos | tergum inligatis:* PM. In Harl. 1. Leid. 1 al. *eum* omissum est.

14. *deinde a mag̃ de re nova uocato senatu:* PM. — Harl. 1: deinde ac mag̃ de re cet.

16. *Veientium exitum pene quam Capenatium pacem:* PM. C. 5, 24. — Recc. multi codd.: „exitium". sic 25, 16.: „quando res quoque romana, quae prope exitium (Put.) clade cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret".

Camillum in castra atque inde permissu Camilli Romam ad senatum qui dederent Falerios proficiscuntur. introducti ad senatum ita locuti traduntur: „patres conscripti, victoria cui nec deus nec homo quisquam invideat victi a vobis et imperatore vestro dedimus nos vobis rati — quo nihil victori pulchrius est — melius nos sub imperio vestro quam legibus nostris victuros. eventu huius belli duo salutaria exempla prodita humano generi sunt: vos fidem in bello quam praesentem victoriam maluistis, nos fide provocati victoriam altro detulimus. sub dicione vestra sumus: mittite qui arma qui obsides qui urbem patentibus portis accipiant: nec vos fidei nostrae nec nos imperii vestri paenitebit". Camillo et ab hostibus et a civibus gratiae actae. Faliscis in stipendium militum eius anni, ut populus Romanus tributo vacaret, pecunia imperata. pace data exercitus Romam reductus.

XXVIII. Camillus meliore multo laude quam cum triumphantes albi per urbem vexerant equi, insignis iustitia idque hostibus victis cum in urbem redisset, tacite eius

1. *permissu:* M. — P m. 1.: pmisu.
3. *ita locuti traduntur. p̄. c̄.:* PM. — M: uictoriam.
10. *sub dicione uestra sumus:* M. — P: sub ditione cet.
12. *nec nos imperii uestri paenitebit:* M. — P: nec uos imperii cet.
14. *ut p̄s̄r. tributo uacaret:* PM. In Harl. 1. Leid. 1. excidit *ut*.
16. *Camillus meliore | multo laudes:* M m. 1. — M m. 3.: meliores. — P: camillus multo meliore laude.
— *cum triumphantes albi per urbem uexerant equi:* M] cum triumphantem albi cet. (P). Cf. Ovid. epp. ex Ponto 2, 8. 39.: „Sic fera quam primum pavido Germania vultu Ante triumphantes serva feratur equos". Quod ad pronomen omissum attinet, cf. 5, 4.: „quod ad perseverandum stimulet".
18. *tacite eius uerecundiam non tulit senatus:* PM rell.] taciti eius (I. Fr. Gron.). Quamquam coniectura Gronoviana non aliena ab huius loci ratione videtur, tamen non minus recte se habet quod omnium codd. auctoritas tuetur, atque etiam potius est. nam id quod Gron. voce *taciti* exprimere voluerit, etiam in verbis „eius uerecundiam" inest, Camillum cum in senatu de rebus a se gestis loqueretur, de dono Apollini voto necdum misso questum non esse: — et *ta-*

verecundiam non tulit senatus quin sine mora voti liberaretur: crateramque auream donum Apollini Delphos legati qui ferrent L. Valerius L. Sergius A. Manlius missi longa una nave haud procul freto Siculo a piratis Liparensium exce-
5 pti devehuntur Liparas. mos erat civitatis velut publico latrocinio partam praedam dividere: forte eo anno in summo magistratu erat Timasitheus quidam Romanis vir similior quam suis, qui legatorum nomen donumque et deum cui mitteretur et doni causam veritus ipse multitudinem que-
10 que, quae semper ferme regenti est similis, religionis iustae inplevit, adductosque in publicum hospitium legatos cum praesidio etiam navium Delphos prosecutus Romam inde sospites restituit. hospitium cum eo senatus consulto est factum donaque publice data. Eodem anno in Aequis varie
15 bellatum adeo ut in incerto fuerit et apud ipsos exercitus et Romae, vicissent victine essent, imperatores Romani fuere ex tribunis militum C. Aemilius Sp. Postumius. primo rem communiter gesserunt: fusis inde acie hostibus Aemilium praesidio Verruginem obtinere placuit, Postumium fines va-
20 stare. ibi eum inconposito agmine neglegentius ab re bene

cite ad *tulit* relatum senatum ipsum in agendo alacriorem reddit, id quod sequentibus potissimum verbis *sine mora* desiderari videatur. Cf. 42, 16.: „quamquam dissimulare et tacite habere id pati statuerat“: quo loco Drak. *tacitum* scribi voluit.

2. *crateramque auream:* PM. — PM: *L. Valerius L. Sergius A. Manlius.*

4. *excepti:* P. — M: expecti.

9. *et doni causam ueritus:* P m. 2. M. — P m. 1.: et di causam ueritus.

12. *Romam inde hospites restituit:* PM. — M: „cum eo. *sōc.* est factum“: metathesi litterarum pro *seo*. — In P exciderat versus ab *seō* ad *eodem anno*, sed manu aliqua in margine ita adiectus est „*seō.* ē factū donaque publice data“. — M: *donaque publice data.*

14. *eodem anno in aequis varie bellatum:* P m. 2. M. — P m. 1.: uerlae bellatum. — PM: *adeo ut in incerto fuerit.* — P m. 1.: imperatores romani fluere ex tr. mil. — M: ex tr. mil. — M: primo rem incōmuniter.

20. *ibi eum inconposito agmine neglegentius ab re bene gesta euntem adorti:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: ab re bene

gesta euntem adorti Aequi terrore iniecto in proximos conpulere tumulos, pavorque inde Verruginem etiam ad praesidium alterum est perlatus. Postumius suis in tutum receptis cum contione advocata terrorem increparet ac fugam, usos esse ab ignavissimo ac fugacissimo hoste, conclamat 5 universus exercitus merito se ea audire et fateri admissum flagitium, sed eosdem correcturos esse neque diuturnum id gaudium hostibus fore: poscentes ut confestim inde ad castra hostium duceret — et in conspectu erant posita in plano — nihil poenae recusabant ni ea ante noctem expu- 10 nassent. conlaudatos corpora curare paratosque esse quarta vigilia iubet. et hostes, nocturnam fugam ex tumulo Romanorum ut ab ea via quae ferebat Verruginem excludent, fuere obvii, proeliumque ante lucem — sed luna perox erat — commissum est. et haud incertius diurno proe- 15

gesta *eundem* adorti. — P m. 1.: cumpulere. m. 2.: compulere. M: conpulere. — M: ueruginem etiã.

4. *cum contione aduocata terrorem increparet ac fugam:* M. — P: cum contione aduocata terror increparet cet.

9. *et in conspectu erant posita in plano:* PM cod. Rhen. Leid. 1. al.] in conspectu cet. (Harl. 1.? prob. Rhen.). — In M scriptum est m. 2. *quae* supra „&". — P m. 1.: nihil poene recussabant. m. 2.: nihil paene recusabant. M: nihil pene recusabant.

3. *uia quae ferebat uerruginem:* P. — M m. 1.: uia | quaerebat. uerruginem. m. 2.: quaerebant.

5. *et haud incertius diurno proelium fuit*] et haud incertius diurno proelio fuit (recc. codd.). — P: et haud incertius diuturno proelium fuit. M: et haud incertius diuturno prelium fuit. — *Proelium*, non *proelio*, etiam in optt. quibusque Drak. libris repertum est. Cf. 4, 12. ubi in P „diurni cibi", in M „diuturni cibi". al. — Non videtur L. hoc loco solam noctem quae proelium incertum reddiderit, ante oculos habuisse. proelium incertum est dubium et anceps, quo videri non possit, uter populus victor futurus sit. illud igitur proelium ante lucem commissum haud incertius fuit quam diurnum, h. e. aeque certum ac diurnum, ita ut cum aequo Marte aliquod tempus pugnatum esset, apparere iamiam videretur victoriam se ad Romanos inclinaturam, quae luce orta sine ulla dubitatione Romanorum facta est. hanc interpre-

lium fuit: sed clamor Verruginem perlatus, cum castra R
mana crederent oppugnari, tantum iniecit pavoris ut neq
quam retinente atque obsecrante Aemilio Tusculum pal
fugerent: inde fama Romam perlata est Postumium exer
5 tumque occisum: qui, ubi prima lux metum insidiarum
fuse sequentibus sustulit, cum perequitasset aciem promi
repetens, tantum iniecit ardoris ut non ultra sustinuerint i
petum Aequi. caedis inde fugientium, qualis ubi ira ma
quam virtute res geritur, ad perniciem hostium facta e
10 tristemque ab Tusculo nuntium nequiquam exterrita civit
litterae a Postumio laureatae secuntur, victoriam populi R
mani esse, Aequorum exercitum deletum.

XXIX. Tribunorum plebis actiones quia nondum
venerant finem, et plebs continuare latoribus legis tribu
15 tum et patres reficere intercessores legis adnisi sunt. s
plus suis comitiis plebs valuit. quem dolorem ulti pat
sunt senatus consulto facto ut consules — invisus plebi n

tationem particula sequens *sed* videtur postulare.

2. *nequiquam:* PM] nequicquam.

5. *ubi prima lux metum insidiarum effuse sequentibus sustulit:* PM rell. — Magnus Romanorum ardor etiam ante lucem fuerat, sed propter eum ipsum proelio nocturno insidiae provido cautoque duci timendae erant. cum igitur prima lux etiam illum unum metum insidiarum, qui quodammodo Romanorum impetum coercuerat, effuse Romanis sequentibus trepidantes cedentesq. hostes sustulisset, Aequi Romanos non amplius sustinere potuerunt. — P m. 1.: pmisa. — P: *sustinerint*, dein eadem m. 1. *sustinerent*. M: *sustinuerint*.

8. *caedis inde fugientium:* m. 1.] caedes inde fug. (P 2. M m. 2.). — M m. 1.: c deis inde fu | gentium. — P. *nequiquam.*

11. *litterae a Postumio laur tae secuntur:* PM: nisi qu M laur*ae*atae. — P m. 2.: quuntur (Bekk.). — PM: *ctoriam p̄. r̄. esse.* sed in supra scriptum est „pop romano": quae librarii int pretatio videtur esse.

13. *tr̄. pl. actiones*: PM. — P 1.: continiare. m. 2.: co nuare. — PM: *adnisi su*

16. *quem dolorem ulti pat s̄ | s̄. c̄. facto ut coñss.:* P. M: quem dolore*m* | multi tres sunt s̄. c̄. facto ut co

gistratus — crearentur. annum post quintum decimum creati sunt consules L. Lucretius Flavus Ser. Sulpicius Camerinus. principio huius anni ferociter, quia nemo ex collegio intercessurus erat, coortis ad perferendam legem tribunis plebis nec segnius ob id ipsum consulibus resistentibus omnique civitate in unam eam curam conversa Vitelliam coloniam Romanam in suo agro Aequi expugnant. colonorum pars maxima incolumis, quia nocte proditione oppidum captum liberam per aversa urbis fugam dederat, Romam perfugere. L. Lucretio consuli ea provincia evenit. is cum exercitu profectus acie hostes vincit, victorque Romam ad naius aliquanto certamen redit. dies dicta erat tribunis plebi bienni superioris A. Verginio et Q. Pomponio, quos defendi patrum consensu ad fidem senatus pertinebat: neque enim os aut vitae ullo crimine alio aut gesti magistratus quisquam arguebat praeter quam quod gratificantes patribus rogationi tribuniciae intercessissent. vicit tamen gratiam senatus plebis ira et pessimo exemplo innoxii denis milibus gravis aeris condemnati sunt. id aegre passi patres: Camil-

1. *creati sunt consules*] creati consules. — M: creati nuntiat consš. l. lucretius flauus sergius sulpicius cet. — P: creati coñss. lucretius flauus sergius sulpicius. — In Harl. 1. etiam Leid. 1. omnibusq. recc. codd. omissum est praenomen Lucretii. In ed. Frob. recte restitutum est *Seruius*.
4. *coortis:* P. — M: cohortis. — PM: tr̄. p̄l. — Ab *consulibus resistentibus* ad *proditione oppidum* media omnia omissa sunt in Harl. 1.
6. *Vitelliam coloniam Romanam:* PM. — Cf. 2, 39.
9. *per auersa urbis fugam dederat:* PM. — P: romam. p̄. perfugere.
11. *hostes uincit:* M al.] hostes vicit (P). — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: *redit*.
12. *dies dicta erat tribunis plebi:* Harl. 1.] dies dicta erat tribunis plebis. — P: dies dicta erat tr̄. p̄l. bienni superioris. M: dies dicta erat. *tbr̄. p̄l.* bienni cet. — metathesi litt. pro „*trb. pl.*“
13. *A. Verginio:* PM] A. Virginio. — P m. 1.: & quinto pompinio.
15. *aut gesti magistratus:* P m. 2. M. — P m. 1.: alio ut gesti cet. — M: tribunitiae intergessissent.
18. *et pessimo exemplo:* M m. 2. P. — M m. 1.: et pessimus. — PM: *denis milibus*.

lus palam sceleris plebem arguere, quae iam in suos versa non intellegeret se pravo iudicio de tribunis intercessionem sustulisse, intercessione sublata tribuniciam potestatem evertisse. nam quod illi sperarent effrenatam licentiam eius magistratus patres laturos, falli eos. si tribunicia vis tribunicio auxilio repelli nequeat, aliut telum patres inventuros esse. consulesque increpabat quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent qui senatus auctoritatem secuti essent. haec propalam contionabundus in dies magis augebat iras hominum.

XXX. Senatum vero incitare adversus legem haut desistebat: ne aliter descenderent in forum, cum dies ferendae legis venisset, quam ut qui meminissent sibi pro aris focisque et deum templis ac solo in quo nati essent dimicandum fore. nam quod ad se privatim attineat, si suae gloriae sibi inter dimicationem patriae meminisse sit fas,

1. *quae iam in suos uersa non intellegeret:* PM. — P m. 1.: se *prauato* consilio. m. 2.: se prauo consilio. M: *se prauo iudicio.* — P m. 1.: intercessio sublata. m. 2.: intercessione. — M: tribunitiam. — PM: potestatem euertisse*nt*. Harl. 1.: *euertisse.* — Dubium tamen videri potest an in antiquiore libro scriptum fuerit: „quae iam in suos uersa c̄ non intellegeret —, intercessione sublata tribuniciam potestatem euertissent".

6. *aliut telum:* M m. 1. P] aliud telum (M m. 2.).

7. *quod fide publica decipi tribunos eos taciti tulissent:* PM rell. „Auch tadelte er die Consuln, dass sie diese mit Achtung vor dem Senate noch erfüllten Tribunen hätten fallen lassen können, ohne ihnen von Seiten des Staates den Beistand angedeihen zu lassen, auf den sie gerechnet haben würden". Cf. 5, 25.: „nam partem tribunorum plebi patres in suam sententiam traxerant". — Cf. 35, 19.: „Hannibal — primo eam contumeliam *tacitus tulit*". — P m. 1.: contionabun*dis*. m. 2.: dus.

11. *senatum uero incitare aduersus legem haut desistebat:* M. — P: senatus uero.

12. *ne aliter descenderent in forum:* PM Harl. 1. Leid. 1. al. — P m. 1.: sibi paris focisque. m. 2.: sibi paris focisque.

15. *nam quod ad se priuatim attineat:* PM. — Harl. 1.: priuatum.

sibi amplum quoque esse urbem ab se captam frequentari, cottidie se frui monumento gloriae suae et ante oculos habere urbem latam in triumpho suo, insistere omnes vestigiis laudum suarum: sed nefas ducere desertam ac relictam ab dis immortalibus incoli urbem et in captivo solo habi- 5 are populum Romanum et victrice patria victam mutari. his adhortationibus principis concitati patres — senes iuvenesque — cum ferretur lex, agmine facto in forum venerunt lissipatique per tribus suos quisque tribules prensantes orare cum lacrimis coepere, ne eam patriam pro qua fortissime 10 felicissimeque ipsi ac patres eorum dimicassent, desererent, Capitolium aedem Vestae cetera circa templa deorum ostentantes: ne exulem extorrem populum Romanum ab solo patrio ac diis penatibus in hostium urbem agerent, eoque rem adducerent ut melius fuerit non capi Veios ne Roma dese- 15 eretur. quia non vi agebant sed precibus et inter preces nulta deorum mentio erat, religiosum parti maximae fuit et egem una plures tribus antiquarunt quam iusserunt: adeo-

2. *cottidie:* M] quotidie. — P: cotidie.

5. *ab dis inmortalibus:* M] ab diis immortalibus. — P: habitare p̄. r̄. M: habitare pm̄ r̄. — PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1.: *et uictrice patria uictam mutari.*

7. *his adhortationibus principis concitati patres:* P m. 2. — P m. 1.: contati. — M: his adhortationibus principes conciti patres. — Cf. 6, 1.: „ceterum primo quo adminiculo erecta erat, eodem innixa M. Furio *principe* stetit". 25, 4.: „multos principes civitatis iudicium de se populi passos".

— *senes iuuenesque:* M Harl. 1. al. — P: *senesque iuuenes:* quod particula *et* addita ut fieret „*senesque et iuuenes*" potius habere non dubitem. cf. 2, 57.: „tribunique et consules". 5, 42.: oraq. *et* oculos.

9. *prensantes:* P. — M: pensantes. m. 3.: pensantes. — P m. 1.: coeperae ne eam. M: „coepere. eeam": dein *ne.*

10. *fortissime felicissimeque:* P m. 2. M. — P m. 1.: fortissim*ae*. Harl. 1.: *fortissimo.*

13. *ne exulem extorrem pr̄. ab solo patrio ac diis penatibus:* PM. In M scriptum est *m* supra *pr̄.*

17. *multa deorum mentio:* P m. 2. M. — P m. 1.: derum. — PM: „et legem una*m* plures". In Harl. 1. scriptum esse dicitur *una.* Cf. 2, 7.: „*uno*

que ea victoria laeta patribus fuit ut postero die referentibus consulibus senatus consultum fieret, ut agri Veientani septena iugera plebi dividerentur nec patribus familiae tantum sed ut omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur vellentque in eam spem liberos tollere.

XXXI. Eo munere delenita plebe nihil certatum est quo minus consularia comitia haberentur. creati consules L. Valerius Potitus M. Manlius, cui Capitolino postea fuit cognomen. li consules magnos ludos fecere quos M. Furius dictator voverat Veienti bello. eodem anno aedes Iunonis reginae ab eodem dictatore eodemque bello vota dedicatur, celebratamque dedicationem ingenti matronarum studio tradunt. bellum haut memorabile in Algido cum Aequis gestum est fusis hostibus prius paene quam manus consererent. Valerio, quod perseverantior caedendis in fuga fuit, triumphos, Manlio ut ovans ingrederetur urbem decretum est. eodem anno novum bellum cum Volsiniensibus exortum, quo propter famem pestilentiamque in agro Romano ex siccitate caloribusque nimis ortam exercitus duci nequivit: ob quae Vulsinienses Salpinatibus adiunctis su-

plus Tuscorum cecidisse in acie". — M: antiquarum quam iusserunt.

1. *referentibus coñss. sc̄. fieret:* PM.

7. *creati coñss. l. ualerius potitus m. manliùs cui capitolino postea fuit cognomen. hii conss. magnos* cet.: PM. — I. Fr. Gron. malebat scribi cum Voss. II. al.: „cui Capitolino postea etiam fuit cognomen".

11. *ab eodem dictatore:* P. — M: ab eodem dictator *eodemq.* cet. — M m. 1.: in*di*genti. m. 2.: *ingenti.* — M: bellum aut memorabile. — P m. 2. M: *prius paene.* P m. 1.: prius poene.

15. *quod perseuerantior caedendis in fuga fuit triumphus:* M. — P: quod pseuerantior *gerendis* in fuga fuit triumphos cet. P m. 2.: „triumphus": eademque m. 2. scriptum est *gerendis.*

17. *Volsiniensibus:* PM] Vulsiniensibus.

19. *caloribusque nimis:* M] caloribusque nimiis (P). — M: *ex*ortam.

20. *ob quae uulsinienses scalpinatibus adiunctis superbiam elati:* M. — P: *ob que uulsinienses salpinatibus adiunctis superbia elati.*

perbia elati ultro agros Romanos incursavere. bellum inde duobus populis indictum. C. Iulius censor decessit: in eius locum M. Cornelius suffectus, quae res postea religioni fuit quia eo lustro Roma est capta: nec deinde umquam in demortui locum censor sufficitur. consulibusque morbo inplicitis placuit per interregnum renovari auspicia. itaque cum ex senatus consulto consules magistratu se abdicassent, interrex creatur M. Furius Camillus, qui P. Cornelium Scipionem, is deinde L. Valerium Potitum interregem prodidit: ab eo creati sex tribuni militum consulari potestate, ut etiam si cui eorum incommoda valetudo fuisset, copia magistratuum rei publicae esset.

XXXII. Kal. Quintilibus magistratum occepere L. Lucretius Servius Sulpicius M. Aemilius L. Furius Medullinus septimum Agrippa Furius C. Aemilius iterum. ex his L. Lucretio et C. Aemilio Vulsiniensis provincia evenit, Salpina-

2. *C. Iulius censor.* Cf. 9, 34.: „urbs eo lustro capta est quo demortuo collega *C. Iulio censore* L. Papirius Cursor, ne abiret magistratu, M. Cornelium Maluginensem collegam subrogavit“ (PM). — In PM cod. Rhen. praenomen *C.* omissum est priore loco.

5. *consulibusque morbo inplicitis:* PM: nisi quod in P „*ce*nsulibusque“. — Voss. I.: implic*a*tis. Cf. 23, 34.: „inplicitum“ (Put.). al. 1, 31.

6. *itaque cum ex sc̄. consules:* M. — P m. 1.: itaque cum ex *cos*c̄. consules.

9. *prodidit:* M. — P m. 1.: *prodit.* m. 2. adiecit *di* supra *dit.*

10. *ut etiam si cui eorum incommoda ualetudo fuisset:* M. — P m. 1.: „ut etiam su cui erum incommoda ualitudo fuisset“. m. 2.: „ut etiamsi cui eorum“. Sic scriptum est in Put. 26, 22.: „oculorum *ualetudinem* excusauit“. in Colb. Bamb.: „ualitudinem“. Cf. 3, 6. al. — M: copi*am* magistratuū. — PM: *reip. esset.*

13. *Kal. Quintilibus:* PM] calendis Quintilibus. — P: *mā occepere.* M: māg. accepere. — PM: *seruius sulpicius.*

15. *Agrippa Furius:* P m. 2. M. — P m. 1.: agrippa *euenit salp.* c. aemilius iterum.

16. *Vulsiniensis prouincia:* PM Leid. I. al.] Vulsinienses provincia. — Utrumque recte se habet: et „Vulsiniensis prouincia“ scriptum est ut 5, 24.: „Corneliis Faliscum bellum, Valerio ac Servilio Capenas sorte evenit“. — M: „euenit sal | sappinates agrippe furio“.

tes Agrippae Furio et Ser. Sulpicio. prius cum Vulsiniensibus pugnatum est. bellum numero hostium ingens, certamine haud sane asperum fuit: fusa concursu primo acies in fugam, milia octo armatorum ab equitibus interclusa posi-
5 tis armis in deditionem venerunt. eius belli fama effecit ne se pugnae committerent Salpinates: moenibus armati se tutabantur. Romani praedas passim et ex Salpinati agro et ex Vulsiniensi nullo eam vim arcente egerunt, donec Vulsiniensibus fessis bello ea condicione, ut res populo Romano
10 redderent stipendiumque eius anni exercitui praestarent, in viginti annos indutiae datae. Eodem anno M. Caedicius de plebe nuntiavit tribunis se in nova via, ubi nunc sacellum est supra aedem Vestae, vocem noctis silentio audisse clariorem humana, quae magistratibus dici iuberet Gallos ad-
15 ventare. id ut fit propter auctoris humilitatem spretum et quod longinqua eoque ignotior gens erat. neque deorum modo monita ingruente fato spreta sed humanam quoque opem, quae una erat, M. Furium ab urbe amovere: qui die dicta ab L. Apuleio tribuno plebis propter praedam Veien-
20 tanam, filio quoque adulescente per idem tempus orbatus cum accitis domum tribulibus et clientibus, quae magna pars

P m. 1.: salppinates. m. 2.: salpinates.

4. *milia octo armatorum:* PM.

5. *fama effecit:* P m. 2. M. — P m. 1.: fame efficit. — P m. 1.: salppinates. m. 2.: salpinates. M: sappinates.

6. *tutabantur:* P m. 2. — P m. 1. M: tutebantur.

7. *passim et ex salpinati agro:* M. — P: passim | sed ex salpinati agro. — P: „nullo eam uim arcem teegerunt donec": dein scriptum est *c* supra *te*. — P m. 1. M: conditione. P m. 2.: condicione. — PM: *ut res populo. r̄. redderent.* — P m. 1.: perestarent. m. 2.: prestarent. — P m. 1. M: indutiae. P m. 2.: induciae.

11. *M. Caedicius:* M. — P: *m. cedicius.* — M: in nouam uiam.

14. *dici iuberet:* M. — P: duci iuberet. —

15. *id ut fit:* P m. 2. M. — P m. 1.: ut id sit ꝓpt̄ auctoris cet. — M: longinque.

17. *ingruente fato spreta:* P. — M m. 1.: ingruente fatos pretases humanum. m. 2.: fatos pretares humanam.

19. *ab L. Apuleio tr̄. pl.:* PM Leid. 1. al.] ab L. Appuleio cet.

20. *adulescente:* PM] adolescente.

21. *tribulibus et clientibus, quae*

plebis erat, percunctatus animos eorum responsum tulisset, se coulaturos quanti damnatus esset, absolvere eum non posse, in exilium abiit precatus ab diis inmortalibus, si innoxio sibi ea iniuria fieret, primo quoque tempore desiderium sui civitati ingratae facerent. absens quindecim mili- 5 bus gravis aeris damnatur.

XXXIII. Expulso cive — quo manente, si quicquam humanorum certi est, capi Roma non potuerat — adventante fatali urbi clade legati ab Clusinis veniunt auxilium adversus Gallos petentes. eam gentem traditur fama dul- 10 cedine frugum maximeque vini nova tum voluptate captam Alpes transisse agrosque ab Etruscis ante cultos possedisse: et invexisse in Galliam vinum inliciendae gentis causa Arruntem Clusinum ira corruptae uxoris ab Lucumone — cui tutor is fuerat ipse — praepotente iuvene et a quo expeti 15 poenae, nisi externa vis quaesita esset, nequirent: hunc

magna pars plebis erat: Harl. I.] tribulibus clientibusque (magna pars plebis erat): P. — M: „tribulibus eo clien | tibus quae magna pars plebis erat". Fragm. Haverc.: „trib. clientibusque, quae magna pars plebis erat". Cf. 5, 24.: „partem plebi partem senatui" cet.

3. *in exilium abiit:* PM. — M: praecatus.

4. *primo quoque tempore:* P m. 2. M. — P m. 1.: tempo. — P m. 1.: ingratiae. — P m. 1.: quinqdecim milibus. P m. 2. M: quindecim milibus. — M: aeris damdatur.

7. *si quicquam humanorum:* P m. 2. M. — P m. 1.: si quiquam.

8. *aduentante fatali urbi clade:* P m. 2. M. — P m. 1.: aduersante. — Cod. Rhen. m. 2.: urbis.

9. *legati ab Clusinis ueniunt:* PM.

10. *traditur fama:* M. — P: tradit² fama.

12. *Alpes transisse:* P. — M: transsisse. — P m. 1.: possidisse.

13. *et inuexisse:* P. — M cod. Rhen.: *ut inuexisse.* C. Rhen. m. 2.: *at.*

— *Arruntem:* PM] Aruntem. Cf. 1, 34. 46. al. — P m. 1.: *ad* lucumone.

14. *cui tutor is fuerat ipse:* P cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. — M m. 1.: cui tutor*es* fuerat ipse. m. 2.: cui tutor fuerat ipse.

16. *poenae.* — P: expeti paene nisi. M m. 1.: expeti poenem | nisi. m. 2.: poena — nequiret. — M m. 1. P: nequirent.

transeuntibus Alpes ducem auctoremque Clusium oppugnandi fuisse. equidem haut abnuerim Clusium Gallos ab Arrunte seu quo alio Clusino adductos, sed eos qui oppugnaverint Clusium non fuisse qui primi Alpes transierint satis constat. 5 ducentis quippe annis ante quam Clusium oppugnarent urbemque Romam caperent in Italiam Galli transcenderunt, nec cum his primum Etruscorum sed multo ante cum his qui inter Appenninum Alpesque incolebant, saepe exercitus Gallici pugnaverunt. Tuscorum ante Romanum imperium 10 late terra marique opes patuere. mari supero inferoque, quibus Italia insulae modo cingitur, quantum potuerint nomina sunt argumento, quod alterum Tuscum communi vocabulo gentis alterum Atriaticum mare ab Atria Tuscorum colonia vocavere Italicae gentes, Graeci eadem Tyrrhenum 15 atque Adriaticum vocant. et in utrumque mare vergentes incoluere urbibus duodenis terras, prius cis Appenninum ad inferum mare, postea trans Appenninum totidem quot capita

1. *oppugnandi.* — M m. 1.: oppugnamdi. m. 2.: oppugnamdo. P: *oppugnando.*
2. *equidem aut abnuerim:* M. — PM: *ab Arrunte.*
7. *cum his qui inter Appenninum Alpesque incolebant:* PM] cum iis qui inter Apenninum cet. — P m. 1.: appenium. — Cf. 21, 58.: „digressus appennino" (Put. Colb.). 22, 1.: „conatus transcendere appenninum" (Put.). al.
9. *pugnauerunt:* M m. 1.] pugnavere (M m. 2. P). — M m. 1.: *pugnauert.*
— *ante romanum imperium:* P m. 2. M cod. Rhen. — P m. 1.: ante romanam imperium.
11. *quibus Italia insulae modo cingitur:* PM.
— *quantum potuerint:* M m. 1. P. — M m. 2.: quantum potuerint.
13. *alterum atriaticum mare ab atria:* M m. 1. P] alterum Adriaticum mare ab Adria. — M m. 2.: alterum adriaticum mare ab atria.
14. *Tyrrhenum.* — P: greci et eadem thyrrenum (m. 2.: thyrrhenum) atque adriaticum uocante in utrumq. cet. — M: grecia eadem thyrrenum atque adriaticum uocant.
15. *et in utrumque mare vergentes:* M cod. Rhen. Leid. al.] ii in utrumque cet. — P: uocante in.
16. *cis Appenninum:* M] cis Apenn. — P: cis appeninum.
17. *trans Appenninum:* PM] trans Apenn. — M: quod capita originis.

originis erant coloniis missis, quae trans Padum omnia loca excepto Venetorum angulo, qui sinum circumcolunt maris, usque ad Alpes tenuere. Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est, maxime Raetiis, quos loca ipsa efferarunt ne quid ex antiquo praeter sonum linguae nec eum incor- 5 ruptum retinerent.

XXXIV. De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus. Prisco Tarquinio Romae regnante Celtarum, quae pars Galliae tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit. ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit virtute fortuna- 10 que cum sua tum publica praepollens, quod in imperio eius Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit ut abundans multitudo vix regi videretur posse. hic magno natu ipse iam exonerare praegravante turba regnum cupiens Bellovesum ac Sigovesum sororis filios inpigros iuvenes missurum 15 se esse in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit: quantum ipsi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens

2. *excepto Venetorum angulo:* PM.

3. *Alpinis quoque ea gentibus haud dubie origo est:* PM: nisi quod P m. 1. M „dubiae".

4. *maxime Raetiis:* M Leid. 1.] maxime Raetis. — P Harl. 1. al.: maxime retiis. — Cf. Taciti Germ. 41.: in splendidissima Raetiae provinciae colonia.

5. *nec eum incorruptum:* PM rell. „und auch den nicht einmal unverfälscht". Cf. 23, 18.: ita primis repulsis Maharbal cum maiore robore virorum missus *nec ipse* eruptionem cohortium sustinuit: „doch auch er nicht einmal". 30, 42.: de his rebus interrogati Macedones cum perplexe responderent, *neque ipsi* mite responsum tulerunt. al.

7. *haec accepimus:* P m. 2. M. — P m. 1.: haec accipimus.

8. *quae pars Galliae tertia est:* P m. 2. M. — P m. 1.: gallicae.

11. *in imperio eius:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] imperio eius (recc. codd.). — P: ut *h*abundans. — P m. 1.: „uix regi uide*re*ntur posse". sed eadem m. 1. *n* expunctum est.

14. *exonerare:* M. — P: ex*h*onerare.

— *Bellouesum ac Sigouesum sororis filios inpigros iuuenes:* P m. 2. M. — P m. 1.: soscoris filios inpigros iuuenem. — Cf. 5, 35.

arcere advenientes posset. tum Segoveso sortibus dati Hercynei saltus, Belloveso haut paulo laetiorem in Italiam viam di dabant. is quod eius ex populis abundabat, Bituriges Arvernos Senones Aeduos Ambarros Carnutes Aulercos ex-
5 civit. profectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricastinos venit. Alpes inde oppositae erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem miror nulladum via — quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet — superatas. ibi cum velut saeptos montium al-

1. *tum Segoueso:* M m. 1. P] tum Sigoveso (M m. 2.). — P m. 1.: sortibus d*i*ti. m. 2.: *dati.*
— *hercynei saltus:* P] Hercynii saltus. — M Leid. r. al.: herci*nei* saltus.
2. *haut paulo laetiorem in Italiam uiam di dabant:* PM] haud paullo laetiorem in Italiam viam dii dabant. — M: haud.
3. *quod eius ex populis abundabat:* PM cod. Rhen. al. — *Eius* nec ad *Ambigatum* cum Rhenano nec ad *numerum hominum* cum Iac. Gronovio referre velim. *Quod eius generis* hominum esset, qui iter secum facere vellent novasque spectare sedes, ad se arcessivit. referri igitur hoc pronomen potest ad *praegravantem turbam*, cuius modo mentionem L. fecerat. Cf. Corn. Nep. Milt. 1.: „cuius generis cum magnus numerus esset et multi eius demigrationis peterent societatem" cet. I. Fr. Gron. malebat cum recc. quibusdam codd. scribere „quod ea gens populis abundabat".
4. *Aruernos Senones:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: Aruennos. Cf. Caes. b. Gall. 1, 45. — Loco *Senonum*, qui ad Sequanam et Matronam habitabant, scribi malebat Sigonius *Santones*, quorum sedes prope Garumnam erant, ne qui cum Belloveso iter fecissent, iidem cap. seq. dicerentur recentissimi advenarum in Italiam descendisse. verum quamquam populis supra memoratis Bellovesus persuadere studuerat ut secum demigrarent, tamen non una omnes cum eo profecti videri possunt sed alia agmina alia secuta esse, qui omnium illarum ex sedibus suis migrantium gentium mos erat. — M: sambarros.
5. *in Tricostinos.* — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: *in tricaspinos.* Cf. 21, 31.: „in Tricastinos flexit" (Colb. Medic.). — P m. 1. *ae*quitumq.
7. *quod quidem continens memoria sit:* PM. — M m. 1.: *hercule.* m. 2.: hercul.
9. *ibi cum:* P. — M: superatas sibi cum. — P: *saeptos.*

titudo teneret Gallos circumspectarentque quanam per iuncta caelo iuga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit quod adlatum est advenas quaerentes agrum ab Saluvium gente oppugnari. Massilienses erant ii navibus a Phocaea profecti. id Galli fortunae suae omen rati adiu- 5 vere, ut quem primum in terram egressi occupaverant locum patentibus silvis communirent, ipsi per Taurinos sal-

2. *in alium orbem terrarum transirent:* P. — M: in alium orbem sirent. — PM: *adlatum est:* quamquam alius semper fere *allatum:* cf. in prooemio „allaturos" (PM).

4. *ab Saluuium gente*] ab Salyum gente. — Harl. I.: *saluuiorum.* Cod. Rhen.: *saluium.* PM: *saluum.* Simili diversitate scriptum est 5, 35. in P Harl. I. „salluuli", in L. I. „saluuii", in M „salluii": nec ullum mendum saepius factum videmus quam ut ex litteris bis scribendis altera modo poneretur. Cum igitur apud Plinium 5, 3. in optt. libris repertum sit „Ligurum celeberrimi ultra Alpes *Salui*" cet., et ibi *Saluui* restituendum censemus. ita enim apud eundem 3, 4. in praestantissimo cod. Chiffl. scriptum est „Aquae Sextiae *Saluuiorum*", quamvis in aliis et bonis libris „Salluuiorum". Nec tamen dubitaremus apud Livium priore loco cum PM scribere „ab saluum gente", nisi in omnium optimo libro „saluium" (cf. 1, 43.), et in Harl. I. „saluuiorum" esset. utroque enim modo huius gentis nomen apud antiquos scriptores reperiri vel ex Strabone videre licet, a quo 4, 1. οἱ Σάλυες commemorantur, quamquam hic scriptor in nominibus propriis nonnumquam a Polybio et Livio dissentit. Eodem librariorum errore, quem supra deprehendimus, etiam 21, 26. et in Colb. et in Medic. (in Put. cap. 22—29. libri XXI. perierunt) scriptum est „*et inde saluium montis*" pro *Saluuium.*

5. *a Phocaea:* Harl. I. — P: massilienses erant in nauibus a phocea profecti. M: massilienses erant ii nauibus aphoice | profecti. — PM: *id Galli fortunae suae omen rati:* quod et ipsi novas sedes spectabant.

7. *patentibus siluis:* PM rell. h. e. ubi loca patentiora (nec silvosa) urbi condendae oportuna videbantur. totam illam Massiliae oram Strabo 4, 1. etiam saxosam dicit. Cf. apud Liv. 21, 25. — Hadr. Valesius scribendum coniecit „patientibus Saluis" aut „Salyis".

— *ipsi per Taurinos saltusque Graios Alpis transcenderunt:* ex coni. m.] ipsi per

tusque Graios Alpis transcenderunt, fusisque acie
haud procul Ticeno flumine, cum in quo consederant

Taurinos saltusque invios Alpes transcenderunt. — Duo inprimis itinera fuisse, quibus Galli ex ea regione Alpes transcendere potuerint, apud Strabonem et Plinium legimus: Plinius enim 3, 17. 21. scribit: „dein Salassorum Augusta Praetoria iuxta geminas Alpium fores, *Graias atque Peninas*: his Poenos, Graiis Herculem transisse memorant". Strabo 4, 6.: τῶν δ' ὑπερδίσεων τῶν ἐκ τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν ἔξω Κελτικὴν καὶ τὴν προσάρκτιον; ἡ διὰ Σαλασσῶν ἐστιν ἄγουσα ἐπὶ Λούγδουνον· διττὴ δ' ἐστίν· ἡ μὲν ἁμαξευόσθαι δυναμένη διὰ μήκους πλείονος, ἡ διὰ Κεντρώνων· ἡ δὲ θερεία καὶ στενή, σύντομος δέ, ἡ διὰ τοῦ Ποινίνου κ. τ. λ. Atque ita Corn. Nep. Hann. 3.: „ad Alpes posteaquam venit, quae Italiam ab Gallia seiungunt, quas nemo umquam cum exercitu ante eum praeter Herculem Graium transierat — *quo facto is hodie saltus Graius appellatur*" cet. Per hos duos saltus et Graios et Poeninos Gallorum agmina Alpes transgressa esse dicit Livius: paulo post enim (c. 35.) Poenini alterius transitus mentionem facit. Quae cum ita sint, *saltusque Graios* h. l. restituendum esse censeo. ad *saltus* enim nomen pr adiectum fuisse et loc docere videtur et id manuscriptis reperitur. M (Leid. 1. al.) est que iuliae alpis (m. 2. transcendeī". in P que iuliae alte alpis tu derunt". in Harl. 1. que iuriae alpis tran runt". Verum Alpes I Pannoniam non in ducunt. eo quidem Harl. 1. est, coniectu possit, scriptum fuiss tusque Iurae": quem et Caesar b. Gall. 1, 2 tissimum dicit. ver mons Iura nimis ab ho itu abest, praesertim cu Massilia venerint. Nu Livii aetate ille Grain altero etiam Iulii nomi cupatus fuerit, equide pertum non habeo, cu antiquos scriptores n de hoc quidquam videri in eadem Harleiani 1. l etiam id quod scripsimu *ios* latere potest: p vero nomina propria optt. libris depravata errantibus librariis et quinque libris satis c potest. Denique *alte*, in P est, ex sequente *al* ortum videtur.

2. *Ticeno flumine*: PM] flumine.

Insubrium appellari audissent — cognomine Insubribus pago Heduorum — ibi omen sequentes loci condidere urbem, Mediolanium appellarunt.

XXXV. Alia subinde manus Cenomanorum Elytovio duce vestigia priorum secuta eodem saltu favente Belloviso 5 cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt — locos tenuere Libui — considunt: post hos Salu-

1. *pago Heduorum:* P] pago Aeduorum. — M: pago haduorum. Cf. Plin. 17, 8. — P m. 2. M: *ibi omen sequentes loci.* P m. 1.: ibi omnem sequentes cet.

3. *Mediolanium appellarunt:* PM cod. Rhen. Harl. 1.] Mediolanum app. — 34, 46. in Bamb. scriptum est *Mediolanum.* nec aliter Polyb. 2, 34. al.: Μεδιόλανον, sed apud Strabonem 5, 1.: Ἰνσουβροι δὲ καὶ νῦν εἰσί· Μεδιολάνιον δ' ἔσχον μητρόπολιν, κάλαι μὲν κώμην κ. τ. λ. Polybio haec gens appellata est οἱ Ἰσομβρες.

4. *manus Cenomanorum:* ex coni. Glareani. — PM rell.: *manus Germanorum.* — Cf. Caes. b. Gall. 7, 75.: Aulerci Cenomani. Plin. 4, 18.: Cenomanni. 3, 19.: Coloniae Cremona Brixia Cenomanorum agro. Liv. 32, 30.: inde mittendo in vicos Cenomanorum Brixiamque quod caput gentis erat. 21, 55.

— *Elytouio duce:* P] Elitovio duce. — M: etytouio. Cod. Rhen.: etitouio. Harl. 1.: ettouio.

5. *Bellouiso:* P] Belloveso. — M: belouiso. m. 2.: belouieso. — PM: cum transcendisset alpes ubi nunc brixia ac verona urbes sunt locos tenuere libui considunt.

7. *post hos Saluuii, qui — praeter antiquam gentem Laeuos — Ligures incolentes circa Ticinum amnem expulere*] post hos Salluvii prope antiquam gentem Laevos Ligures, incolentes circa Ticinum amnem. — Ad hunc locum difficilem emendandum non in eo quod vel in optimo codice scriptum est, adquiescendum erat. Primo scripsimus ex Leid. 1. *post hos saluuii* (scil. secuti sunt), ratione eius quod c. 34. de Saluviorum gente diximus habita. In P Harl. 1. cod. Rhen. est „post hos salluuii", in M „post hos salluii". dein recepimus ex cod. Rhen. „*qui praeter antiquam gentem laeuos*", cum in M esset „*qui* prote (m. 2.: protē) antiquam gentem leuos", in P „*qui* prope antiquam gentem laeuos". Cf. 33, 37. ubi eorundem Laevorum mentio fit: „Pado repente navibus traiecto Laevos Libuesque cum

vii, qui — praeter antiquam gentem Laevos — Ligures incolentes circa Ticinum amnem expulere. Poeninon deinde Boii Lingonesque transgressi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos
5 modo sed etiam Umbros agro pellunt: intra Appenninum tamen sese tenuere. tum Senones recentissimi advenarum ab Utente flumine usque ad Aesim fines habuere. hanc gentem Clusium Romamque inde venisse conperio: id parum certum est, solamne an ab omnibus Cisalpinorum Gal-
10 lorum populis adiutam. Clusini novo bello exterriti cum multitudinem cum formas hominum invisitatas cernerent et genus armorum audirentque saepe ab is cis Padum ultra-

pervastassent, redeuntes inde per Ligurum extremos fines cum agresti praeda in agmen incidunt Romanum". Quae sequuntur „*Ligures incolentes circa Ticinum amnem*" et in PM sunt et videntur in rell. fuisse. *incolentes* vero non ad *Saluvii* sed ad *Ligures* referri debere, perspicuum videtur. Postremo recepimus ex Haverc. *expulere*, quod, haut scio an propter sequens nomen *poeninon*, omissum erat in rell. bonis libris. haud raro enim evenisse ut vel in optt. libris aliquid excideret, ad T. Livi librum p. XLIX. VI. ostendimus. nam licet ex antecedente loco suppleverimus *considunt*, tamen aliquid duri in hoc loco remanebit, praeterquam quod *qui* suo verbo carere non posse videtur. nec hanc periodum cum sequente, id quod I. Fr. Gron. voluit, non propter unam causam coniungendam esse, facile est intellectu.

2. *Poeninon deinde:* cod. Rhen.] Penino deinde. Cf. 5, 34.: „ipsi per Taurinos" cet. *Poeninum* etiam 21, 38. in optt. libris scriptum est. cf. Strabo 4, 6. — M: pōeni. non de indebo ii lingonesque. P: paeni non deinde bii (m. 2.: boii) lingonesque.

5. *agro pellunt:* P m. 2. M. — — P m. 1.: agros pellunt. — PM: *intra appenninum.*

7. *ab Utente flumine usque ad Aesim:* PM. — Harl. 1.: *Athesim:* sed in hoc libro excidérat *ad.*

9. *Cisalpinorum:* M m. 2. P. — M m. 1.: *a*cisalpinorum.

11. *inuisitatas:* P m. 1. M. — P m. 2.: inusitatas. Cf. 4, 33. — P m. 1.: *a*rdirentq. m. 2.: audirentq.

12. *saepe ab is:* P m. 1. M m. 1.] saepe ab his (P m. 2. M m. 2.). — P m. 1.: fasas. m. 2.: fusas. — PM: *aduersus pr̄.* in M etiam *m* scriptum est supra *p.*

que legiones Etruscorum fusas, quamquam adversus Romanos nullum eis ius societatis amicitiaeve erat nisi quod Veientes consanguineos adversus populum Romanum non defendissent, legatos Romam qui auxilium ab senatu peterent misere. de auxilio nihil impetratum: legati tres M. Fabi 5 Ambusti filii missi qui senatus populique Romani nomine agerent cum Gallis, ne a quibus nullam iniuriam accepissent, socios populi Romani atque amicos oppugnarent. Romanis eos bello quoque si res cogat tuendos esse, sed melius visum bellum ipsum amoveri si posset, et Gallos no- 10 vam gentem pace potius cognosci quam armis.

XXXVI. Mitis legatio, ni praeferoces legatos Gallisque magis quam Romanis similes habuisset. quibus, postquam mandata ediderunt in concilio Gallorum, datur responsum, etsi novum nomen audiant Romanorum, tamen credere vi- 15 ros fortes esse quorum auxilium a Clusinis in re trepida sit inploratum: et quoniam legatione adversus se maluerint quam armis tueri socios, ne se quidem pacem quam illi adferant aspernari, si Gallis egentibus agro, quem latius possideant quam colant Clusini, partem finium concedant: ali- 20 ter pacem impetrari non posse, et responsum coram Romanis accipere velle, et si negetur ager, coram hisdem Ro-

5. *legati tres.* Cf. 5, 36.: „tres nobilissimi fortissimique romanae iuuentutis. In PM cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. excidit *tres* sine dubio propter sequens *m.* — PM: „legati. m̃. fabi abusti filii". M m. 2.: fabii.

6. *senatus populique romani.* — PM: *senatus pr̃.* h. e. „senatus populi romani" haud scio an vere hoc loco: „im Namen des Senates des Römischen Volkes". — PM: *socios pr̃.* in M etiam *i* supra scriptum est. — M m. 1.: sed melium uisum.

11. *cognosci:* P. — M: *cognosce.* dein paulo recentiore manu „cognoscendā".

16. *in re trepida sit inploratum:* M. — P m. 1.: in re tredpida sit inploratum et q̃m legationem. — P m. 1. M Harl. 1. Leid. 1.: maluerit. P m. 2.: *maluerint.*

22. *accipere uelle:* M cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. — P: *se* accipere uelle.

— *coram hisdem romanis:* PM] coram iisdem Romanis. — Haud raro ita *hic idem* contracta sunt, ubi contrahi p erant. 3, 68. L. etiam „l

manis dimicaturos, ut nuntiare domum possent quantum Galli virtute ceteros mortales praestarent. quodnam id ius esset agrum a possessoribus petere aut minari arma Romanis quaerentibus, et quid in Etruria rei Gallis esset, cum
5 illi se in armis ius ferre et omnia fortium virorum esse ferociter dicerent, accensis utrimque animis ad arma discurritur et proelium conseritur. ibi — iam urgentibus Romanam urbem fatis — legati contra ius gentium arma capiunt. nec id clam esse potuit, cum ante signa Etruscorum tres
10 nobilissimi fortissimique Romanae iuventutis pugnarent: tantum eminebat peregrina virtus: quin etiam Q. Fabius evectus extra aciem equo ducem Gallorum ferociter in ipsa signa Etruscorum incursantem per latus transfixum hasta occidit: spoliaque eius legentem Galli agnovere perque totam
15 aciem Romanum legatum esse signum datum est. omissa inde in Clusinos ira receptui canunt minantes Romanis. erant qui extemplo Romam eundum censerent: vicere seniores, ut legati prius mitterentur questum iniurias postulatumque ut pro iure gentium violato Fabii dederentur. le-
20 gati Gallorum cum ea sic ut erant mandata exposuissent, senatui nec factum placebat Fabiorum et ius postulare barbari videbantur: sed ne id quod placebat decerneret in tantae nobilitatis viris ambitio obstabat. itaque ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptae, cognitionem

dem istis ferocibus animis" scripsit, solebat enim ad orationis vim augendam pluribus interdum pronominibus uti. cf. 5, 25.: „hoc idem": al. — PM: *ut nuntiare domum possent.*

6. *accensis utrimque animis:* PM. — M: animis *praelium* ad arma disc. cet. — P m. 1.: ius gentius. m. 2.: gentiũ.

13. *incursantem:* P m. 2. M. — P m. 1.: incursantes. — M m. 1.: acnouere.

18. *postulatumque:* P m. 2. M — P m. 1.: postulatum. — P: cum eas sicut erant.

22. *decerneret:* PM rell.] decerrent (I. Fr. Gron.). — P: quod placebant.

24. *acceptae:* PM rell. — Tam Faber malebat „accipiendae": quod L. non scripsit, ne dicere videretur illos iam tam cladem imminentem ante oculos habuisse.

de postulatis Gallorum ad populum reiciunt: ubi tanto plus gratia adque opes valuere, ut quorum de poena agebatur, tribuni militum consulari potestate in insequentem annum crearentur. quo facto haud secus quam dignum erat infensi Galli bellum propalam minantes ad suos redeunt. tribuni militum cum tribus Fabiis creati Q. Sulpicius Longus Q. Servilius quarto Ser. Cornelius Maluginensis.

XXXVII. Cum tanta moles mali instaret — adeo obcaecat animos fortuna, ubi vim suam ingruentem refringi non vult — civitas quae adversus Fidenatem ac Veientem hostem aliosque finitimos populos ultima experiens auxilia dictatorem multis tempestatibus dixisset, ea tunc invisitato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque ultimis oris bellum ciente nihil extraordinari imperi aut auxilii quaesivit. tribuni quorum temeritate bellum contractum erat, summae rerum praeerant, dilectumque nihilo accuratiorem quam ad

1. *ubi tanto plus gratia adque opes ualuere:* M. — P: atque.
3. *tr̄. mil. consulari potestate:* M. — P: tr̄. p̄l. consulari potestate. — PM cod. Rhen. al.: *in insequentem annum.*
4. *infensi:* PM rell. — Dukerus malebat *incensi.*
5. *tr̄. mil. cum tribus fabiis creati:* M. — P: tr. pl. cum tribus cet.
6. *Q. Sulpicius Longus Q. Seruilius quarto:* PM. — Bekk.: *quartum.*
7. *Ser. Cornelius Maluginensis:* Sigonius. — PM: „p̄. seruilius maluginensis". Sic scriptum est 5, 47. in PM „publius sulpicius", cum „quintus sulpicius" scribendum fuerit. sic 30, 1. in optt. quibusque libris „cn. seruilius cos.", cum integrum videatur fuisse „cn. seruilius et c. seruilius coss". al.
8. *adeo obcaecat animos fortuna ubi uim suam ingruentem refringi non uult:* PM. — Harl. I. al.: restringi.
11. *ultima experiens auxilia:* P m. 2. — P m. 1. M: ultime experiens auxilia. — P m. 1. M: *inuisitato.* P m. 2.: inusitato.
14. *nihil extraordinari imperi aut auxilii:* M m. 1. P. — In M est m. 2. alterum *i* adiectum. — In Harl. I. omissum est *aut.* Num librarius voluerit „auxilii*que*"?
16. *dilectumque nihilo accuratiorem:* PM. — Harl. I. et recc. quidam: „qui delectum (?) quoque nihilo accuratiorem". — Harl. I.: „haberi adlicitus erat".

media bella haberi solitus erat extenuantes etiam famam belli habebant. interim Galli postquam acceperę ultro honorem habitum violatoribus iuris humani elusamque legationem suam esse, flagrantes ira — cuius inpotens est gens — confestim signis convulsis citato agmine iter ingrediuntur. ad quorum praetereuntium raptim tumultum cum exterritae urbes ad arma concurrerent fugaque agrestium fieret, Romam se ire magno clamore significabant, quacumque ibant equis virisque longe ac late fuso agmine inmensum obtinentes loci. sed antecedente fama nuntiisque Clusinorum deinceps inde aliorum populorum plurimum terroris Romam celeritas hostium tulit, quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto aegre ad undecimum lapidem occursum est, qua flumen Allia Crustumiinis montibus praealto defluens alveo haud multum infra viam Tiberino amni miscetur. iam omnia contra circaque hostium plena erant, et nata in vanos tumultus gens truci cantu clamoribusque variis horrendo cuncta conpleverant sono.

XXXVIII. Ibi tribuni militum non loco castris ante capto non praemunito vallo quo receptus esset, non deorum saltem si non hominum memores nec auspicato nec litato instruunt aciem diductam in cornua, ne circumveniri multitudine hostium possent. nec tamen aequari frontes pot-

4. *cuius inpotens est gens:* PM cod. Rhen.

9. *inmensum obtinentes loci:* PM. — Recc. codd.: inmensa obtinentes loca.

11. *plurimum terroris:* PM. — Leid. 1. al.: primum terroris. — P m. 1.: caeleitas. m. 2.: caeleritas.

13. *ad XI lapidem:* P. — M: aegre adpidem occursum est.

14. *qua flumen Allia:* M cod. Rhen.] qua flumen Alia (P). — P m. 1.: crustumi*nus*. m. 2.: nis. — PM: tiberino amni misce*n*tur. P m. 2: miscetur.

16. *in uanos tumultus:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: in uanos tumultos.

19. *ibi tr. mil. non loco:* PM. — P m. 1.: non de*e*orum saltem. — P m. 1.: intruunt aciem. — M m. 1. P: *diductam.* M m. 2.: *de*ductam. Cf. 31, 21.: „extenuatam mediam diductis cornibus aciem". al.

23. *nec tamen aequari frontes poterant:* M. — P: nec tamen aequari fortes poterant.

erant, cum extenuando infirmam et vix cohaerentem mediam aciem haberent. paulum erat ab dextera editi loci quem subsidiariis repleri placuit, eaque res ut initium pavoris ac fugae sic una salus fugientibus fuit. nam Brennus regulus Gallorum in paucitate hostium artem maxime timens, ratus ad id captum superiorem locum ut, ubi Galli cum acie legionum recta fronte concucurrissent, subsidia in aversos transversosque impetum darent, ad subsidiarios signa convertit, si eos loco depulisset haud dubius facilem in aequo campi tantum superanti multitudine victoriam fore. adeo non fortuna modo sed ratio etiam cum barbaris stabat. in altera acie nihil simile Romanis non apud duces non apud milites erat: pavor fugaque occupaverat animos et tanta omnium oblivio ut multo maior pars Veios in hostium urbem, cum Tiberis arceret, quam recto itinere Romam ad coniuges ac liberos fugerent. parumper subsidiarios tutatus est locus: in reliqua acie simul est clamor proximis ab latere ultimis ab tergo auditus, ignotum hostem prius paene quam viderent, non modo non temptato certamine sed ne clamore quidem reddito integri intactique fugerunt. nec ulla caedes pugnantium fuit: terga caesa suo-

2. *paulum erat ab dextera editi loci:* PM] paullum erat ab dextra cet.

6. *ratus ad id captum:* P m. 2. M. — P m. 1.: captus. — P m. 1.: ut ibi. — M: cum acie relionum recta fronte concucurrissent. P: concurrissent.

10. *superanti multitudini:* P Harl. 1. — M m. 1.: superanti multitudine euictoriam fore. m. 2.: superante multitudine uictoriam fore.

14. *tanta omnium obliuio:* I. Fr. Gron. — PM rell.: *tanta hominum obliuio.* Cf. 3, 54.: ingenti hominum laetitia.

17. *tutatus est locus:* M m. 2. P. — M m. 1.: tutatos. — P m. 1. M: *proximis ab latere ultimis ab tergo.* P m. 2.: *proximus* et *ultimus.*

19. *prius paene quam uiderent:* P m. 2. — P m. 1. M: prius poene. — PM: „*non modo non* temptato certamine *sed ne* clamore *quidem* reddito". cf. 4, 3.: „non modo non patricium sed ne civem quidem romanum". al.

21. *nec ulla cedes pugnantium fuit:* M m. 2. — M m. 1.: ne ulla cedes. P: ne ulla caedes cet.

met ipsorum certamine in turba inpedientium fugam. circa ripam Tiberis quo armis abiectis totum sinistrum cornu defugit, magna strages facta est, multosque inperitos nandi aut invalidos graves loricis aliisque tegminibus hausere gur-
5 gites. maxima tamen pars incolumis Veios perfugit, unde non modo praesidii quicquam sed ne nuntius quidem cladis Romam est missus. ab dextro cornu quod procul a flumine et magis sub monte steterat, Romam omnes petiere et ne clausis quidem portis urbis in arcem confugerunt.

10 XXXIX. Gallos quoque velut obstupefactos miraculum victoriae tam repentinae tenuit. et ipsi pavore defixi primum steterunt velut ignari quid accidisset, deinde insidias vereri, postremo caesorum spolia legere armorumque cumulos ut mos eis est coacervare. tum demum postquam
15 nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi haud multo ante solis occasum ad urbem Romam perveniunt. ubi cum praegressi equites non portas clausas non stationem pro portis excubare non armatos esse in muris rettulissent, aliut priori simile miraculum eos sustinuit, noctemque veriti et
20 ignotae situm urbis inter Romam adque Anienem consedere exploratoribus missis circa moenia aliasque portas, quaenam hostibus in perdita re consilia essent. Romani, cum pars

1. *inpedientium:* M. — P: inpendientium.
3. *magna strages facta est:* P m. 2. M. m. 2. — P m. 1. M m. 1.: magnas strages cet.
5. *unde non modo praesidii quicquam:* PM.
7. *quod procul a flumine.* — P: „quod procul a fluminis et magnis sib monte steterat". m. 2.: magis. — M: „quod proco | pul a flumine et magis sub montes steterat". An *sub montes* integrum sit dubito, quamvis littera *s* sequens verbum incipere videam. cf. 1, 53.: „sub romana moenia bellum transferatur". 6, 39.: „in aciem stare". al. — M: et nec clausis quidem.
16. *ubi cum praegressi equites:* PM. — Harl. 1.: „ubi praegressi equites" cet. — M: *rettulissent.* P: retulissent aliut. m. 2.: aliud.
20. *inter Romam adque Anienem consedere:* P m. 1. — P m. 2.: atque. M: inter romam atque enientem consedere.
22. *Romani cum pars maior ex acie ueios petissent quam romam nemo superesse quem-*

maior ex acie Veios petisset quam Romam, nemo superesse quemquam praeter eos qui Romam refugerant crederent, conplorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis inpleverunt. privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nuntiatum est. mox 5 ululatus cantusque dissonos vagantibus circa moenia turmatim barbaris audiebant. omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem iam in urbem futurus videretur impetus, primo adventus, quia ac-

quam praeter eos qui romam refugerant crederent cet.: PM cod. Rhen. Harl. I. Leid. I. al.] Romani, cum pars maior ex acie Veios petisset, nemo superesse quemquam praeter eos qui Romam refugerant crederet cet. — *Romani* h. l. non ita ut 30, 3.: „pars maior auctores sunt" cum *maior pars* coniungendum esse, vel numerus verbi *petisset* videtur docere. Ad „nemo crederent" cf. 3, 40.: „cum *nemo* — controversiam *fecerint*". — Verba „quam Romam", cum in recentiore suo libro non videret, deleri voluerat Sigonius. — PM: „*conplorati omnes pariter uiui mortuique totam prope urbem lamentis inpleuerunt*". P m. 1.: inpleuerent.

9. *primo aduentus:* M m. 1. P Leid. I. al.] primo adventu quo accesserant cet. — *Adventus*, quod in optimis libris reperitur, integerrimum est et pertinet tamquam subiectum ad „tenuit animos suspensos". sed haec interpretatio huius loci quamquam per se facillima, verbis interiectis „ita ut identidem iam in urbem futurus videretur impetus" difficilior quodam modo reddita est; qua re et in M manu altera et in aliis scriptis libris ex *aduentus* factum videmus *aduentu*. *Quia* et ipsi quidem scripsimus, cum in omnibus codd. esset *qui;* quamquam a Livio scriptum esse *quoniam* arbitramur: sic enim saepe *ui* et *m* inter se permutata et *qm̄* scribi solitum esse in antiquis libris pro *quoniam* notum est. cf. de huius coniunctionis sensu Festus. „Von da an versetzte die ganze Zeit hindurch die Gemüther in aufgeregte Spannung — so dass sie jeden Augenblick glaubten die Feinde würden nun einrücken — gleich zuerst die Ankunft derselben, weil sie ja an die Stadt herangerückt waren: — denn hätten sie diese Absicht nicht gehabt, so würden sie an der Alia geblieben sein: — dann wieder glaubten sie, als sich die Sonne zum Untergang neigte" u. s. w. Quod hunc

cesserant ad urbem — mansuros enim ad Aliam fuisse nisi hoc consilii foret —: deinde sub occasum solis, quia haud multum diei supererat, ante noctem rati se invasuros, tum in noctem dilatum consilium esse quo plus pavoris inferrent: postremo lux adpropinquans exanimare: timorique perpetuo ipsum malum continens fuit, cum signa infesta portis sunt inlata. nequaquam tamen ea nocte neque insequenti die similis illi quae ad Aliam tam pavide fugerat, civitas fuit. nam cum defendi urbem posse tam parva relicta manu spes nulla esset, placuit cum coniugibus ac liberis iuventutem militarem senatusque robur in arcem Capitoliumque concedere armisque et frumento conlato, ex loco inde munito deos hominesque et Romanum nomen defendere: flaminem sacerdotesque Vestales sacra publica a caede ab incendiis procul auferre, nec ante deseri cultum eorum quam non superessent qui colerent. si arx Capitoliumque sedes deorum, si senatus caput publici consilii, si militaris iuventus superfuerit inminenti ruinae urbis, facilem iacturam esse

sequentem locum attinet, cum non sit consentaneum Romanos Gallorum impetum *ante noctem* veritos esse, *quia haud multum diei supererat* — non *quia* sed *quamquam haud multum diei supererat* a Livio scriptum esse puto, nisi forte mutato loco fuerat „deinde sub occasum solis ante noctem rati se invasuros: tum, *quia haud multum diei supererat*, in noctem dilatum consilium esse quo plus pavoris inferrent". Facile vero ita errari potuisse ex eo coniicere licet, quod haud raro integri versus in antiquissimis libris a librariis praetermissi, deinde vel antiqua vel recentiore manu in margine adscripti non suo semper iustoque loco interpositi sunt. — M: sub occa*ss*um solis. — M: tum in nocte dilatum consilio (m. 2.: consiliū) esse. — PM: *ad Aliam.*

5. *postremo lux adpropinquans exanimare:* M et P in marg. — P: examinare. — M m. 1.: timori*s*que.

7. *neque insequenti die similis illi quae:* P. — M: dies similis. — P m. 1.: fugerant. — P: nam cum defendi urbem posse. — PM: *ad Aliam.*

11. *in arcem capitoliumque concedere:* PM. — Harl. 1.: „concendere". Recc. codd.: „conscendere".

12. *conlato:* Voss. 1. al.] collatis. — PM: conlata.

18. *inminenti ruinae urbis:* P

seniorum relictae in urbe utique perituraе turbae. et quo id aequiore animo de plebe multitudo ferret, senes triumphales consularesque simul se cum illis palam dicere obituros nec his corporibus, quibus non arma ferre non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armatorum. 5

XL. Haec inter seniores morti destinatos iactata solacia. versae inde adhortationes ad agmen iuvenum, quos in Capitolium atque in arcem prosequebantur, commendantes virtuti eorum iuventaeque urbis per trecentos sexaginta annos omnibus bellis victricis quaecumque reliqua esset fortuna. digredientibus qui spem omnem atque opem secum erebant, ab his qui captae urbis non superesse statuerant exitio, cum ipsa res speciesque miserabilis erat, tum muliebris fletus et concursatio incerta nunc hos nunc illos sequentium rogitantiumque viros natosque cui se fato darent, 10 15 nihil quod humanis superesset malis relinquebant. magna pars tamen earum in arcem suos persecutae sunt nec pro-

m. 2. M. — P m. 1.: imminente.

1. *relictae in urbe utique perituraе turbae:* PM. — Harl. 1.: peritura.

2. *multitudo ferret:* M m. 2. P. — M m. 1.: ferre.

6. *solacia:* PM] solatia. — Utroque modo hoc nomen in antiquis libris scriptum reperitur. cf. 25, 16.: „egregium solacium" (Put.). al.

9. *iuuentaeque urbis:* P. — M: iuuentaeque urbes.

— *per trecentos sexaginta annos:* PM. — Cf. 5, 54. ubi Camillus: „trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis, Quirites, agitur" cet.

10. *quecumque reliqua esset fortuna:* P] quaecunque reliqua esset, fortunam. — M: quaecumque reliques | sent fortuna. — *Fortuna* etiam in omnibus Drak. codicibus videtur fuisse.

12. *ab his qui:* PM] ab iis qui.

13. *cum ipsa res speciesque miserabilis erat:* P. — M: cum ipsa respeciesq. miserabilis erat tum muliebris fletus et concursatio incerta *nunc* | illos sequentium cet.

15. *rogitantiumque:* M cod. Rhen. Harl. 1. Leid. 1. al. — P al.: rogantiumque.

17. *persecutae sunt:* PM cod. Rhen. al.] prosecutae sunt. — Non enim *prosequebantur* („begleiteten") modo viros usque ad arcem, sed *persequebantur* in arcem („flüchteten sich mit ihnen auf die Burg"). — P: psecute s̄. M: persecute sunt.

hibente ullo nec vocante, quia quod utile obsessis a
nuendam inbellem multitudinem id parum humanum
alia maxime plebis turba, quam nec capere tam ex
collis nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex
5 effusa velut agmine iam uno petiit Ianiculum. inde pa
agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas, sine ullo du
consensu suam quisque spem sua consilia communib
ploratis exsequentes. flamen interim Quirinalis virgin
Vestales omissa rerum suarum cura, quae sacrorum
10 ferenda, quae — quia vires ad omnia ferenda deera
relinquenda essent consultantes, quisve ea locus fide
servaturus custodia esset, optimum ducunt condita i
liolis sacello proximo aedibus flaminis Quirinalis —
nunc despui religio est — defodere: cetera inter se
15 partito ferunt via quae sublicio ponte ducit ad Ianic
in eo clivo eas cum L. Albinius de plebe Romana
conspexisset plaustro coniugem ac liberos habens inte

2. *inbellem.* — P: inbellum. M m. 1.: inbelle *m*ultitudinem. m. 2.: inbello.

4. *in tanta inopia frumenti:* PM.

6. *sine ullo duce:* P m. 2. M. — P m. 1.: sine uno duce.

8. *flamen:* P m. 2. M. — P m. 1.: flamem.

9. *omissa rerum suarum cura:* P m. 2. — P m. 1.: omisa. M: omissam rerum suarum curā. — M: relinquenda esse consultantes. — P: quisue eae locus. m. 2.: quisue ea locus. — M m. 1.: adseruaturos.

12. *in doliolis:* PM. Cf. Varro 5, 157.: „locus qui vocatur Doliola ad cluacam maxumam, ubi non licet despuere, a doliolis sub terra. eorum duae traditae historiae, quod alii inesse aiunt ossa cada alii Numae Pompilii re quaedam post mortem e fossa".

14. *cetera inter se onere tito feruntur uia:* PM Rhen. Harl. 1. Leid. 1. videtur ortum ex seque litteris *ui*, sicut 5, 41. in „capiebant*ur urbem*" pr piebant". — In P videt 1. fuisse *onera.* — P sublicio pote.

16. *L. Albinius de plebe* PM. — Harl. 1. Leid. L. Albinus.

17. *ac liberos habens:* PM Leid. 1. al.] ac liberos (Voss. 1.). — P: coniu liberos habens. inter ce urbem quae inutilis bello accedebat (m. 2.: exced

teram turbam quae inutilis bello urbe excedebat — salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum — inreligiosum ratus sacerdotes publicos sacraque populi Romani pedibus ire ferrique, se ac suos in vehiculo conspici, descendere uxorem ac pueros iussit, virgines sacraque in plaustrum inposuit et Caere, quo iter sacerdotibus erat, pervexit. 5

XLI. Romae interim satis iam omnibus ut in tali re ad tuendam arcem compositis turba seniorum domos regressa adventum hostium obstinato ad mortem animo expectabat. qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunae pristinae honorumque aut virtutis insignibus morerentur, quae angustissima vestis est tensas ducentibus triumphantibusve ea vestiti medio aedium eburnis sellis sedere. sunt qui M. Fabio pontifice maximo praefante carmen devovisse eos se pro patria Quiritibusque Romanis tradant. Galli, et quia interposita nocte a contentione pugnae remiserant animos et quod nec in acie ancipiti usquam certaverant proelio nec tum impetu aut vi capiebant urbem, sine ira sine ardore animorum ingressi postero die urbem patente Collina porta in forum perveniunt circumferentes oculos ad templa deum 10 15 20

3. *sacraque pir.:* P. — M: sacraque pr̄.
6. *inposuit et Caere:* M. — P: inposuit et caerae quo iter sacerdotibus erat peruixit. m. 2.: puexit.
8. *ad tuendam:* P m. 2. M. — P m. 1.: at tuendam.
12. *tensas:* M m. 1. P. — M m. 2.: tensa ducentibus triumfantibusue.
13. *eburnis sellis:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] eburneis sellis. Cf. 30, 15.: sella curuli et scipione eburno (Put. m. 1. Colb. Bamb.). al.
— *sunt qui M. Fabio pontifice maximo:* P. — M: „sunt qui. m̄. filio pontifice" cet. dein manu recentiore „sunt qui. m̄. flauio pontifice.
14. *praefante carmen:* PM rell. — P in margine: „praeeunte": forsitan integrum verbum et h. l. — P m. 1: tradunt. m. 2.: tradant.
15. *Galli et quia interposita nocte:* M. — P: galli quia interpositi a nocte. — P m. 1.: remisserant.
17. *nec tum impetu:* P. — M: nec tum impetum. m. 2.: nec cum impetu.

arcemque totam solam belli speciem tenentem. inde modico relicto praesidio, ne quis in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad praedam vacuis occursu hominum viis pars in proxima quaeque tectorum agmine ruunt, pars
5 ultima velut ea demum intacta et referta praeda petunt. inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati redibant, ubi eos plebis aedificiis obseratis patentibus atriis principum maior prope cunctatio tenebat aperta quam
10 clausa invadendi: adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in aedium vestibulis sedentes viros praeter quantum habitumque humano augustiorem maiestate etiam, quam vultus gravitasque oris prae se ferebat, simillimos dis. ad eos velut simulacra versi cum starent, M. Papirius unus ex
15 his dicitur Gallo barbam suam — ut tum omnibus promissa erat — permulcenti scipione eburneo in caput incusso iram movisse: atque ab eo initium caedis ortum, ceteros in sedi-

1. *arcemque totam solam belli speciem tenentem:* M] arcemque solam cet. „Allein das ganze Bild des Krieges zeigend". Cf. prooem. „tota illa mente". — P: arcem totamque solam belli.

— *inde modico:* M m. 2. P. — M m. 1.: indomo dico. — M: „ne queuis in dissipatos ex arce aut capitolio impetus fieret": similique ratione cod. Rhen.: „ne quae uis in dissipatos" cet. — P: „*ne quis in dissipatos*" cet.

3. *occursu hominum:* P. — M: occurso hominum. — M: intacta et refecta | praeduntinde cet. — *Demum:* Hand. II. 256. 7.,

8. *redibant.* — PM Harl. I. Leid. I. al.: rediebant.

10. *adeo haud secus:* M m. 1. P m. 2. — P m. 1.: abeo haud secus. M m. 2.: adeo ha | liud secus.

12. *maiestate etiam.* — PM: maiestatem etiam. Virg. Aen. 1, 589.

— *quam uultus grauitasq. oris prae se ferebat:* P m. 2. — P m. 1.: ferebant. M: qu uultus gra | uitas. quaeq. oris prae se ferebat. — In Harl. I. etiam et Leid. I. *quo* repetum esse dicitur.

13. *simillimos dis:* PM Harl. I. Leid. I.] simillimos diis.

15. *ut tum omnibus promissa erat:* M m. 2. P. — In M videtur m. 1. fuisse „ut tum omnibus prolixsa erat". — P m. 1.: permulcen*di.*

bus suis trucidatos. post principum caedem nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis inici ignes.

XLII. Ceterum seu non omnibus delendi urbem libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorum et ostentari quaedam incendia terroris causa, si compelli ad deditionem 5 caritate sedum suarum obsessi possent, et non omnia concremari tecta ut, quodcumque superesset urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent, nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis. Romani ex arce plenam hostium urbem cernen- 10 tes vagosque per vias omnes cursus, cum alia atque alia parte nova aliqua clades oreretur, non mentibus solum concipere sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. quocumque clamor hostium, mulierum puerorum-

2. *exhaustis inici ignes:* P m. 2. M. — P m. 1.: exhausti.

3. *seu non omnibus delendi urbem libido erat:* Portug. al.] seu non omnibus delendae urbis libido erat (ex coni. Rhen.) — PM: „seu non omnibus delende urbem l. e.“: similique modo videtur in cod. Rhen. scriptum fuisse, sexcenties vero in fine verborum *e* pro *i* scriptum reperiri notum est. In Harl. 1. repertum esse dicitur „non omnis delendae urbis“, quod I. Fr. Gron. restituendum censuit. verum si ita scripserimus, verba „non omnis delendae urbis“ idem quod sequentia significabunt. — P m. 1.: si compelli ad-editionem.

6. *caritate sedum suarum:* M m. 1. cod. Rhen. — M m. 2. P Harl. 1. al.: *sedium.* — Cf. 29, 3.: „*sex mensum*“ (Put. Colb. m. 1.). — P: qd̃cumque superesset urbis ad pignos. m. 2.: id pignus.

8. *nequaquam perinde atque in capta urbe:* P. — M: nequaquam per igne atque in capta urbe. — P m. 1.: uagatos.

11. *uagosque:* M m. 2. P. — M m. 1.: uacosq.

— *cum alia atque alia parte noua aliqua clades oreretur:* PM. — P m. 1.: cursos.

12. *non mentibus solum concipere:* PM rell.] non mentibus solum consipere (ex coni. Lipsii). „Sie konnten es nicht fassen noch begreifen, dass es dahin habe kommen können“.

14. *quocumque clamor hostium:* Portug. al. — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: „quocumque clamor *sonitus* hostium“. Videtur *sonitus* incuria quadam librariorum ex sequente versu etiam in hunc priorem migrasse. Cf. T. Livi l. xxx.

que ploratus, sonitus flammae et fragor ruentium tectorum avertisset, paventes ad omnia animos oraque et oculos flectebant velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriae, nec ullius rerum suarum relicti praeter quam corpo-
5 rum vindices tanto ante alios miserandi magis qui umquam obsessi sunt, quod interclusi a patria obsidebantur omnia sua cernentes in hostium potestate. nec tranquillior nox diem tam foede actum excepit, lux deinde noctem inquietam insecuta est, nec ullum erat tempus quod a novae semper
10 cladis alicuius spectaculo cessaret. nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexerunt animos quin, et si omnia flammis ac ruinis aequata vidissent, quamvis inopem parvumque quem tenebant collem libertati relictum virtute defenderent. et iam cum eadem cottidie acciderent, velut adsueti malis
15 abalienaverant ab sensu rerum suarum animos arma tantum ferrumque in dextris velut solas reliquias spei suae intuentes.

XLIII. Galli quoque per aliquot dies in tecta modo urbis nequicquam bello gesto, cum inter incendia ac ruinas

p. XLVII. v. cf. 4, 28.: „circumagenti se". al. — P m. 1.: et *fl*agor.

2. *auertisset:* PM Harl. I. Leid. I. al.] advertisset. Cf. 1, 12.: „averteratque ea res etiam Sabinos tanti periculo viri". 6, 23.: „his sermonibus tota in se auerterat castra". al.

— *animos oraque et oculos:* M m. 2. P. — M m. 1.: animos oraque oculos flectebant uelut aspectaculum. — M: relicti praet | quam id corporum uindices. — P m. 1.: tant*a* ante alios.

7. *nox diem tam foede actum:* P. — M: die.

8. *lux.* „nec tranquillior" et ad *nox* et ad *lux* pertinet. — P: inquietā insecuta est. M rell.: inquietam insecuta est. Portug. aliique recc.: inquietam secuta est. Cf. T. Livi l. XXI. p. XXX. 4.

9. *quod a nouae semper cladis alicuius:* P. — M: quod nouae cet. — P m. 1.: *ex* | spectaculo.

10. *nihil tamen tot onerati atque obruti malis:* P. — M: *h*onerati. — M: flexerunt animos qui | nec si omnia flammis ac ruinis aequata uidissent.

14. *cum eadem cottidie acciderent:* PM] cum eadem quotidie cet. — M m. 1.: uelut soles reliquias. P: uelut solas reliquas.

18. *nequicquam bello gesto:* P m. 2. M. — P m. 1.: belli.

captae urbis nihil superesse praeter armatos hostes videbant nec quicquam tot cladibus territos nec flexuros ad deditionem animos ni vis athiberetur: experiri ultima et impetum facere in arcem statuunt. prima luce signo dato multitudo omnis in foro instruitur: inde clamore sublato ac testudine facta subeunt. adversus quos Romani nihil temere nec trepide ad omnis aditus stationibus firmatis qua signa erri videbant ea robore virorum opposito scandere hostem inunt, quo successerint magis in arduum eo pelli posse per proclive facilius rati. medio fere clivo restitere, atque inde ex loco superiore qui prope sua sponte in hostem inferebat impetu facto strage ac ruina fudere Gallos, ut numquam post ea nec pars nec universi temptaverint tale pugnae genus. omissa itaque spe per vim atque arma subeundi obsidionem parant, cuius ad id tempus immemores et quod in urbe fuerat frumentum incendiis urbis absumpserant et ex agris per ipsos dies raptum omne Veios erat. igitur exercitu diviso partim per finitimos populos praedari placuit partim obsideri arcem, ut obsidentibus frumentum populatores

2. *nec quicquam tot cladibus territos:* P m. 2.] nequicquam cet. — M: nequiquam. P m. 1.: ne quicquam. „Weder irgend wie durch so viel Unglück erschüttert noch" u. s. w. — M: ni uis *a*thiberetur.

3. *et impetum facere in arcem:* M. — P: et impetum facere in arcem. — P m. 1.: in foro intruitur. m. 2.: instruitur.

7. *ad omnis aditus stationibus firmatis:* P] ad omnes aditus cet. — M: *firmati.* — *Stationibus firmatis* etiam in cod. Rhen. repertum est.

8. *robore virorum opposito:* M. — P: opposito.

9. *successerint:* M] successerit (P).

11. *qui prope sua sponte in hostem inferebat:* P m. 2. M m. 2. — P m. 1. M m. 1.: suaponte. — Harl. r.: impetus facto. PM: *impetu facto strage ac ruina fudere gallos.*

16. *incendiis urbis absumpserant.* — M: adsumpserant. P: absumserant.

18. *per finitimos populos:* P. — M: populus.

— *partim obsideri arcem:* PM rell.] partim obsidere arcem (ex coni. Drakenb.). Cf. 5, 49.: „quae defendi repetique et ulcisci fas sit". 3, 51. — P: fumentum. — Harl. r.: praebent.

agrorum praeberent. proficiscentes Gallos ab urbe ad Romanam experiendam virtutem fortuna ipsa Ardeam, ubi Camillus exulabat, duxit: qui maestior ibi fortuna publica quam sua cum diis hominibusque accusandis senesceret indignando
5 mirandoque, ubi illi viri essent qui secum Veios Faleriosque cepissent qui alia bella fortius semper quam felicius gessissent, repente audit Gallorum exercitum adventare atque de eo pavidos Ardeates consultare: nec secus quam divino spiritu tactus cum se in mediam contionem intulisset
10 abstinere suetus ante talibus conciliis —

XLIV. „Ardeates" inquit „veteres amici, novi etiam cives mei — quando et vestrum beneficium ita tulit et fortuna hoc égit mea — nemo vestrum condicionis meae oblitum me huc processisse putet: sed res ac periculum com-
15 mune cogit, quod quisque possit in re trepida praesidii in medium conferre. et quando ego vobis pro tantis vestris in me meritis gratiam referam, si nunc cessavero? aut ubi usus erit mei vobis, si in bello non fuerit? hac arte in patria steti et invictus bello in pace ab ingratis civibus
20 pulsus sum. vobis autem Ardeates fortuna oblata est

1. *ad romanam experiendam uirtutem:* P m. 2. M. — P m. 1: ad romam. — PM: ubi camillus exulabat. — P: mestior. — M m. 1.: fortuna publica quam sua*m*. — P: accussandis.
5. *ubi illi uiri essent:* PM. — Leid. 1.: ubi uiri illi essent.
7. *repente audit:* M. — P: repente audiuit.
9. *cum se in mediam contionem intulisset:* M. — P: cum *in se* midiam contionem cet. m. 2.: mediam.
10. *abstinere suetus:* M m. 2. P. — M m. 1.: abstinere uetus. Cf. 1, 40.: „quibus consueti erant uterque agrestibus ferramentis". — P m. 1.: talibus consiliis.
11. *Ardeates inquit:* M. — P m. 1.: inquid. — P m. 1.: quando *ex* uestrum beneficium ita tulit et fortuna hoc ego *ita* mea. m. 2.: quando *a* uestrum — fortuna hoc ēgo *id* mea.
16. *et quando ego uobis:* PM rell. — Minus recte putavit Drakenborchius etiam hoc loco fortasse scribendum esse „et quando". cf. etiam Hand. Tusell. 2. p. 355. 3.
18. *si in bello fuerit:* P. dein manu antiqua „ñ fuerit".
20. *fortuna oblata est:* M. — P: fortuna oblata est.

et pro tantis pristinis populi Romani beneficiis quanta ipsi meministis — nec enim exprobranda ea apud memores sunt — gratiae referendae et huic urbi decus ingens belli ex hoste communi pariendi. qui effuso agmine adventant, gens est cui natura corpora animosque magna magis quam firma dederit: eo in certamen omne plus terroris quam virium ferunt. argumento sit clades Romana: patentem cepere urbem — ex arce Capitolioque his exigua resistitur manu. iam obsidionis taedio victi abscedunt vagique per agros palantur. cibo vinoque raptim hausto repleti, ubi nox adpetit, prope rivos aquarum sine munimento sine stationibus ac custodiis passim ferarum ritu sternuntur, nunc ab secundis rebus magis etiam solito incauti. si vobis in animo est tueri moenia vestra nec pati haec omnia Galliam fieri, prima vigilia capite arma frequentes, me sequimini ad caedem non ad pugnam: nisi vinctos somno velut pecudes trucidandos

1. *et pro tantis pristinis pīr. beneficiis:* P] et pro tantis populi Romani beneficiis. — M: „et pro tantis prolati†s pīr. beneficiis". in verbo *prolatis* aliquid erasum est.

2. *nec enim exprobranda ea apud memores sunt:* ex coni. m.] nec enim exprobranda apud memores sunt. — P: nec enim exprobrandae apud cet. M: nec enim exprobrande apud cet. — Sexcenties ita a librariis parum diligentibus erratum esse constat. cf. T. Livi l. XXX. p. XXIV. II.

3. *decus ingens:* P m. 2. M. — P m. 1.: ingent.

4. *qui effuso agmine adventant:* ex coni. Drakenb.] quae effuso agmine adventat. — PM rell.: „qui effuso agmine aduentat": nisi quod in P m. 1.: „aduertat". Cf. 5, 17.: „gentem inusitatam novos accolas Gallos esse".

7. *argumento sit clades romana:* PM. — Harl. 1.: argumento sit clades. romā patentem cepere urbem.

10. *ubi nox adpetit prope riuos aquarum:* PM rell.] ubi nox appetit, propter rivos aquarum. — Unus cod. Drak. Gaertnerianus: „pp̄r riuos". In P erat m. 1.: „propiriuos": ut coniici possit, in antiquiore libro scriptum fuisse „propiter riuos". — P m. 1.: ritu sterruntur. m. 2: steruntur.

12. *ab secundis rebus:* P. — M: a secundis rebus.

14. *nec pati haec omnia Galliam fieri:* PM.

16. *nisi uinctos somno:* M. — Harl. 1.: nisi u*n*ctos somno. P rell.: nisi uictos somno. — M m. 1.: pe*d*udes. — P m. 1.:

tradidero, non recuso eundem Ardeae rerum mearum exitum quem Romae habui".

XLV. Aequis iniquisque persuasum erat tantum bello pirum neminem usquam ea tempestate esse. contione dimissa corpora curant intenti quam mox signum daretur. quo dato primae silentio noctis ad portas Camillo praesto fuere. egressi haud procul urbe sic ut praedictum erat, castra Gallorum intuta neclectaque ab omni parte nacti cum ingenti clamore invadunt: nusquam proelium, omnibus locis caedes est: nuda corpora et soluta somno trucidantur. extremos tamen pavor e cubilibus suis excitos — quae aut unde vis esset ignaros — in fugam et quosdam in hostem ipsum inprovidos tulit. magna pars in agrum Antiatem delati incursione ab oppidanis in palatos facta circumveniuntur. Similis in agro Veienti Tuscorum facta strages est, qui urbis iam prope quadringentesimum annum vicinae oppressae ab hoste invisitato inaudito adeo nihil miseriti sunt,

recusso. — M: rerum earum exitum.

3. *aequis iniquisque persuasum erat:* P m. 2. — P m. 1.: aequis*que* iniquisque. — M: „aequis iniquisquae per*cla*rum erat": sed *cl* m. 3. et in ras. sunt.

4. *contione dimissa:* P m. 2. M. — P m. 1.: dimisa.

6. *primae silentio noctis:* PM cod. Rhen. — Harl. 1. et recc.: primo silentio noctis. — Prima nox est h. l. prima vigilia.

— *ad portas Camillo praesto fuere:* PM Harl. 1. — Leid. 1. et recc.: ad portas cum Camillo praesto fuere. — P m. 1.: urbe*s* sicut.

8. *intuta neclectaque:* M m. 1. P. — M m. 2.: neglectaque.

— *cum ingenti clamore invadunt:* PM Harl. 1. — In Leid. 1. et in recc. omissa sunt „cum ingenti". — M: cedes est.

10. *nuda corpora:* P. — M: nu*ll*a corpora.

11. *e cubilib. suis:* M] cubilibus suis (P). — M m. 1.: „excitos que aut unde". dein deletum est *que*.

14. *incursione ab oppidanis in palatos facta:* P. — M: „in palā † facta" una vel duabus litteris mediis deletis. — Recc. codd.: in palantes.

15. *Tuscorum facta strages est:* PM. — Harl. 1.: acuscorum. Recc. quidam codd.: Etruscorum.

17. *ab hoste inuisitato inaudito:* PM] ab hoste invisitato inauditoque. — Harl. 1. Leid. 1.: *audito*.

— *miseriti sunt:* M m. 1. P. — M m. 2.: miserti sunt. Cf. ex.

ut in agrum Romanum eo tempore incursiones facerent plenique praedae Veios etiam praesidiumque et spem ultimam Romani nominis in animo habuerint oppugnare. viderant eos milites Romani vagantes per agros et congregatos agmine praedam prae se agentes, et castra cernebant 5 haud procul Veis posita. inde primum miseratio sui, deinde indignitas atque ex ea ira animos cepit. Etruscisne etiam, a quibus bellum Gallicum in se avertissent, ludibrio esse clades suas? vix temperavere animis quin extemplo impetum facerent, conpressique a Caedicio centurione, quem sibimet ipsi praefecerant, rem in noctem sustinuere. tantum 10 par Camillo defuit auctor, cetera eodem ordine eodemque fortunae eventu gesta. quin etiam ducibus captivis qui caedi nocturnae superfuerant, ad aliam manum Tuscorum ad Salinas profecti nocte insequente ex inproviso maiorem cae- 15 dem edidere duplicique victoria ovantes Veios redeunt.

gr. 27, 33.: „deos immortalis miseritos nominis romani" (Put.). — M m. 1.: in agrum romano. m. 2.: romanū. — — M: cursiones facerent. — M: in animo habuerit.

4. *et congregatos agmine:* M m. 1. P. — M m. 2.: et congregato agmine.

6. *haud procul ueis posita:* P] haud procul Veiis posita (M).

7. *atque ex eo ira animos cepit:* M. — P et recc.: atque ex eo ira cet.

— *Etruscisne etiam*: cod. Rhen. Portug. — P m. 1.: „etruscin &iam". m. 2.: etruscis &iam. In M videtur idem „etruscin-etiam" fuisse, sed media littera *n* erasa est.

10. *conpressique a Caedicio centurione:* („*aber* vom Caed."). — In M videtur primo fuisse: „conpressiq̃. | a † edidicio centurione": dein m. 2.: „conpressiq̃. | † sedicio a centurione". — P m. 1.: „conpresi a. q̃. caedidi † centurione". m. 2.: „conpressi a. q̃. caedidicio centurione". — M: „quem sibime | † ipsi": media littera deleta. — M: rem in nocte sustinuere.

11. *tantum par Camillo defuit auctor:* P. — M m. 1.: tantum per camillo defuit auctor. m. 2.: tantisper camillo cet. manu altera etiam *u* scriptum est supra *o*.

14. *ad salinas profecti:* M m. 1. P. Cf. 1, 38. — M m. 2.: profectis.

15. *nocte insequente*] nocte insequenti. — PM Harl. I. Leid. I. al.: noctem insequentem. — Cf. T. Livi l. xxx. p. xxx. v. 10. — M: maiorem *in* | cae-

XLVI. Romae interim plerumque obsidio segnis et utrimque silentium esse ad id tantum intentis Gallis ne quis hostium evadere inter stationes posset, cum repente iuvenis Romanus admiratione in se cives hostesque convertit. sacrificium erat statum in Quirinali colle genti Fabiae. ad id faciendum C. Fabius Dorso Gabino cinctus sacra manibus gerens cum de Capitolio descendisset, per medias hostium stationes egressus nihil ad vocem cuiusquam terroremve motus in Quirinalem collem pervenit, ibique omnibus sollemniter peractis eadem revertens similiter constanti vultu graduque — satis sperans propitios esse deos quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset — in Capitolium ad suos rediit seu attonitis Gallis miraculo au-

dem aedidere duplicique. — P m. 1.: maiorem caedem aedideret publicique uictoria. m. 2.: aedidere publicaque uictoria. Harl. 1.: dpubliciaque uictoria. — M: redeuntq. rome.

1. *et utrimque:* M] et utrinque. — P: et utrīque.

5. *sacrificium erat statum in quirinali colle genti fabiae:* PM.

6. *C. Fabius Dorso Gabino cinctus:* Voss. 1. 11. al.] C. Fabius Dorso Gabino cinctu (ex coni. Rhenani). — P Harl. 1.: „c. fabius dorsu *o* gabino cinctus". P m. 2.: „dorsu gabino", quamquam non *o* sed *u* delendum erat. — M cod. Rhen.: „c. fabius dorsuo gabo cinctus". Haverc.: „c. fabius dorso *ritu* gabino cinctus": sed *cultu* vel *cinctu* facile suppleri potest. Cf. 8, 9.: „ipse incinctus cinctu gabino armatus in equum insilivit ac se in medios hostes inmisit". 10, 7.: „incinctum gabino cultu". Virg. Aen. 7, 612.: „Ipse Quirinali trabea cinctuque Gabino Insignis reserat stridentia limina consul": ubi Servius ita: „toga sic in tergum reiecta ut ima eius lacinia a tergo reuocata hominem cingat, simul caput tegat et ambiat". — Cf. 7, 28. ubi eodem ut videtur mendo scriptum est in PM: „hos cons. secuti sunt m̄. fabius *dorsuo* seru. sulpicius camerinus". Vell. Paterc. 1, 14.: „Fabio Dorsone et Claudio Canina coss".

7. *cum de Capitolio descendisset:* P m. 2. M. — P m. 1.: cum de capitoli*us* descendissę.

9. *omnibus sollemniter peractis:* PM.

13. *seu attonitis Gallis:* M m. 2. P. — M m. 1.: seu attonitus galli.

daciae seu religione etiam motis cuius hautquaquam neglegens gens est. Veis interim non animi tantum in dies sed etiam vires crescebant nec Romanis solum eo convenientibus ex agris, qui aut proelio adverso aut clade captae urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus ut in parte praedae essent. maturum iam videbatur repeti patriam eripique ex hostium manibus, sed corpori valido caput deerat. locus ipse admonebat Camilli et magna pars militum erat qui ductu auspicioque eius res prospere gesserant: et Caedicius negare se commissurum cur sibi aut deorum aut hominum quisquam imperium finiret potius quam ipse memor ordinis sui posceret imperatorem. consensu omnium placuit ab Ardea Camillum acciri sed antea consulto senatu qui Romae esset: adeo regebat omnia pudor discriminaque rerum prope perditis rebus servabant. ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat.

1. *cuius hautquaquam neglegens gens est:* PM: nisi quod in P „haudquaquam", in M m. 1. „autquaquam".
2. *Veis:* PM] Veiis. — P m. 1.: conueientibus. m. 2.: conuenientibus.
4. *qui aut proelio* (M: praelio) *aduerso aut clade captae urbis palati fuerant:* PM] qui a proelio adverso aut cet. (Harl. 1. [?] Leid. 1. recc.)
7. *sed corpori ualido caput deerat:* M. — P Harl. 1. Leid. 1. al.: sed corpori ualitudo caput deerat. Recc. codd.: ualitudinario.
10. *et Caedicius negare:* PM cod. Rhen. — In Harl. 1. Leid. 1. al. omissum est *et*. „Auch erklärte Caedicius, er sähe nicht ein, warum er es lieber sollte dahin kommen lassen, dass ihm entweder Götter oder Menschen den Oberbefehl wieder nähmen, als dass er selbst seines Standes eingedenk auf die Wahl eines Anführers dringe". Cf. 3, 17.: „non quidquid patrum plebisque est — consules tribunos — *deos hominesque* omnes armatos opem ferre decuit". al. — P: se commisurum (m. 2.: commissurum) cur*sibus* aut deorum aut hominum quisquam cet. — *Cursibus* pro „cur sibi" etiam in Harl. 1. al. repertum est. — M: imperium finir*e* potius.
13. *ab Ardea Camillum acciri:* PM. — P m. 1.: sed antea a consultum senatu. P m. 2. M: sed antea consulto senatu. — P m. 1.: dis*cir*criminaque rerum.

ad eam rem Pontius Cominius inpiger iuvenis operam pollicitus incubans cortici secundo Tiberi ad urbem defertur. inde qua proximum fuit a ripa, per praeruptum eoque neglectum hostium custodiae saxum in Capitolium evadit et
5 ad magistratus ductus mandata exercitus edit. accepto inde senatus consulto uti comitiis curiatis revocatus de exilio iussu populi Camillus dictator extemplo diceretur militesque haberent imperatorem quem vellent, eadem digressus nuntius Veios contendit: missique Ardeam legati ad Camillum
10 Veios eum perduxere, seu — quod magis credere libet,

1. *Pontius Cominius.* — M: „pontius comminus". P Harl. I. Leid. I. al.: „pontius quominus". nec dubitabat Sigonius „Pontius Cominus" scribere. A. Gellius scribit 17, 2. ex Q. Claudii annalibus ita: „Cominius qua ascenderat descendit atque verba Gallis dedit". — P: secundo tiberi*m*.

3. *eoque neglectum:* PM. — P: hostium custodiam. M: hostiae custodiae. Cf. 1, 25.: „causae belli huiusce".

5. *accepto inde senatus consulto uti comitiis curiatis*] accepto inde senatus decreto ut et comitiis curiatis cet. — *Senatus consulto* restituimus ex PM, cum in P sit „inde se", in M „inde soc", metathesi litterarum pro *sco*, quo mendo et in eodem nomine nihil frequentius est. dein scripsimus *uti*, quod in M est *ute*, in P *ut est*, a cuius librario *ute* pro *ut ē* habitum est. saepe vero in fine verborum *e* et *i* inter se permutata esse notum est. nam quamquam *e* interdum etiam loco particulae *et* scriptum est (cf. T. Livi l. xxx. p. xxii. v. 22.), tamen non huius loci *et* videtur esse, cum non de duobus, sed de una illa re agatur, ut Camillus de exilio revocatus dictator dicatur: nec quod sequitur „militesque haberent quem vellent imperatorem" quidquam novi afferat. — P m. 1.: comiti*us* curiatis. — PM: reuocatus de exilio.

8. *eadem digressus:* PM rell.] eadem degressus (Sigon.). *Digressus* non ad descensum modo de Capitolio sed ad totam profectionem referendum est. cf. 4, 39.: „digressus". — De *eadem* cf. 2, 70.

10. *seu quod magis credere libet:* P. — M: seu quo magis cet. — Alii igitur dicunt, Camillum ab legatis Ardeam missis Veios perductum esse antequam illa lex curiata ex senatus consulto lata esset: alii, non ante eum finibus Ardeae egressum quam comperisset se revocatum esse sollemniter de exilio et a senatu tribunisque

non prius profectum ab Ardea quam comperit legem latam, quod nec iniussu populi mutari finibus posset nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere — lex curiata lata est dictatorque absens dictus.

XLVII. Dum haec Veis agebantur, interim arx Romae Capitoliumque in ingenti periculo fuit. namque Galli seu vestigio notato humano qua nuntius a Veis pervenerat, seu sua sponte animadverso ad Carmentis saxom ascensu aequo, nocte sublustri, cum primo inermem qui temptaret viam praemisissent, tradentes inde arma ubi quid iniqui esset alterni innixi sublevantesque in vicem et trahentes alii alios prout postularet locus, tanto silentio in summum evasere ut non custodes solum fallerent sed ne canes quidem — sollicitum animal ad nocturnos strepitus — excitarent. anseres non fefellere, quibus sacris Iunonis in summa inopia cibi tamen abstinebatur: quae res saluti fuit: namque clan-

mil. dictatorem dictum. non enim dictator dici poterat nisi a summo magistratu. cum igitur tribuni mil. summi eius anni essent magistratus penesque eos auspicia, illa ipsa auspicia penes Camillum esse non poterant, nisi ipsi a tribunis imperio cederetur.

1. *quam conperit:* PM] quam compererit. Cf. 3, 2.: *dederit.*

5. *Veis:* P] Veiis. — M: in ingenti periculo fuit. | namque notato humano qua cet.

7. *a Veis:* PM] a Veiis. — M: „*re*†uenerat“: sed *r* m. 3. et in ras. est.

8. *saxom ascensu aequo* (cod. Klock.)] saxorum adscensu aequo. — M: saxo in ascensu aequo. P: „animaduerso ad carmtis saxo | aequo“: sed quae omissa primo erant „in ascensu“ eadem manu prima in margine adiecta sunt. *in* h. l. nihil aliud esse quam litteram *m* parum a librariis cognitam, facile est intellectu. In M scriptum est m. 2. *saxu.* — *Ad Carmentis* scil. *fanum.* cf. 1, 7. Dionys. 1, 31. — M: qui temptaret*ur* iam premisissent. — Cf. 2, 12.: ferrom.

11. *innixi:* PM] innisi. — M: et tra*d*entes alii alios pro ut postolaret locus.

15. *non fefellere:* P m. 2. M. — P m. 1.: non felfellere.

— *sacris Iunonis:* P m. 2. M] sacris Iunoni. — P m. 1.: iunones. Cf. Cic. in Verr. 1, 18. 48.: „Latonam — confugisse Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperisse: qua ex opinione hominum illa insula *eorum deorum sacra* putatur“ cet. Sic ἱερόν.

gore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis simul ad arma ceteros ciens vadit et dum ceteri trepidant, Gallum qui iam in summo constiterat, umbone ictum de-
5 turbat. cuius casus prolapsi cum proximos sterneret, trepidantes alios armisque omissis saxa quibus adhaerebant manibus amplexos trucidant. iamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes ruinaque tota prolapsa acies in praeceps deferri. sedato deinde tumultu re-
10 liquum noctis — quantum in turbatis mentibus poterat, cum praeteritum quoque periculum sollicitaret — quieti datum est. luce orta vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos, cum et recte et perperam facto pretium deberetur, Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque non ab

2. *egregius:* P m. 2. M. — P m. 1.: agregius armis *ab*reptis. — P m. 1.: „ciens & dum", m. 2.: ciens uadit & dum.

5. *cuius casus prolapsi:* P. — M m. 1.: prolapsu. m. 2.: prolapsus. m. 3.: prolapso. — P: omisis. — PM: adherebant.

7. *trucidant:* PM rell.] trucidat. — Sic etiam Plut. Cam. 27.: ἐκιστὰς δὲ τῷ τείχει μετὰ τῶν συνδραμόντων καὶ γενομένων περὶ αὐτὸν ἀπέστρεψε τοὺς ἄλλους. nec dubitandum est quin aliqui fortes ac strenui iuvenes a Manlio exciti statim adfuerint ad hostes proturbandos. errorem praebuerit quod sequitur „iamque et alii", quamquam id quod eodem loco legitur „congregati" docere poterat, non de primis illis, cum ita scriberet, Livium cogitasse.

— *iamque et alii congregati:* M. — P Harl. 1.: iamque et aliis congregati. — PM: *telis missilibusque saxis proturbare hostes ruinaque tota prolapsa acies in praeceps deferri.* — Recc. multi codd.: perturbare hostes. — Harl. 1. Leid. 1. al.: *in praeceps defertur.*

10. *quantum in turbatis mentibus poterat:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: metibus.

12. *vocatis classico ad concilium militibus ad tribunos:* M. — P: „militibus *is* ad tribunos". cum in hoc libro mendum litterarum metathesis saepissime deprehendi possit, dubium est an librarius scribere voluerit „ad tribunos *is*", ut ita indicaret etiam alteram h. l. fuisse lectionem „ab tribunis", quod in Portug. aliisque recc. scriptum est. — M: pr*ae*tium.

14. *non ab tribunis solum:* PM. — Harl. 1. al.: non *a* tribu-

tribunis solum militum sed consensu etiam militari, cui universi selibras farris et quartarios vini ad aedes eius quae in arce erant contulerunt —, rem dictu parvam, ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque victu suo fraudans detractum corpori adque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. tum vigiles eius loci qua fefellerat ascendens hostis, citati: et cum in omnes more militari se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pronuntiasset, consentiente clamore militum in unum vigilem coicientium culpam deterritus a ceteris abstinuit, reum haud dubium eius noxae adprobantibus cunctis de saxo deiecit. inde intentiores utrimque custodiae esse, et aput Gallos quia vulgatum erat inter Veios Romamque nuntios commeare, et apud Romanos ab nocturni periculi memoria.

XLVIII. Sed ante omnia obsidionis bellique mala fames utrimque exercitum urgebat, Gallos pestilentia etiam cum loco iacente inter tumulos castra habentes tum ab incendiis torrido et vaporis pleno cineremque non pulverem

nis solum. — P m. 1.: cui *h*uniuersi. — PM: *selibras farris et quartarios uini.* P: „que in arce erat“: dein eadem manu „erant“. — M: inopia*m* | fecerat. — P m. 1.: corpori adque usibus. — M: necessarii.

7. *qua fefellerat ascendens hostis:* M cod. Rhen. — P: quam fefellerat ascendens hostis. Harl. I.: quā cet.

8. *Q. Sulpicius.* Cf. 5, 36. sub finem. — PM: *publius sulpicius.*

9. *pronuntiasset:* PM. — Harl. I. al.: pronuntiaret.

10. *coicientium:* PM] coniicientium. Cf. 30, 27.: „Italiam atque Africam in sortem *coici*“ (Put. Bamb.). *conici* (Lips. Berol.).

11. *adprobantibus cunctis de saxo deiecit:* P m. 2. M. — P m. 1.: adprobantibus cunctis de*xaso* proiecit.

12. *inde intentiores utrimque custodiae esse:* PM. — Harl. I.: utrique. Leid. I.: utriquē custodia. — P m. 1.: et aput gallos.

14. *ab nocturni periculi memoria:* P Harl. I. Leid. I. — M (cod. Rhen.): ab nocturni periculi memoriā |.

16. *fames utrimque exercitum urgebat:* PM et optt. codd. Drak.] fames utrumque exercitum cet.

modo ferente cum quid venti motum esset: quorum i
lerantissima gens humorique ac frigori adsueta cum a
et angore vexata vulgatis velut in pecua morbis more
tur, iam pigritia singulos sepeliendi promisce acervatos
5 mulos hominum urebant, bustorumque inde Gallicorum
mine insignem locum fecere. indutiae deinde cum Ro
nis factae et conloquia permissu imperatorum habita:
quibus cum identidem Galli famem obicerent eaque ne
sitate ad deditionem vocarent, dicitur avertendae eius
10 nionis causa multis locis panis de Capitolio iactatus ess
hostium stationes. sed iam neque dissimulari neque f
ultra fames poterat. itaque dum dictator dilectum per
Ardeae habet, magistrum equitum L. Valerium a Veis
ducere exercitum iubet, parat instruitque quibus haud in
15 adoriatur hostes, interim Capitolinus exercitus stationi
vigiliis fessus superatis tamen humanis omnibus malis c
famem unam natura vinci non sineret, diem dé die p

1. *quorum intolerantissima gens:* M. — P: quorum intollerantissima gens. — PM: umorique ac frigori adsuela.
2. *cum aestu et angore uexata uulgatis uelut in pecua morbis morerentur;* PM] cum aestu et angore vexata — moreretur (Harl. I. Leid. I. al.).
4. *promisce:* P Leid. I.] promiscue. — M: sepelliendi primisce. — P m. 1.: urebat. — PM: *bustorumque inde gallicorum nomine insignem* (P m. 1. insignum) *locum fecere.* Harl. I. Leid. I. al.: fecerant. Portug. al.: fecerunt.
6. *indutiae:* P m. 1. M. — P m. 2.: induciae. — P m. 1.: pmisu. — M: ad deditionem uocare.
10. *panis de capitolio iactatus esse:* PM. — Harl. I.: pa de capitolio iactatos esse. M m. 1.: sationes. m. 3.: tiones.
12. *dilectum:* PM Harl. I. Leid del. — M: magistrum eq l. ualerium. P m. 1.: m stratum equitum l. ualeriu
13. *a Veis:* PM] a Veiis. — iubet param instruitque.
15. *interim capitolinus exe tus stationibus uigiliis sus:* PM] interim Cap. e citus stationibus vigiliis fessus. — In Harl. I. exc *interim* et scriptum est *u liis fessus.*
17. *uinci non sineret:* PM. Harl. I.: uinciri. — P: p ctans &quod auxilium. „prospectans † auxilium“: dia vox *etquod* erasa est.

spectans ecquod auxilium ab dictatore appareret, postremo spe quoque iam non solum cibo deficiente et cum stationes procederent prope obruentibus infirmum corpus armis, vel dedi vel redimi se quacumque pactione possent iussit — iactantibus non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquant. tum senatus habitus tribunisque militum negotium datum ut paciscerentur. inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum conloquio transacta res est et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum. rei foedissimae per se adiecta indignitas est: pondera ab Gallis adlata iniqua et tribuno recusante additus ab insolente Gallo ponderi gladius auditaque intoleranda Romanis vox „vae victis esse".

XLIX. Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos. nam forte quadam prius quam infanda merces perficeretur per altercationem nondum omni auro appenso dictator intervenit, auferrique aurum de medio et Gallos summoveri iubet. cum illi renitentes pactos dicerent sese, negat eam pactionem ratam esse quae postquam ipse

M: „apparere † postremo": media littera deleta est.

2. *et cum stationes procederent:* PM cod. Rhen. — Harl. 1. Leid. 1. al.: et cum stationibus procederent.

4. *uel dedi uel redimi se quacumque pactione possent:* P m. 2. M cod. Rhen. — P m. 1.: redimisse quacumque. — Leid. 1. Harl. 1.: *posse.* — PM Harl. 1. Leid. 1. al.: se *ab*duci posse. — P: reliquant.

7. *tribunisque militum:* M. — P: tribunis quem *m*ilitum. — M: ut pacis*recent*|.

— *inde inter p̄. sulpicium tribunum mil:* PM. Cf. 5, 47.: „Q. Sulpicius".

9. *conloquio transacta res est:* PM. — P m. 1. M: praetium.

11. *adlata.* — PM: *ab*lata. — P m. 1.: iniqua *a* tribuno recusante additus & insolente gallo cet. m. 2.: „iniqua & tribuno" et „additus *ab* insolente". — P: intolleranda.

16. *nam forte quadam prius quam infanda merces perficeretur:* PM. — PM: *omni auro appenso.*

19. *renitentes* elegantissima haut scio an coniectura in recentibus codd. scriptum est, cum in PM Harl. 1. Leid. 1. sit *retinentes*, quod eo minus dubitem pro falso habere, quo saepius his ipsis locis vel in

dictator creatus esset, iniussu suo ab inferioris iuris r
stratu facta esset, denuntiatque Gallis ut se ad proelium
pediant. suos in acervum conicere sarcinas et arma a
ferroque non auro recuperare patriam iubet, in cons
5 habentes fana deum et coniuges et liberos et solum pa
deforme belli malis et omnia quae defendi repetique e
cisci fas sit. instruit deinde aciem ut loci natura patiel
in semirutae solo urbis et natura inaequali, et omnia
arte belli secunda suis eligi praepararive poterant pro
10 Galli nova re trepidi arma capiunt iraque magis quam
silio in Romanos incurrunt. iam verterat fortuna, iam
rum opes humanaque consilia rem Romanam adiuval
igitur primo concursu haud maiore momento fusi Galli
quam ad Alliam vicerant. iustiore altero deinde proelic
15 octavum lapidem Gavina via quo se ex fuga contule
eiusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. ibi ca
omnia obtinuit. castra capiuntur et ne nuntius quidem
dis relictus. dictator recuperata ex hostibus patria tri
phans in urbem redit, interque iocos militares, quos in
20 ditos iaciunt, Romulos ac parens patriae conditorque a
urbis haud vanis laudibus appellabatur. Servatam dei
bello patriam iterum in pace haud dubie servavit, cum
hibuit migrari Veios et tribunis rem intentius agentibus

optimis libris metathesi litterarum vera depravata sunt.

3. *suos in aceruum conicere sarcinas:* M m. 1. P. — M m. 2.: & suos cet. — PM: *deforme belli malis.* Harl. 1. Leid. 1.: bellis malis. — P: et ul | cis*cis*ci fas sit.

10. *Galli nova re trepidi:* P m. 2. — P m. 1.: trepida. — M: galli *re*nouar*e* trepidi.

14. *ad Alliam:* P] ad Aliam (M). — *iustiore altero deinde proelio:* P. — M: iustiore al*iero* deinde proelio. m. 2.: alio.

15. *gauina uia:* PM Leid. Gabina via. — Cf. 2, Gabina via. 2, 39.: Labic

16. *ibi caedes:* M. — P: ibi des. Harl. 1.: istic caedes.

19. *interque iocos militares* — M: interque locos mi res. — PM: *iaciunt.* Har Leid. 1. al.: faciunt. — P 1.: *romulos ac pares triae.* m. 2.: romulus ac ter patriae. M: romulus ac res patriae. m. 2.: pares

23. *et tribunis rem inten agentibus:* P. — M: et

incensam urbem et per se inclinata magis plebe ad id consilium. eaque causa fuit non abdicandae post triumphum dictaturae senatu obsecrante ne rem publicam in incerto relinqueret statu.

L. Omnium primum — ut erat diligentissimus religionum cultor — quae ad deos inmortales pertinebant rettulit et senatus consultum facit, fana omnia, quod ea hostes possedissent, restituerentur terminarentur expiarenturque expiatioque eorum in libris per duumviros quaereretur: cum Caeretibus hospitium publice fieret, quod sacra populi Romani ac sacerdotes recepissent beneficioque eius populi non intermissus honos deum inmortalium esset: ludi Capitolini fierent, quod Iuppiter optimus maximus suam sedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus esset, collegiumque ad eam rem M. Furius dictator constitueret ex his qui in Capitolio atque arce habitarent. expiandae etiam vocis nocturnae, quae nuntia cladis ante bellum Gallicum audita neclectaque esset, mentio inlata iussumque templum in Nova via Aio Lucutio fieri. aurum quod Gallis ereptum erat

bunis rem intentius ger | tibus. m. 3.: gerentibus post cet.

3. *ne remp. in incerto relinqueret:* PM. — P: *statu.* M: statui. m. 2.: statuit.

6. *quae ad deos inmortales pertinebant rettulit et smc facit:* PM: (= et scm facit).

7. *quod ea hostes possedissent:* M m. 2.] quod ea hostis possedisset (P m. 2.). — PM m. 1.: quod ea hostes possedisset. Cf. 1, 45.: cives Dianae immolassent. al. — P m. 2. M: *restituerentur terminarentur expiarenturque.* P m. 1.: expediarenturque expia*to*que. — M: cum ceretibus. P m. 1.: cum *a*ecereti-bus. m. 2.: cum eceretibus. — PM: *hospitium publice fieret.*

10. *sacra pir.:* PM. — PM: *quod iup opt max suam sedem atque arcem* (P m. 1.: artem) *pir.*

15. *ex his qui:* P m. 2. M] ex iis qui. — P m. 1.: ex his que.

17. *audita neclectaque esset mentio inlata iussumque templum:* PM. — M m. 1.: bellum callicum.

19. *Aio Locutio.* — P: in noua iam locutio fieri. M m. 1.: in noua ia locutio fieri. m. 2.: in noua ri locutio fieri. — Quamquam in PM et hoc loco et 5, 52. non „Aio Locutio" sed „Locutio" scriptum est,

quodque ex aliis templis inter trepidationem in Iovis cellam conlatum, cum in quae referri oporteret confusa memoria esset, sacrum omne iudicatum et sub Iovis sella poni iussum. iam ante in eo religio civitatis apparuerat quod, cum in pu-
5 blico deesset aurum ex quo summa pactae mercedis Gallis confieret, a matronis conlatum acceperant ut sacro auro abstineretur. matronis gratiae actae honosque additus, ut earum sic ut virorum post mortem sollemnis laudatio esset. his peractis quae ad deos pertinebant quaeque per senatum
10 agi poterant, tum demum agitantibus tribunis ad plebem adsiduis contionibus ut relictis ruinis in urbem paratam Veios transmigrarent, in contionem universo senatu prosequente escendit atque ita verba fecit.

LI. „Adeo mihi acerbae sunt Quirites contentiones
15 cum tribunis plebis, ut nec tristissimi exilii solacium aliut habuerim quoad Ardeae vixi, quam quod procul ab his certaminibus eram, et ob eadem haec non si mille senati con-

tamen *Aio* a Livio scriptum esse cum id quod altero loco in Harl. 1. Leid. 1. aliisque codd. reperitur, verisimile facit: tum quod *io* ante *lo* facile excidere poterat et *a* post *ia*. Cf. Cic. de divinat. 2, 32. 69.: „At paulo post audita vox est monentis, ut providerent ne a Gallis Roma caperetur: ex eo Aio Loquenti aram in nova via consecratam“.

1. *quodque ex aliis templis:* P. — M: quoque ex aliis templis. — M: referri oportet.

3. *sub iouis sella:* PM. — Harl. 1. al.: „sub cella iouis“. Leid. 1. al.: „sub sella iouis“: utrumque teste Drakenborchio. idem vero scripserat in M esse „sub sella iouis“. Cf. Plin. hist. nat. 33, 1. 5.

7. *honosque additus:* P. — M: honosque additur. — PM: *sollemnis laudatio.*

9. *his peractis:* PM] iis peractis. — M m. 1.: „quaeque senatum agi poterant“. dein eadem m. 1. restitutum est „quaeque p senatum“ cet.

10. *agitantibus tribunis ad plebem adsiduis contionibus:* M] agitantibus tribunis plebem cet. (P). Cf. 3, 10.: „iactata — cum in senatu res tum apud populum est“. — PM: *in contionem.*

13. *escendit:* P m. 1. Harl. 1. — P m. 2. M: ascendit.

14. *contentiones cum tr. pl.:* P. — M: contiones cum tbr pl. — PM: *exilii.* — M: solacium. — P: aliut abuerim m. 2.: aliud habuerim.

17. *non si mille. sics. populiq.*

sultis populique iussu revocaretis, rediturus umquam fuerim. nec nunc me ut redirem mea voluntas mutata sed vestra fortuna perpulit: quippe ut in sua sede maneret patria id agebatur, non ut ego utique in patria essem. et nunc quiescerem ac tacerem libenter nisi haec quoque pro patria dimicatio esset, cui deesse quoad vita suppetat, aliis turpe — Camillo etiam nefas est. quid enim repetimus quid obsessam ex hostium manibus eripuimus, si reciperatam ipsi deserimus? et cum victoribus Gallis capta tota urbe Capitolium tamen adque arcem diique et homines Romani tenuerint habitaverint, victoribus Romanis recuperata urbe arx quoque et Capitolium deseretur, et plus vastitatis huic urbi secunda nostra fortuna faciet quam adversa fecit? equidem,

iussu reuocaretis rediturus umquam fuerim: M] non si me senatus consulto populique iussu cet. (recc. codd.). — P: non simillae. sīc. populique iussu reuocaretis rediturus umquam fuerim. m. 2.: non simille. Harl. 1.: non sim ille sic populique iussu reuocatis cet. Leid. 1.: non simile sic populique iussu cet. — Pronomen *me* addendum non erat, cum nec esset in melioribus libris et persaepe similibus locis ex optt. codicum auctoritate suppleri deberet. Cf. 5, 4.: „quod ad perseverandum stimulet". De genitivo *senati* cf. Kritz. ad Sall. Catil. 53. — Cf. 3, 14.: „*mille* pro uno Caesones extitisse plebes quereretur". 9, 19.: „mille acies graviores quam Macedonum atque Alexandri avertit avertetque, modo sit" cet. 35, 42.: „mille nova consilia". Simili sensu *milliens* 5, 4. 30, 28. 38, 46. al. — Recc. codd. parum recte: „reuocaritis".

2. *mea uoluntas mutata sed uestra fortuna perpulit:* PM. — Harl. 1.: mea uoluntas mu*ta* sed uestra fortuna per*tu*lit.

4. *in patria essem:* P. — M: in patri*am* essem.

7. *repetimus:* PM Harl. 1. Leid. 1. al.] repetiimus. Cf. 5, 43. *audit* et *audiuit.* al. et T. Livi l. xxx. p. xc. v. 24. — PM: *eripuimus si reciperatam.* — P m. 1.: capitolium tamen *adque* arcem.

12. *deseretur:* M Harl. 1. Leid. 1. — P: desereretur. — Cf. 5, 52.: deserent. — P: huic uerbi secunda.

13. *equidem si nobis:* PM. — M m. 1. P: cum urbe*m.* M m. 2.: cum *in* urbe. — PM: *tamen tam euidens numen hac tempestate rebus adfuit romanis.* In Harl. 1. Leid. 1. multisque aliis codd. omissum est *tam.* — PM: *neglegen-*

si nobis cum urbe simul positae traditaeque per manus
ligiones nullae essent, tamen tam evidens numen hac te
pestate rebus adfuit Romanis, ut omnem neglegentiam
vini cultus exemptam hominibus putem. intuemini enim
5 rum deinceps annorum vel secundas res vel adversas, in
nietis omnia prospere evenisse sequentibus deos, adve
spernentibus. iam omnium primum Veiens bellum —]
quot annos quanto labore gestum — non ante cepit fin
quam monitu deorum aqua ex lacu Albano emissa
10 quid haec tandem urbis nostrae cladis nova num ante
orta est quam spreta vox caelo emissa de adventu Gal
rum, quam gentium ius ab legatis nostris violatum, qu
a nobis, cum vindicari deberet, eadem neglegentia deor
praetermissum? igitur victi captique ac redempti tantum p
15 narum dis hominibusque dedimus ut terrarum orbi do
mento essemus. adversae deinde res admonuerunt relig
num: confugimus in Capitolium ad deos ad sedem lo
optimi maximi: sacra in ruina rerum nostrarum alia ten
celavimus, alia avecta in finitimas urbes amovimus ab l
20 stium oculis: deorum cultum deserti ab diis hominibusq

tiam. — Leid. I.: „ut omnem *conditam habemus nullus locus in ea non religionum deorumque* neglegentiam“ cet. media verba capitis sequentis sunt.

6. *aduersa spernentibus:* P. — M: aduersas pernentibus. m. 3.: aduersas spernentibus.

7. *iam omnium primum.* Cf. 1, 1.: „iam primum omnium satis constat“. al. — P: iam hominum primum: (cf. 5, 38.: et tanta omnium obliuio). M: nam omnium primum. — P m. 1.: emisa est.

10. *urbis nostrae cladis noua:* P] urbis nostrae clades nova (M). — P: spraeta uox caelo emisa. m. 2.: emissa. — I *eadem neglegentia deor* — P: praeter missu.

15. *dis hominibusque:* M] hominibusque (P).

16. *aduersae deinde res ad nuerunt:* PM. — P: *reli num.* M: „religionem“, *e* est m. 3. in ras. — Ha Leid. I.: aduers*a* deinde admonuerunt cet.

17. *ad sedem iouis opt. max.:*

18. *terrae celauimus:* M. — terrae caelauimus. I. Fr. G malebat *terra.* Cf. Virg. A 555. 558. — In Harl. I. Le omissa sunt „alia auect finitimas urbes amouimus

tamen non intermisimus: reddidere igitur patriam et victoriam et antiquum bellum decus amissum, et in hostes qui caeci avaritia in pondere auri foedus ac fidem fefellerunt, verterunt terrorem fugamque et caedem".

LII. „Haec culti neclectique numinis tanta monumenta in rebus humanis cernentes ecquid sentitis Quirites, quantum vixdum e naufragiis prioris culpae cladisque emergentes paremus nefas? urbem auspicato inauguratoque conditam habemus, nullus locus in ea non religionum deorumque est plenus, sacrificiis sollemnibus non dies magis stati quam loca sunt in quibus fiant: hos omnes deos publicos privatosque Quirites deserturi estis? quam par vestrum factum est quod in obsidione nuper in egregio adulescente C. Fabio non minore hostium admiratione quam vestra conspectum est, cum inter Gallica tela digressus ex arce sollemne

2. *bellum decus:* P] belli decus (M). Cf. 1, 43.: „primum peditum".
4. *terrorem fugamque et caedem:* P. — M m. 1.: terrorem fugamque et coederem. m. 2.: coedem.
5. *culti neclectique:* M m. 1.] culti neglectique (M m. 3. P). — *monumenta:* P. — M: munimenta. Voss. 1. m. 1.: momenta. Cf. 5, 7.: „boraeque momento". — M: „necquid sentitis. quirites. quantum uixdum enaufragiis": *e* ante *naufragiis* expunctum est. — P m. 1.: „ecquid sentitis quirites tantum uixdum enaufrages". m. 2: „*quantum*" et „*enaufragiis*".
9. *nullus locus in ea non:* M m. 2. P. — M m. 1.: nullus locus mea non.
10. *sacrificiis sollemnibus non dies magis stati:* P. — M: sacrificiis sollemnibus non dies magis trati. — Harl. 1.: non dies magistati.
12. *quam par uestrum factum est quod:* P. — M: quampar uestrum factum est quod. — I. Fr. Gron. malebat scribi aut „quam par vestro factum est quod" aut „quam par vestrum factum isti quod". Drakenborchius: „quam par vestrum factum ei est quod". nec tamen tali supplemento opus videtur.
13. *adulescente C. Fabio:* PM] adol. cet. — M m. 1.: admiratione | quae uīa. m. 2.: admiratione | quā uīa.
15. *digressus:* PM rell.] degressus. Cf. 4, 17. — P: *ex arce solemne fabiae gentis in colle quirinali obiit.* M m. 1.: „ex arces sollē | ne fabiae gentis in colle quirinale obiit". m. 2.: „ex arce sollē | ni fa-

Fabiae gentis in colle Quirinali obiit? an gentilicia sacra ne in bello quidem intermitti, publica sacra et Romanos deos etiam in pace deseri placet? et pontifices flaminesque neglegentiores publicarum religionum esse quam privatus in
5 sollemni gentis fuerit? forsitan aliquis dicat aut Veis ea ne facturos aut huc inde missuros sacerdotes nostros qui iaciant: quorum neutrum fieri salvis cerimoniis potest. et ne omnia generatim sacra omnesque percenseam deos, in novis epulo num alibi quam in Capitolio pulvinar suscipi pot-
10 est? quid de aeternis Vestae ignibus signoque quod imperii pignus custodia eius templi tenetur, loquar? quid de ancilibus vestris, Mars Gradive tuque Quirine pater? haec omnia in profano deseri placet sacra aequalia urbi, quaedam vetustiora origine urbis? et videte quid inter nos ac maiores in-

biae gentis in colle quirinale abiit".

1. *an gentilicia sacra ne in bello quidem:* M m. 1. P. — M m. 2.: a gentelicia sacra. — Harl. 1. Leid. 1.: an gentilicia sacra nos bello quidem. Recc. codd.: ne bello quidem. — M m. 1. P: „publica sacra et romanos deos etiam". in M dein *sacra* expunctum est. in Leid. 1. et plerisque recc. omissum est *etiam.*

3. *neglegentiores publicarum religionum esse:* PM. — Harl. 1. Leid. 1.: religioni esse. — M m. 1. P: *in sollemni.* M m. 2.: in sollemne. — Harl. 1.: quam priuatos.

5. *aut Veis:* PM] aut Veiis. — Harl. 1.: „aut ne se an nos facturos". in Harl. 1. etiam *sacerdotes nostros* omissa sunt: et paulo post ab „et ne omnia" usque ad „suscipi potest".

7. *saluis cerimoniis:* PM] salvis ceremoniis.

9. *num alibi quam in capitolio puluinar suscipi potest:* PM. — Recc. codd.: non alibi cet.

10. *signoque.* Cf. Cic. Philipp. 11, 10. 24.: „reddite prius nobis Brutum, lumen et decus civitatis: qui ita conservandus est ut id signum quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur, quo salvo salvi sumus futuri".

11. *quid de ancilibus uestris:* PM. — Harl. 1.: quid de anciplitibus uestris. Cf. 5, 54. sub finem. — M m. 1.: mars gradiuei. m. 2.: mars gradiue.

13. *sacra aequalia urbi:* PM. — Harl. 1. Leid. 1. al.: sacra aequa alia urbi.

14. *et uidete quid inter nos ac maiores intersit:* PM cod. Rhen. al.

tersit: illi sacra quaedam in monte Albano Lavinioque nobis facienda tradiderunt —: an ex hostium urbibus Romam ad nos transferri sacra religiosum fuit, hinc sine piaculo in hostium urbem Veios transferemus? recordamini agitedum quotiens sacra instaurentur, quia aliquid ex patrio ritu ne- 5 glegentia casuve praetermissum est: modo quae res post prodigium Albani lacus nisi instauratio sacrorum auspiciorumque renovatio adfectae Veienti bello rei publicae remedio fuit! at etiam tamquam veterum religionum memores et peregrinos deos transtulimus Romam et instituimus novos: 10 Iuno regina transvecta a Veis nuper in Aventino quam insigni ob excellens matronarum studium celebrique dedicata est die! Aio Locutio templum propter caelestem vocem exauditam in Nova via iussimus fieri: Capitolinos ludos sollemnibus aliis addidimus collegiumque ad id novum auctore 15 senatu condidimus: — quid horum opus fuit suscipi, si una cum Gallis urbem Romanam relicturi fuimus, si non voluntate mansimus in Capitolio per tot menses obsidionis, si ab

1. *in monte Albano Lauinioque:* M cod. Rhen. al. — P: lauinoque. — I. Fr. Gron. malebat „Laviniique". Cf. 42, 26.: „ptolemeum in alexandria sese conuenisse": Laurish.

2. *an ex hostium urbibus romam ad nos:* PM rell. — P m. 1.: trasferri. m. 2.: *transferri.* In M erat primo „ad nrās ferri" h. e. *ad nostrasferri:* dein littera *s* deleta „ad nrā ferri". — I. Fr. Gron. scribi voluit „*quae* ex hostium urbibus". Drakenb.: „an *si* ex hostium urbibus" cet.

5. *quotiens sacra instaurentur:* PM. — PM: *neglegentia casuue.* — PM: *reiṗ.*

9. *at etiam tamquam ueterum religionum memores:* PM: nisi quod in P primo erat „religiosum". — Leid. 1. al.: postquam ueterum.

11. *a Veis:* PM] a Veiis. — P: caelebriq.

13. *Aio Locutio.* Cf. 5, 50. — In PM omissum est hoc altero loco *Aio:* et in M m. 3. scriptum *locatū* pro *locutio* (M m. 1. P). — Leid. 1. al.: *allocutio.* Harl. 1. al.: *allocutionis.* — M: in nouam uiam. cf. 5, 32.

14. *sollemnibus aliis addidimus:* P m. 2. M. — P m. 1.: sollemnimus.

17. *si non uoluntate mansimus:* PM.

hostil-s metu retenti sumus? de sacris loquimur et de
plis? quid tandem de sacerdotibus nonne in mentem
quantum piaculi committatur? Vestalibus nempe una ill
des est, ex qua nihil umquam praeter quam urbs capta
5 vit: flamini Diali noctem unam manere extra urbem
est: — hos Veientes pro Romanis facturi estis sacerd
et Vestales tuae te deserent Vesta? et flamen peregr
bitando in singulas noctes tantum sibi reique publicae
culi contrahet? quid alia quae auspicato agimus omnia
10 intra pomerium, cui oblivioni aut cui neglegentiae da
comitia curiata quae rem militarem continent, comitia
turiata quibus consules tribunosque militares creatis —
auspicato nisi ubi adsolent fieri possunt? Veiosne haec tr
feremus, an comitiorum causa populus tanto incommod
15 desertam hanc ab dis hominibusque urbem conveniet?"

3. *quid tandem de sacerdotibus*: P. — M Harl. 1.: quid tandem. Leid. 1.: quid tantum cet.

4. *ex qua nihil umquam praeter quam urbs capta mouit:* PM cod. Rhen.] ex qua eas nihil unquam cet. — M: ex qua nihi | lum quam praeter. m. 3.: ex qua nihil | um quam praeter. — Cf. 5, 4.: „quod ad perseuerandum stimulet". — Ex sequente voce *nefas* videtur ortum quod in Harl. 1. aliisque codd. recc. est: „ex qua *fas* nihil umquam" cet. Harl. 1.: „praeterquam urbis capita".

7. *deserent.* — P Harl. 1. Leid. 1.: deser*e*rent. Cf. 5, 51.: „deseretur". — M: „et uestales tu*tosseadserent* uesta": sed *tossead* m. 3. et in ras. sunt.

8. *tantum sibi reiq. publ piaculi:* PM. — Harl. 1. Lei al.: quantum sibi cet.

10. *intra pomerium:* PM] i pomoerium. Cf. 1, 26. — l *cui neglegentiae.*

11. *quae rem militarem co nent:* PM.

12. *ubi auspicato:* P m. 2. M 2. — P m. 1.: ubi auspica M: ubi | *ubi* auspicato. — l *nisi ubi adsolent.*

13. *Veiosne haec transferen an comitiorum causa:* — M: „ueiosne haec tran remur | acomitiorum caus m. 3. supra „haec" scriptum „l hinc" h. e. vel *hinc.*

15. *ab dis hominibusque:* ab diis hominibusque (P) Leid. 1.: *a dis* cet.

LIII. „Sed res ipsa cogit vastam incendiis ruinisque relinquere urbem et ad integra omnia Veios migrare nec hic aedificando inopem plebem vexare. hanc autem iactari magis causam quam veram esse — ut ego non dicam — apparere vobis Quirites puto, qui meministis ante Gallorum 5 adventum salvis tectis publicis privatisque stante incolumi urbe hanc eandem rem actam esse ut Veios transmigraremus. et videte quantum inter meam sententiam vestramque intersit, tribuni. vos etiam si tunc faciundum non fuerit, nunc utique faciendum putatis: ego contra — nec id 10 mirati sitis prius quam quale sit audieritis — etiam si tum migrandum fuisset incolumi tota urbe, nunc has ruinas relinquendas non censerem. quippe tum causa nobis in urbem captam migrandi victoria esset gloriosa nobis ac posteris nostris, nunc haec migratio nobis misera ac turpis, 15 Gallis gloriosa est: non enim reliquisse victores sed amisisse victi patriam videbimur: hoc ad Aliam fuga, hoc capta urbs, hoc circumsessum Capitolium necessitatis inposuisse, ut desereremus penates nostros exiliumque ac fugam nobis ex eo loco consciscerem us quem tueri non possemus! 20 et Galli evertere potuerunt Romam quam Romani restituere

2. *et ad integra omnia:* PM. — In Leid. I. al. omissum est *ad.*

5. *qui meministis:* M m. 2. P. — M m. 1.: qui meministris. — Num „qui memineritis"?

7. *hanc eandem rem actam esse:* PM. — Leid. I.: rem *esse* actam.

9. *etiam si tunc faciundum non fuerit:* M] etiam si tunc faciendum cet. — M: nec id mirati *sint* prius cet.

11. *etiam si tum migrandum fuisset:* PM] etiamsi tunc cet. — Sic enim paulo post sequitur „quippe *tum* causa" cet. Cf. tamen T. Livi l. xxx. p. LXVI. v. 17.

16. *sed amisisse uicti patriam uidebimur:* PM. — Leid. I.: uiderimur, Harl. I.: uideremur.

17. *hoc ad Aliam fuga:* PM. — M: hoc capta urb. m. 3.: urbe.

18. *inposuisse ut desereremus:* P m. 2. M. — P m. 1.: inposuisse ut diesse | reremus. — M: con | scisseremus.

21. *et Galli euertere potuerunt Romam:* P. — M: et galliae uertere cet.

non videbuntur potuisse? quid restat nisi ut, si iam novis copiis veniant — constat enim vix credibilem multitudinem esse — et habitare in capta ab se deserta a vobis hac urbe velint, sinatis? quid si non Galli hoc sed veteres hostes ve-
5 stri Aequi Vulscive faciant ut commigrent Romam — velitisne illos Romanos vos Veientes esse, an malitis hanc solitudinem vestram quam urbem hostium esse? non equidem video quid magis nefas sit. haec scelera, quia piget aedificare, haec dedecora pati parati estis? si tota urbe nullum
10 melius ampliusve tectum fieri possit quam casa illa conditoris est nostri — non in casis ritu pastorum agrestiumque habitare est satius inter sacra penatesque nostros quam exsolatum publice ire? maiores nostri convenae postoresque, cum in his locis nihil praeter silvas paludesque esset, no-
15 vam urbem tam brevi aedificarunt: nos Capitolio arce incolumi stantibus templis deorum aedificare incensa piget? et quod singuli facturi fuimus si aedes nostrae deflagrassent, hoc in publico incendio universi recusamus facere?"

3. *deserta a uobis:* PM. — Recc.: *a nobis.*
4. *quid si non Galli hoc sed ueteres hostes:* P. — M: quit si non galli hoc seduceteres hostes. Harl. 1.: quod si non galli hoc cet.
5. *Aequi Vulsciue:* P] Aequi Volscive. — M: hostes uīae | qui uulsciue. — P m. 1.: uelitis romanos uos ueientes esse. m. 2.: uelitis ne illos romanos cet. — PM Harl. 1.: *an malitis hanc solitudinem* (M: solicitudinem) *uestram.* Leid. 1. al.: non malitis hanc sol. cet.
8. *quid magis nefas sit:* P. — M: quid magis nec fas sit.
— *quia piget edificare:* P. — M: „quia pigret aedificare": in verbo *piget* aliquid erasum est. — Recc. codd.: *re*aedificare.
9. *nullum melius ampliusue tectum:* M. — P m. 1.: nullus | melius cet. m. 2.: nullū | melius. — M m. 2. P: *rītu pastorum.* M m. 1.: ritus pastorum.
12. *inter sacra penatesque nestros:* PM al.] inter sacra penatesque vestros. — P m. 1.: *quam exsolatum.* P m. 2. Bekk.: quam exsulatum. M m. 1.: quā exolatum. m. 2.: quā exulatum.
14. *nouam urbem tam breui aedificarunt:* PM. In Harl. 1. excidit *nouam.*
18. *uniuersi recusamus facere:*

LIV. „Quid tandem si fraude si casu Veis incendium ortum sit ventoque — ut fieri potest — diffusa flamma magnam partem urbis absumat, Fidenas inde aut Gabios aliamve quam urbem quaesituri sumus quo transmigremus? adeo nihil tenet solum patriae nec haec terra quam matrem 5 appellamus, sed in superficie tignisque caritas nobis patriae pendet? equidem — fatebor vobis, etsi minus iniuriae vestrae quam meae calamitatis meminisse iuvat — cum abessem, quotienscumque patria in mentem veniret, haec omnia occurrebant, colles campique et Tiberis et adsueta oculis 10 regio et hoc caelum sub quo natus educatusque essem:

M m. 2. P. — M m. 1.: uniuersis.

1. *Veis:* PM] Veiis. — PM: *diffusa flamma magnam partem urbis absumat.*

4. *aliamue quam urbem:* P. — M m. 1.: aliamue | quam urbe. m. 4.: aliamue | aliquam urbē. — M m. 1. P: transmigremus. M m. 4.: transmigremur.

6. *sed in superficie tignisque:* P m. 2. M. — P m. 1.: sed in superficie signisque. — In M deletum est *tignis.*

7. *equidem.* — PM: pendet & quidem. — PM cod. Rhen.: „*etsi minus iniuriae uestrae quam meae calamitatis meminisse iuuat*". Dicit igitur Camillus quid ipse senserit cum exularet, qua ipse vel in exilio affectus fuerit caritate patriae urbis. quod cum profiteretur, necesse erat etiam mentionem fieri iniuriae ipsi a civitate inlatae: ne quis igitur putaret, eum id ipsum quaesivisse ut quacumque causa oblata cives huius ipsius iniuriae argueret, addit se non tam iniuriae civium quam temporis illius infelicis meminisse voluisse: „Mir dagegen — denn gestehe ich es nur, wiewohl ich euch nicht dabei an euer Unrecht erinnern will, sondern nur der traurigen Zeit selbst gedenken — mir schwebten als ich entfernt war, sobald mir irgend das Bild der Vaterstadt vor die Seele trat, immer nur jene so lieb gewordenen Hügel und Felder vor Augen" u. s. w. — Harl. 1. Leid. 1. al.: quam calamitatis meae.

9. *quotienscumque patria in mentem ueniret:* PM. — Harl. 1.: quotienscumque patria in mentem uenerat. Cf. ex. gr. 2, 38.: „cum prope continuato agmine irent, praegressus Tullius ad caput Ferentinum *ut quisque eveniret* primores eorum excipiens" cet. — M: et hoc celum.

quae vos Quirites nunc moveant potius caritate sua ut maneatis in sede vestra, quam postea cum reliqueritis ea macerent desiderio. non sine causa dii hominesque hunc urbi condendae locum elegerunt, saluberrimos colles, flumen opor-
5 tunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur quo maritimi commeatus accipiantur, mare vicinum ad commoditates nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum, regionum Italiae medium ad incrementum urbis natum unice locum. argumento est ipsa magnitudo
10 tam novae urbis: trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis Quirites agitur: inter tot veterrimos populos tam diu bella geritis, cum interea — ne singulas loquar urbes — non coniuncti cum Aequis Vulsci, tot tam valida oppida, non universa Etruria tantum terra marique pollens atque in-
15 ter duo maria latitudinem obtinens Italiae bello vobis par est. quod cum ita sit, quae — malum! — ratio est expertis alia experiri, cum iam ut virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit: hic Capitolium est, ubi quondam capite humano invento respon-
20 sum est eo loco caput rerum summamque imperii fore: hic cum augurato liberaretur Capitolium, Iuventas Termi-

2. *ea macerent.* — P: „cum reliqueritis eam agerent desiderio“: sed *c* scriptum est supra *g* in verbo *agerent.* M: eam | agerent. m. 4.: eam | angeant.

4. *flumen oportunum:* M] flumen opp. — P m. 1.: quo ex mediiterraneis. — 6. Num *mari?* Vicinum scil. locum.

9. *argumento est ipsa magnitudo tam nouae urbis:* P. — M: locum | afrumento est ipsa cet. Cf. 4, 44. — In Harl. I. et Leid. I. omissus est versus ab *locum* ad *nouae urbis.* — M m. 1.: trecentensimus sexagen | simus quintus. P: trecentesimus sexagesimus quintus.

13. *Vulsci:* M] Volsci. — P Harl. I.: tot*a*m ualida oppida. P m. 2.: tot tam ualida cet. M m. 1.: totam | ualidam oppida. m. 2.: tot ualida oppida. — P m. 1.: inter duo marie. m. 2.: maria.

16. *expertis alia experiri:* M. — P: expertis *latos* alia experiri.

19. *capite humano inuento:* PM. — Leid. I. al.: a capite cet.

21. *Iuuentas Terminusque:* PM. Cf. 1, 55.

nusque maximo gaudio patrum vestrorum moveri se non passi: hic Vestae ignes, hic ancilia caelo demissa, hic omnes propitii manentibus vobis dii."

